vincere, Olympia coronati. Porrò navigantium hic optabat ut flaret boreas, ille ut notus. Agricola pluviam, fullo solem petebat. At Iupiter audiens, & singula vota diligenter expendens, non pollicebatur omnia. Verùm hoc concessit Saturnius, abnuit illud. Nam justa vota per os fenestræ sursum admittebat, admissa ad dextram collocabat. Verùm iniqua flatu deorsum irrita disjiciebat, ne ad cœlum accedere possent. At super uno voto ambigentem vidi. Etenim duobus diversa petentibus, paresque victimas pollicentibus, nesciebat utri eorum potiùs annueret. Tum itaque Academicum illud ei accidebat, ut nihil statuere posset. Verùm [1] Pyrrhonis in morem suspensus hærebat, & considerabat ampliùs. Porrò ubi precantibus satis respondisset, ad proximam digressus sellam, & ad secundam fenestram, juramentis & jurantibus audiendis vacabat. Quibus cùm respondisset, & Epicureum Hermodorum contrivisset, ad proximam sellam sese transtulit, divinationibus, rumoribus, & auguriis attentionem adhibiturus. Hinc ad sacrificiorum fenestram transiit, per quam fumus ascendens, denuntiabat Iovi nomen uniuscujusque qui rem divinam faceret. His relictis, ventis & horis mandabat quæ facere deberent. Hodie apud Scythas pluito, apud Libyes fulgurato, apud Græcos ningito. Tu boreas in Lydia sperato, tu note quiesce, zephyrus in

1 *Pyrrhonis*] Gell. lib. 11. c. 5. De Pyrrhoniis loquens scribit: *Nihil decernunt, nihil constituunt.* De his Cic. in Lucull. *Cogn.*

1 Pa-

Ἀδρίᾳ ἀφανιοῦντα, καὶ ἡ χαλάζη ἔστω μέδιμνος χίλιοι ἀφανιοῦντα τὴν Καππαδοκίαν. ἅπαντα δὲ ἤδη χεῦδον αὐτοῦ διακριθῆναι, ἀπήειμεν ἐς τὸ συμπόσιον. ἦσαν γὰρ ἤδη κατεῳοὶ ἐκεῖ. καί με ὁ Ἑρμῆς παραλαβὼν, κατέκλινε παρὰ τὸν Πᾶνα ἐν τοῖς Κορυβάντεσι, καὶ τὸν Ἄττιν, καὶ τὸν Σαβάζιον, τοὺς μετοίκους τούτους, καὶ ἀμφιδόλους θεούς. καὶ ἄρτον μὲν ἡ Δημήτηρ παρεῖχε, καὶ ὁ Διόνυσος οἶνον, καὶ ὁ Ἡρακλῆς κρέα, καὶ μύρτα ἡ Ἀφροδίτη, καὶ ὁ Ποσειδῶν μαινίδας. ἄμβροσίαν δὲ ἐν τῷ ἀμβροσιακῷ ἤρίστων, καὶ νέκταρ ἐπεπίνομεν. ὁ γὰρ βέλτιστος Γανυμήδης, ὑπὸ φιλανθρωπίας, εἴ τι ἴδοιτο ἀποβλέποντά μοι τὸν Δία, κατέλλων ἦν, ἢ, καὶ δύο ἐνέκταρον· εἰς ἐμὲ γὰρ ἔβλεπε μάλιστα. οἱ δὲ θεοί, ὡς Ὅμηρός που λέγει, καὶ αὐτοὶ οἶνον καπνίζουσι τοῖς τεθριππεύουσιν, ὅτι οἶνον πίνουσιν αἵματα ὄντα, ἀλλὰ τῇ ἀμβροσίᾳ παραμίγνυται, καὶ ἐνέκταρον μεθύουσιν. μάλιστα δὲ ἥδονται, ὅταν βόμβροι τε ὦσι θυσιῶν καπνὸν αὐτῇ ἐπίσης ἀναφέρωσιν. καὶ τὸ αἷμα δὲ τῶν ἱερείων, ὃ τοῖς βωμοῖς οἱ θύοντες ἐπιχέουσιν. ἐπεὶ δὲ τοῦ δείπνου, ἐγὼ, τί Ἀπόλλων ἐκιθάριζεν, καὶ ὁ Σειληνὸς, ὠρχήσατο, καὶ αἱ μοῦσαι ἐπῇσαν, τά τε Ἡσιόδου θεογονίας ἦμεν ἡμῖν, καὶ τὸν προοίμιον ᾠδὴν τὸν ὑμνον ἐδ Πινδάρου. κἀπειδὴ κόρος ἦν, ὡσπανόμεθα ὡς εἰκὸς ἐκάστοις, ἱκανῶς ὑπνωτικότες μᾶλλον. ἔδοξε μὲν γὰρ θεοί τε, καὶ ἄνδρες ἱππονηϊ

in Adria tempestatem concitet: mille grandinis modii super Cappadocia dispergantur. Tandem omnibus ferme ordinatis, eum in locum ivimus ubi compotant Dii, quia cœnandi jam erat tempus. Me arreptum Mercurius jussit accumbere juxta Panem Corybantas, Attin, & Sabazium, inquilinos istos & ancipites Deos. Interea [1] panem exhibebat Ceres, Bacchus vinum, Hercules carnes, myrtum Venus, Neptunus mænidas: simul etiam ambrosiam & nectar furtim degustabam. Nam optimus ille Ganymedes, quæ ejus erat humanitas; siquando Iovem oculos aliquò convertentem conspexisset, nectaris cyathum unum, aliquando duos mihi infundebat. Dii autem, ut alicubi Homerus dicit, quinetiam ego, ut qui illud ibi fim conspicatus, neque frumentum edunt, neque nigrantia vina potant, sed ambrosiam apponunt, & nectare inebriantur. Præcipuè verò gaudent vesci sacrificiorum fumo cum ipso nidore subvecto: & sanguine victimarum, quem sacrificantes aris infundunt. Cæterùm inter cœnandum Apollo cithara canebat, Silenus cordacem saltabat, stantes Musæ & Hesiodi Theogonias, & primam hymnorum Pindari odam nobis canebant. Deinde saturi requievimus, ita ut se quisque habebat, potu satis uvidi. At reliqui noctem, divique hominesque

1 *Panem*] Ceres Opis & Saturni filia Dea frugum fingitur, plerumque pro pane, aut cibo accipi solet, secundum illud Terentii, *sine Cerere & Baccho friget Venus*. Cur autem ab antiquis Dea judicata sit, quæve prima reperexit, scribit Plin. lib. 7. c. 56. *Cogn.*

2 Καὶ μύρτα ἡ Ἀφροδίτη] Καὶ μύρα ἡ Ἀφροδίτη. *Marcil.*

1 Λέ-

ρυσμὴ εὗδον παντόχροι. ἐμὲ δ' οὐκ εἶχ ὑπνώδυμος ὕπνος. ἀπελογιζόμην γὰρ πολλὰ ἅμα, μᾶλλον δ' ὁπόσα, πῶς οὐ τοσοῦτο χρόνῳ ὁ Ἀπόλλων ἢ φύσῃ παύσεται, ἢ πῶς γένοιτο νὺξ οὐ λεγομένη, ἡλίου παρόντος ἀεί, καὶ συμπαρόντος. τότε μὲν οὖν μικρὸν τι κατέδαρθον. ἔοικεν δ' Ἀφροδίτης ὁ Ζεὺς, ἀφροδισιάζειν κεκλῆσθαι. καὶ ἐπειδὴ παρῆσαν ἅπαντες, ἄρχεται λέγειν. τὸν μὲν αἰτίαν ἔχω ξυναγαγεῖν ὑμᾶς, ὁ χθιζὸς ἥκων ξένος παρέχηται. πάλαι δ' βουλόμενος ὑμῖν κοινώσασθαι περὶ τοῦ φιλοσόφων, μάλιστά γε ἀπὸ τῆς σελήνης. καὶ ἂν οἰκείαν μεμφόμενος ἀφορμὰς, ἵνα μηκέτ' ἐπὶ πλεῖον ἀθυμῶμεν τὸν Ἀφροδίτην. ἐμοὶ γάρ ἀνθρώπινόν ἐστιν, ἐὰν ἀφῶ τὸν βίον ἐπιπολάζον, δεῆσαι, φιλόνεικον, κενόδοξον, ὀξύχολον, ὑπόλιχνον, ὑπόμωρον, πτοφαρμάρον, ὕβρεως ἀνάπλεων. καὶ ἵνα καθ' Ὅμηρον εἴπω, ἐπίσσωρ ἄχθος ἀρούρης. ὅτου τοίνυν εἰς συμβολὰς Ἀφροδίτης, καὶ διαφόρους [1] λόγων λαβυρίνθους ἐπινοήσαντες, οἱ μὲν, σωϊκοὺς ἀνομάκασιν. οἱ δ', ἀκαδημαϊκούς. οἱ δὲ, ἐπικουρείους. οἱ δ', ἀφεσπατητικούς. καὶ ἅμα [2] πολλῷ γελοιότερα τούτων· ἔπειτα δ', ὄμμα σεμνὸν τῷ φρενῶν ἀφειδήσαντες, καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπάραντες, καὶ πώγωνας ἐπιπασσάμενοι, ἀφείρανται ἐπιπλάστῳ κόμῃ, καθίπτυσται ἤδη ἀφεστάλκασιν, ἐοικότες μάλιστα τοῖς τραγικοῖς ἐκείνοις ὑποκριταῖς, ὧν λύ ἀφέλῃς τὰ ἀφασπέα, καὶ τὸν χρυσόπαστον ἐκείνην στολὴν, τὸ καταλειπόμενόν ἐστι

que per omnem Dormivêre, unum me non ſopor altus habebat. Nam animo verſabam cùm alia permulta, tum illa præcipuè: quî fiat ut tanto tempore barba non naſcatur Apollini, aut quî ſit nox in cœlo, cùm ſol ſemper adſit, & unà convivium agitet. Ac tum quidem obdormivi paululum. Mane verò excitatus Iupiter, juſſit indici concionem. Et cùm omnes convenîſſent, ſic fari cœpit. Vti vos convocarem, in caulâ fuit hoſpes hic, qui heri advenit. Verùm cùm alioqui jam olim mihi fuerit animus vobiſcum communicandi de philoſophis. Maximè verò à luna, hiſque de quibus illa conqueritur commotus, ſtatui haud diutius conſultationem prorogare. Eſt enim hominum genus, quod non ita pridem in vita extare cœpit, iners, contentioſum, gloriæ avidum, iracundum, guloſum, ſtultum, faſtuoſum, contumelioſum: & ut Homeri verbis dicam, Telluris inutile pondus. Iſti igitur in ſectas diviſi, ac variis rationum labyrinthis excogitatis alii ſeſe Stoicos appellant, alii Academicos, alii Epicureos, alii Peripateticos, aliis item vocabulis, his multò magis ridiculis. Deinde cùm illud virtutis nomen venerandum induerint, tum adductis in altum ſuperciliis, promiſſaque barba, fucato habitu obambulant, deteſtandos mores ſecum circunferentes, ſimillimi iſtis tragœdiarum actoribus: quibus ſi perſonas, ſtolamque illam auro ſparſam detraxeris, reliquum eſt ridiculum,

1 Λόγων λαβυρίνθους] Sic in Sympoſio, vel Lapitha. Διφιλῶς, Λαβύρινθος ἐλήλυθεν. *Bourd.*

2 Πολλῷ γελοιότ.] Flor. πολλὰ. *Idem.*

2 *Caco*

χαλκῶν, ἀνθρώπιον ἑπτὰ δραχμῶν ἢ τ' ἀγῶνα μεμισθωμένον. τοιῦτοι γ' ὄντες, ἀνθρώπων πάντων κακόφωνοτατοι. ἐξὸν δὲ θεῶν γ', ἀλόγως διεξέρχονται. καὶ σωφρόνως δοκοῦσι παιδίοις μειρακίοις, τὸ τῆς πολυφιλήτου ἀρετῆς ὀνομάζειν, καὶ τὰς τῶν λόγων ἀμφιβολίας διδάσκουσι. καὶ ὅσοι μὲν τοὺς μισθοῦς, ἐπιτρέπουσιν ἀεὶ, καὶ συμφοροῦσιν ἐπιτιθέντες. καὶ πλούτου, καὶ ἡδονῆς κρίνουσι. μόνοι γὰρ ἑαυτοὺς ὠφελοῦμεν, ἃ μὴ λέγει τις, ὅσα μὴ ἐδίδοτο, ὅσα γ', ἀφροδισιάζουσιν, ὅσους γ' ἐκλείχουσι τῶν ὀβολῶν τὸ ῥυπόν. τὸ γ' πάντων δεινότατον, ὅτι μηδὲν αὐτοὶ μήτε κοινὸν, μήτε ἴδιον ἐπιτηδεύουσι, ἀλλ' ἀχρεῖοι, καὶ περιττοὶ τοῖς πράγμασι, ὅτε πού τι πολέμου ἀπειλήσει, οὐτ' ἐν βουλῇ, ἅμα τῷ ἄλλῳ πανταχοῦσι. καὶ λόγους τινὰς παρὰ συμφορήσαντες, ἐν λοιδορίαις πάσαις ἀναμιμνήσκονται, ἐνίοτε δὲ καὶ λοιδοροῦσι τοὺς πλησίον. καὶ ὅταν αὖτοὶ τὸ στόμα φίρωσι δικαίως, ὃς ἂν μεγαλοφωνότατος τε ᾖ, ἐν ἐπαμύνοις, ἐν ὅσοις τὰς βλασφημίας ἀφορίσασθαι. κἀκεῖνοι τὸ δικανικὸν ἀκροατήριον πᾶν, καὶ βοῶσι, καὶ καταγρύζουσι τὸν ἄλλον; ἰὼ Ἥρη. σὺ γ' δὴ τί πεπόνθαμεν τυγχάνεις; ἢ τί φῶμεν θεοὺς ἡμῖν σε ὠφελεῖν τὸν βίον σοι πολλοῦ; φαίη ἄν, εἰ τὰ δίκαια, ἐν ἀληθῆ γέλοι λέγειν, ἢν πλεῖν μὲ, ἢ γεωργεῖν, ἢ στρατεύεσθαι. ἢ ποῦ πυκνὸν μενοῦμεν, ὥστε εἶναί μοι δοκεῖ. ἐπεφύκατε γ', ἐν ὠχμῷ, καὶ ψυχρολουτῷ, καὶ ἀνυπόδητῳ δὲ χειμῶνι περιπλήμμυρι. καὶ ὥσπερ ὁ Μώμῳ, τὰ κατὰ τὸν ἄλλον γεγόμφωμαι ἡμῖν συνδεσμοῖς. καὶ τὰ μὲν πᾶς ἀψύκτως τὸν πλησίον πολυπλοκῶς, ἢ ἐπείρου τοῦ, τοῦτο πολυτρόπως μοῦ, ἐν ἀγανακτῶ. εἰ γ' τὸν φίλον τις, ἢ ἐπείρου ἡμῶν ἐπιτυγχάνοντα νοσῶν ἐπιλum, nempe homunculus septem denariis ad agonem conductus. Atqui hujusmodi cùm sint, omnes quidem homines aspernantur: de Diis verò absurda prædicant: coactisque adolescentulis deceptu facilibus, nobilem illam virtutem ostentant, & verborum ambiguitates docent: atque apud discipulos temperantiam semper ac modestiam laudant, opes & voluptatem respuunt. Cæterum quum soli apud se sunt, quid attinet dicere, quantum comedant, quantum Veneri indulgeant, ut sordes obolorum oblingant: Et hoc omnium est gravissimum, quod cùm ipsi nihil agant, neque publicum, neque privatum, sed inutiles & supervacanei desideant, nusquam in consiliis nusquam numerentur in armis, alios tamen accusant? congestisque dictis amarulentis, & excogitatis convitiis, objurgant, & proximis convitiantur. Et hic inter eos primas partes ferre videtur, qui fit clamosissimus, impudentissimus, & ad maledicendum audacissimus. Quòd si hunc vehementer clamantem, alliosque incusantem roges: Tu verò quid facis? aut quid per Deos dicemus te ad vitam conferre? Respondebit, si modò recta, veraque fateri volet: Navigare, aut agros colere, aut militare, aut artem aliquam aggredi, supervacaneum mihi videtur. Verùm clamo, squaleo, frigida lavo, & sine soleis hyeme obambulo: ac veluti Momus ille, quæ ab aliis geruntur, calumnior. Aut siquis divitum sumptuosiùs obsonarit, aut amicam habeat, id exquiro, & indignor. Quòd si amicorum, aut sodalium quispiam morbo de-

κειρίας τε, καὶ θεραπείας δόμβρου, ἀγνοεῖ. τοιαῦτα μὲν ἔστιν ἡμῖν ὦ θεοὶ ταῦτα τὰ θρέμματα. οἱ δὲ ἐπικούρειοι αὐτῶν λεγόμενοι, μάλα δὴ ἐν ὑβρει κεῖσι, καὶ ἡμετέρας ἡμῶν καταφρονοῦσιν, μήτε ἐπιμελεῖας τῶν ἀνθρωπίνων λέγοντες τοὺς θεοὺς, μήτε ὅλως τὰ γιγνόμενα ἐπισκοπεῖν. ὥστε ἄρα ὑμῖν λογίζεσθαι. διόπερ ἐμοὶ μὲν ἄπαξ εἴτοι πεῖσαι τὰ βέλτιστα δυνηθῆσαι, καὶ μετρίως πεισθέντες. πῶς γὰρ ἂν ἔτι δύναιτο ὑμῖν, πλέον ἢ δὶς ἐξὸν ἀποδυκῶν; ἃ μὲν γὰρ σιλήνη αἰτιᾶται, πάντες ἠκούσατε· ἃ δὲ ἐγὼ χθὲς διηγησάμην. ἀφ' τούτων, βουλεύεσθε, ἃ ἐς τοὺς ἀνθρώπους χρήσιμ' ἂν ἀφελιμώτατα, καὶ ὑμῖν ἀσφαλέστατα. εἰπόντος ταῦτα τοῦ Διὸς, ἡ ἐκκλησία διετρύβη πολύ. καὶ δύο ἢ τρεῖς ἔδοσαν ἅπαντες, κεραύνωσον, καταφλεξον, ἐπίτρεψον, εἰς τὸ βάραθρον, εἰς τὸν τάρταρον, ὡς τοὺς γίγαντας. ἡσυχίαν δ' ὁ Ζεὺς αὖθις ἐποιήσατο, ἐφ' ταῦτα ὡς βουλεύσεσθαι ἔφη. καὶ πάντες ἐπιτρέψαντες αὐτῇ Δικαιοσύνῃ. πλὴν τό γε νῦν εἶναι, ἐ θέμις κολάζεσθαί πινα. ἱερομηνία γάρ ἐστιν ὡς ἔστι, μηνῶν τριῶν τεττάρων. καὶ ἤδη τῶν ὑπερθέσεων ἐπιλελάμμην. ἐς νέωτα δὲ ἐν χρῷ μάλ' ἐρῶ. καιρῷ κακῶς ἀπολοῦνται τὸ σμερδαλέον κεραυνῷ. ἢ, καὶ κυανέησιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. ὧδε δὴ Μενίππε, ταῦτά μοι δοκεῖ. περιμηνήσαντα αὐτὸν τὰ πλεῖστα, ἵνα μὴ ἐς αὖθις ἔλθῃ ποτὲ, μᾶλλον δ' ἐρμῆ ἐς τὴν γῆν κατιέναι θέμιν ἐστίν. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα εἰπὼν, διέλυσε τὸν σύλλογον. ἐμὲ δὲ ὁ Κυλλήνιος δεξιὸν ὄντος ἀποκρεμάσας, ὧδε ἐπέρασε χθὲς κατενεγκὼν φέρων ἐς τὸν Κεραμεικόν. ἅπαντα ἀκήκοας, ἅπαντα ὦ ἑταῖρε, τὰ ἐξ οὐρανοῦ. ἄπειμι τοίνυν ἐς τοὺς ἐν τῇ Ποικίλῃ περιπατοῦντας τοὺς φιλοσόφους, αὐτὰ ταῦτα διαγελάσομαι.

cumbat, curaque & obsequio egeat, id ignoro. Hujusmodi alumnos habemus ô Dii. Iam verò qui ex his vocantur Epicurei, sunt & valdè contumeliosi, & nos non mediocriter lædunt, affirmantes neque curæ Diis esse res mortalium, neque omnino quæ agantur, considerari. Quapropter tempus est ut de his consultemus. Nam si semel hoc persuaserint iis qui sunt in vivis, non mediocriter esurietis. Quis enim posthac vobis rem divinam faciat, cùm nihil inde expectet emolumenti? Nam de quibus hos accuset Luna, omnes audistis heri narrantem hospitem. Super his consultate, quæ sint hominibus utilissima, vobisque tutissima. Cùm hæc dixisset Iupiter, frequens adfremebat concio: mox clamarunt omnes, effulmina, exure, comminue: in barathrum, in tartarum, ut gigantes. At Iupiter rursum indicto silentio, fient ista, inquit, ut vultis. Omnes ipsa cum dialectica comminuentur. Quanquam in præsentia fas non est punire quemquam. Est enim Hieromenia, sicuti nostis, quatuor hos menses: jamque inducias promulgavi. Quare proximo anno, ineunte vere malè malè perdentur formidando fulmine. Sic ait, atque supercilio pater annuit atris. Cæterum de Menippo, hæc mihi videntur, inquit, ut adempti illi alis, hequaquàm denuò redeat, à Mercurio deferatur hodie in terram. Hæc locutus dimisit cœtum. Me verò Cyllenius dextra aurè suspensum, heri sub vesperam in Ceramico deposuit. Audivisti omnia, omnia inquam amice, quæ è cœlo mecum adfero. Quocirca jam abeo eadem hæc renuntiaturus philosophis in Poecila inambulantibus.

BIS

## ΔΙΣ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥΜΕΝΟΣ, Η ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΑ.

## BIS ACCVSATVS, SEV FORA.

### ARGVMENTVM.

*Hic Dialogus contra Philosophos nominatim institutus Fora vocatur. Etenim introducitur Ebrietas litem Academiæ intendens ob damnotum à se Polemonem. Stoa Voluptati, quòd Dionysius Heracleensis à se ad Epicureos transfugisset. Virtus Mollitiei, quòd Arist ippus neglecta Socratis doctrina quam hauserat, à se ad Voluptatem, quam finem bonorum asserebat, transvolasset. Mensaria Diogeni Cynico, quòd se relicta philosophari cœpisset. Pictoria Pyrrhoni, eadem de causa. Denique Rhetorica & Dialogus Luciano: illa, quòd ad Dialogum se à qua multum nobilitatus fuerat, deserta transfivisset. At hic, quòd relicto veteri suo charactere, jocosa argumenta contra Platonis exemplum tractaret. Cæterum videtur author duo ostendere voluisse. Vnum, quàm malis à principiis plerique ad professionem Philosophiæ prosilierint, cùm Polemon ex ebrioso Academicus. Diogenes ex impostore Cynicus evaserit: quàm viles etiam homines ad philosophandum se contulerint. Alterum suorum studiorum & institutæ rationem: quod & in Promotheo fecit.*

Ἀ ἐπιτρέπειν ἐπόσοι τῶ φιλοσόφων ἀνδρῶν μόνοις τοῖς δαιμονίοις φασὶν εἶναι τῆς ἡσῆς. οἱ γὰρ ἥδιστα ἐπόσοι τῶ ἀνθρώπων ἔνεκα παίχουσιν, εἰκὸς ἂν ἡμᾶς ἧττον ἐλεεῖν, ἢ τὰ ἀμέρεσίας ἐμφανίζειν. Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ Διόνυσος ἀνδρὶ πολλῶ, καὶ γόητι, μάκαρας καλῶν ἡμᾶς, καὶ τὰ οὐράνια διηγεμένω, ὃς ἰδὼν τὰ ὑπὸ τῆ γῆ κακὰ ἐδάκρυσε. καίτοι γε τοι ὁ μὲν ἥλιος ἅπασι ζεύξαμενος τὸ ἅρμα, πανταχῆ τὸ αἰῶνα περιπολεῖ, τῶ εὐδιεινὰς, καὶ τὰ ἀκλινῆ ἐπιδίδοντας.

At malè pereant quicunque philosophorum apud solos Deos fœlicitatem esse dicunt. Nam si nossent, quàm multa nos hominum causa patiamur, haudquaquam nos ob nectar, aut ambrosiam beatos prædicarent, Homero videlicet credentes homini [1] cæco & præstigiatori, beatos vocitanti nos, & ea quæ in cœlis geruntur, exponenti: cùm ipse ne illa quidem quæ in terris fiunt, aspicere potuerit. Primùm quidem Sol hic juncto curru, totam diem cœlum circumvagatur, indutus igne, & radiis resplendens, ne

1 *Cæco*] Homerum à cæcitate sic dictum scribunt. Herod. & Plutarch. Ὀμαρτίαν appellant Cumani. *Cogn.*

εἰλθεν, ὐδὲ ὅσον ἐκνήσασθαι τὸ ὦς φασι, χολιὼ ἄγαν. Διὸ γάρ τι καὶ ὀλίγον ἐπιῤῥαθυμήσας λάθη, ἀφνιάσαντες οἱ ἵπποι, καὶ τὰ ὁδὸν παρατρεπόμενοι, κατὰ φλίξαν τὰ πάντα. ἡ σελήνη δ', ἄκρυπνος ἐκ αὐτὴ ἀφελέγματα, φαίνουσα τοῖς κωμάζουσι, καὶ τοῖς ἀωρὶ λύπτ δὲ δύπνου ἐπαυιοῦσιν. ὁ Ἀπόλλων τι αὖ, πολυπεάγμων τὰν τέχνὰν ἐπαυελόμενος, ὀλίγου δεῖν τὰ ὦτα ἐκκεκώφωται ὑπὸς τῶν ἐυοχλούντων καὶ χρείαις τὰ μαντικῆς. καὶ ἄρτι μὲ, αὐτὸς ἐν Δελφοῖς ἀναγκαῖον εἶναι. μετ' ὀλίγον δ', εἰς Κολοφῶνα ἦει. κἀκεῖθεν, εἰς Ξάνθον ἐπεδαίνῃ. καὶ δρομαῖος αὖθις εἰς τὰν Κλάρον. εἶτα εἰς Δῆλον, ἢ εἰς Βραγχίδας. καὶ ὅλως, ἵνα ἂν ἡ πολυμαθὴς πιθοῦσα ἱερὰ κάμηλος, καὶ μισησιμβρίᾳ τὰ δύφνης, καὶ τὰ τρίπποδα λῃστισυμβρίᾳ, κελαδὴν παρῆναι, ἄκουον χρὴ αὐτίκα μάλα παρεισύναι συνειφορυσα τὰς χρησμὰς, ἢ οἰχεσθαι οἱ τὰν δῆλον ἢ τέχνης. ἐὰ γὰ λίχαιν ὀπόσα ἐπὶ πίρα τὰ μαντικῆς ἐπιτεχνῶντες αὐτὴ ἄρτεια κρία, καὶ χολάνας ἐς τὰ αὐτὰ ἐψοντες. ὥστ εἰ μὴ τὰν ῥίνα ὀξὺς ἦν, καὶ ἀπώλλυν αὐτὰ ὁ λυδὸς κἀχολιῶν. ὁ μὲ γὰ Ἀσκληπιὸς, τὰν τὰ νοσούντων ἐυοχλέμενος, ὀρῇ τι δεινὰ, θιγγάνῃ τι ἀηδίαν, ἐπ' ἀλλοτρέησί τε συμφορᾶς, ἰδίας κερδῶντα λύπας. τί γὰ ἂν, εἰ τὰς ἀνίμους φυτιεργοῦσας λέγοιμι, καὶ ὠδαπέμποντας τὰ πλοῖα, καὶ τοῖς λικμῶσιν ἐπιπνέοντας; ἢ τὰ ὕπνον ἐπὶ πάσας πτέμνον; ἢ τὰ ὄνειρον μὲ ἐκ ὕπνα λῃνυκτερεύοντα, ne tantum quidem otii habens, quantum ad scalpendam aurem, ceu dici solet, sufficiat. Nam si vel paululum cessaret imprudens, contumaces equi, à via deflectentes, omnia incenderent. Luna autem insomnis & ipsa circumit, lumen exhibens iis qui comessationibus indulgent, quique præter tempus à cœnis domum redeunt. Quinetiam Apollo negotiosam artem exercens, parum abest quin obsurdescat auribus, adeò importuni sunt qui oracula efflagitant. Ac nunc quidem illi in Delphis esse necesse est: paulò post Colophonem cursu petit: inde & Xanthum transit: postea Clarum currendo contendit: deinde Delum: aut Branchidas. Denique quocunque vates sacrum laticem pota, commanducata lauro, & tripode concusso, venire jubet, impigrum protinus assistere oportet, oracula connectentem, aut alioqui artis gloria ipsi interciderit. Omitto dicere quàm multa experiendæ artis & vaticiniorum causa machinentur ipsi, quum agninas carnes, testudinesque in eodem vase coquunt: adeò ut nisi acri odoratu valeret, eo deriso Lydus ille abiisset. Nam & Æsculapius cùm ab ægrotantibus vexetur, & tuetur grave, & tractat injucunda, alienisque ex malis proprias sibi contrahit molestias. Quid si ventos dicam, qui plantas fovent, navigia deducunt, & frumenta ventilantibus afflant? [2]Aut somnum qui ad omnes devolat; aut insomnium quod cum somno pernoctat, ejus-

1 Κνήσασθαι τὸ ὦς] Paroemia. *Bourd.*

2 *Aut somnum*] Qualis Deus sit Somnus & somnium vid. 2. Iliad. & Virg. 6. Æn. De ratione somniorum vide Luciani Somnium sive Gall. Homer. in Odyss. 19. Cogn.

καὶ ὑποφθονίζει αὐτῷ; πάντα γὰρ ταῦτα ὑπὸ φιλανθρωπίας οἱ θεοί ποιοῦσι, καὶ ὡς τὰ ἐπὶ τῆς γῆς βίον ἐφήκοις συμπλέκουσι. καίτοι τὰ μὲν τῶν ἄλλων, μέτρια. ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ὁ πάντων βασιλεὺς, καὶ πατὴρ, ὅσους μὲν ἀπλᾶς αὐλίζομαι, ὅσα δὲ πράγματα ἔχω ὡς πολύπους φρονίδας διηρθρῶσθαι; ᾧ σχεδὸν μὲ τὰ τῶν ἄλλων ἦττον ἔργα ἐπισκοπεῖν ἀναγκαῖον, ἐπεὶ καὶ τὰ ἡμῖν συνδιαπεπλεγμένα τῇ λοιπῇ, ὡς μὴ βλακεύωσιν ἐπ' αὐτοῖς. ἔπειτα γὰρ ἐκ αὐτῶν μυρία ἄτοπα ἀφανίσειν, καὶ σχεδὸν ἀνύφικτα ὑπὸ λιπαρίας. ἐγὼ γὰρ μόνον τὰ κεφάλαια τῶν τῆς διοικήσεως, ὑετὸς, καὶ χαλάζας, καὶ πνεύματα, καὶ ἀφορμὰς αὐτοῖς οἰκονομοῦμαι, καὶ ἀστράπας, πάππυρον τῆς ἐπὶ μέρους φροντίδων ἀπηλλαγμένος. ἀλλά με δεῖ ἐκ τούτων μὴ ποιεῖν, ἀναλείπειν γὰρ τὸ αὐτὸν χρόνον ἀναγκάζει, καὶ πάντα ἐπισκοπεῖν, ὥσπερ τὸ ἐν τῇ Νεμέᾳ βουκόλου, τοὺς κλέπτοντας, τοὺς ἐπιορκοῦντας, τοὺς θύοντας. εἴ τις ἔωσεν. πόθεν ὁ νίτρος, καὶ ὁ καπνὸς ἀνέρχεται. πῆς νοσῶν, ἢ πλέον ἐκάλεσε. καὶ τὸ πάντων ἐπισπουδότερον, ὑφ' ἕνα καιρὸν ἴν τε ὀλυμπίᾳ τῇ ἑκατόμβῃ παρεῖναι, καὶ τὸ Βαβυλῶνι τοὺς πολεμοῦντας ἐπισκοπεῖν, καὶ τὸ Γέτας χαλαζᾶσαι, καὶ τὸ Αἰθίοψιν δειπνίσασθαι. τὸ δὲ μεμψίμοιρον, ὑδὲ ὕπνῳ ἀφθονίαν ῥᾴδιον, ἀλλὰ πολλάκις, οἱ μὲν ἄλλοι θεοί τε, καὶ ἀνέμοις ἐπισκηρύσσω, δόδυσι παννύχοις. τὸ δίαι γὰρ ἐμὲ, οὐκ ἔχει νήδυμον ὕπνον. εἰ γάρ που καὶ ἐμικρὸν ἐπινυστάξομεν, ἀλαθὴς δῆθεν ὁ Ἐπίκουρος, ἀσφονεύτους ἡμᾶς ἀποφαίνων τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ ὁ κίνδυνος οὐκ εὐκαταφρόνητος, εἰ

ejusque velut interpretem se gerit? Omnia enim hæc, quæ ipsorum est humanitas, operantur Dii, & ad vitam in terris agendam unicuique contribuunt. At mediocria quidem sunt cæterorum negotia. Ego verò ipse, omnium ille rex, ac pater, quàm multa moleſtias ſuſtineo? quàm multa negotia habeo, tot tantisque curis diſtractus? Cui primùm quidem neceſſe eſt, cæterorum Deorum opera inſpicere, quicunque aliquid in adminiſtrando imperio nobiſcum agunt, ne ad res obeundas torpeſcant: deinde innumerabilia mihi ſunt agenda, quæ vix præ tenuitate aſſequi queam. Non enim ſolùm generalibus illis meæ adminiſtrationis, pluviis videlicet, grandinibus, ventis, & fulguribus adminiſtratis, ceu curarum parte ſublevato, quieſcere mihi licet: ſed oportet me & hæc facere, & eodem tempore undique aſpicere, omniaque contemplari: non ſecus ac illum in Nemea bubulcum, furantes, pejerantes, ſacrificantes, ſiquis libavit, unde nidor ac fumus aſcendat: quis ægrotans, aut navigans invocarit. Quòdque omnium eſt operoſiſſimum, uno eodemque tempore in Olympia hecatombæ intereſſe, in Babylone belligerantes intueri, apud Getas grandinare, apud Æthiopas convivari. At ne ſic quidem querelas evitare facile eſt: ſed ſæpenumeo, cæterique Dii, & homines galeati, totam noctem dormiunt: me verò lovem placidus ſopor haud tenet unquam. Si enim vel paululum nictaverimus, verax ilico Epicurus iſte eſt, qui nulla providentia, quæ in terris geruntur, proſpicere nos affirmat. Atque hoc periculum haudquaquam con-

πεῖπε οἱ ἄνθρωποι περιόντων αὐτῷ. ἀλλ' ἀστρώτοις μὲν ἡμῖν οἰκεῖοι ἔσονται, ἀκτίσονται δὲ αἱ ἀγυιαὶ, ἄπωδοι δὲ οἱ κρατῆρες, ψυχροὶ δὲ οἱ βωμοί. καὶ ὅλως, ἄθυτα, καὶ ἀκκαλλίστρωτα, καὶ ὁ λιμὸς πολύς. τοιγαροῦν, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται, ὑψηλὸς μὲν ἐπὶ τῆς πρύμνης ἕστηκε, τὸ πηδάλιον ἔχων ἐν ταῖν χεροῖν, καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἐπιβάται, μεθύουσι. καὶ εἰ τύχοι, ἐγκαθεύδουσιν. ἐγὼ δὲ, ἄκρυπνος, ἐν ἅπασι τοῖς πράγμασι μεριμνῶ καὶ φροντίζω, καὶ ὑμῶν, καὶ ἐμαυτοῦ τὰ δικαιότατα εἶναι δοκῶν τετιμημένος. ὥστε ἥδέως ἂν ἐροίμην τοὺς φιλοσόφους, οἱ μόνοι τοὺς θεοὺς εὐδαιμονίζουσι, πότε ἐν σχολάζουσιν ἡμῖν τῇ γῇ, καὶ τῇ ἀμβροσίᾳ νομίζουσι, μυρία ὅσα ἔχοντες πράγματα. ἰδοὺ γὰρ ὑπ' ἀσχολίας, τοσαύτης οὔσης δίκης φυλάττομεν ἀποκειμένας, ὑπ' ἀργῶν ἤδη, καὶ δραχμῶν διεφθαρμένας. καὶ μάλιστα ὑπόσαι ταῖς ἐπιδήμοις, ἐν τέχναις ἐσθ' ὅτε ἀνθρώπους τινὰς σωιζούσαις, πάνυ παλαιὰς εἶναι αὐτῶν. οἱ δὲ, κεκοφάσιν ἀπαιτοῦσιν, καὶ ἀγανακτοῦσι, ἐν τῷ δίκῃ ἐπιθοῦσιν, καὶ μὲ τῆς βραδυτῆτος αἰτιῶνται, ἀγνοοῦντες ὡς τὸν ὀλιγωρίᾳ τὰς κρίσεις ὑπερημέρους σωιζόν ἔχειν, ἀλλὰ ὑπὸ τῆς εὐδαιμονίας, ἣν σωιζόμενοι ἡμᾶς ὑπολαμβάνουσι. τοῦτο γὰρ τὴν ἀσχολίαν καλοῦσι. Ἐμοὶ γοῦν ὦ Ζεῦ, πολλὰ τοιαῦτα ἀκούων δυσχεραίνοντι, λέγειν ἔφης σὺ τὸν ἐπόλμων. ἐπὶ δὲ σὺ τοῖς τύπτων τοὺς λόγους εἰσάγαλες, ἐν δὴ λέγω. πάνυ ἀγανακτοῦσιν ὦ πάτερ, καὶ χειλιάζουσι, καὶ ἐς τὸ φανερὸν μὲ ὑ τολμῶσι λέγειν, ὑποβομβοῦσι δὲ συσκιαζόμενοι τὸ χρέον. ὡς ἔδη πάλαι τὰ καθ' αὐτοὺς ἐδόκει temnendum, si homines hæc dicenti credant. Sed templa coronis carebunt, sine nidore erunt plateæ, sine libamentis crateres, frigidæque passim aræ, denique sine sacrificiis, ac victimis omnia, multaque fames futura. Proinde veluti navium gubernatores, sublimis solus in puppi stare soleo, clavum præ manibus habens: vectores autem alii inebriantur, & si fors ita ferat, indormiunt. Ego verò insomnis ac jejunus pro omnibus animo & mente sum solicitus, eo nomine tantùm honoratus, quòd videor esse dominus. Quare lubenter philosophos istos interrogarim, qui solos Deos beatos prædicant: quando tandem & nectari vacare nos, & ambrosiæ putarent, adeò innumeris implicatos negotiis. Ecce enim præ continuis occupationibus tot controversias intus repositas jam olim servamus, situ, araneisque jam propè corruptas: præcipuè eas, quas scientiæ atque artes adversus quosdam homines habent admodum antiquas illarum nonnullas. Illi verò vociferantur undique & indignantur, ac justitiam inclamant, neque tarditatis accusant; nescii non negligentia differri ultra diem legitimum hæc judicia, sed ob fœlicitatem illam in qua nos versari putant. Hoc enim nomine perpetuas occupationes vocant. *Mercurius.* Ipse etiam Iupiter, multa hujusmodi graviter ferentes audiens, dicere tibi non audebam: at siquidem de his mentionem fecisti, eloquar sanè. Valdè indignantur, pater, & animo ferunt iniquo, nec palam audent profiteri, sed apud se submurmurant inclinati, tempus accusantes: quos tamen conveniebat jam olim propriis viribus cognitis, rebus judicatis

ζεις, πέρχειν ἤμεσον τοῖς δεδικασμένοις. Ζ. τί δὲν ὦ Ἑρμῆ δοκεῖ; σοὶ πείθεσθαι αὐτοῖς ἀγορὰν δικῶν, ἢ ἄλλως εἰς ὕστερα παραγελᾶσθαι; Ἑρ. ἄριστον. ἀλλὰ ἤδη ἀποδῶμεν. Ζ. ἴστω ποιῶ. σὺ μὲν κήρυττε κατασπείρεσθαι, ὅτι ἀγορὰ δικῶν ἐν τῷ τάδε. πάντας ὁπόσοι τὰς γραφὰς ἀπενηνόχασιν, ἥκειν τήμερον εἰς Κρόνου πάγον. ἐκεῖ γὰρ τῶν μὲν ἄλλων ἀποκληρῶν σφίσι τὰ δικαστήρια κατὰ τὸ λαχὸν ἡ πυκνότης ἐξαπίνης ἀπολεῖ. εἰ δέ τις ἄδικον οἰόμενος γεγονέναι τῶν κρίσεων, ἐξεῖναι ἐφίεται ἐπ' ἐμὲ, δικάζεσθαι ἐθέλοντι· ὡς εἰ μηδὲ τὸ παράπαν ἐδεδίκαστο. σὺ δὲ ὦ πάτερ; πρὸς ζόφον ἀπὸ τὰς σεμνὰς θεὰς, ἀποκλήρου τὰς δίκας, καὶ ἐπίσκοπος τῶν δικαζομένων. Δι. οὐδὲ ἐς τὴν γῆν, ἵν' ἐξελαυνόμενος ἀπὸ τῶν ἡμετέρων πάλιν ἐπὶ σὲ βίαν, τὴν ἀδικίαν ἐπιζημίωσιν ἐμὲ φέρουσα; Ζ. χρηστὰ ἐλπίζειν με δεῖ. πάντας γὰρ ἤδη πεπείκασιν αὐτοὺς οἱ φιλόσοφοι σὲ μὲν ἀδικίας ἀθῳωθῆναι, καὶ μάλιστα ὁ τοῦ Σωφρονίσκου τὸ δίκαιον ὑπερεπαινέσας, καὶ ἀγαθὸν τὸ μέγιστον ἀποφήνας. Δι. πάνυ γὰρ ἂν φαίης αὐτὸν εἰπεῖν ὕστατα οἱ σοὶ ἐμοὶ λόγοι. ὃς ἀγαθοῦ θεὸς τοῖς ἐνδικα, καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμπεσὼν, ἵππον ἄβλαβῆ τε κατεῖδε, μὴ ἂν τὰ

dicatis acquiescere. *Iup.* Quid igitur tibi videtur Mercuri? statim-ne illis forum constituemus? an mavis ut in proximum annum illis diem dicamus? *Merc.* Nequaquam sed jam agendi copiam faciamus. *Iup.* Ita fac. Tu quidem devolans proclama, quòd judiciale forum hoc pacto constituetur. Quotquot diem dixerunt, hodie in Areopagum veniant: ibi justitia sorte distribuet juris actiones pro ratione classium ex omnibus Athenien sibus. Quòd siquis iniquum judicium crediderit esse latum, licebit ad me provocanti denuo judicium experiri perinde ac si sententia prorsum lata non fuisset. [1] Tu verò filia [2] Deabus venerandis assidens, actiones sorte distribue, & inspice judicantes. *Iustitia.* Iterumne in terram, ut ejecta ab illis, denuo fugitiva è vita abeam, ubi injustitiam irridentem ferre non potero? *Iup.* Bene sperandum. Jam enim omnino persuaserunt ipsis Philosophi, ut te injustitiæ anteponant: præsertim filius ille Sophroniſci, qui quod justum est summopere laudavit, idque bonorum maximum declaravit. *Iust.* Scilicet ei quem dicis, valdè profuerunt habiti de me sermones, qui undecim viris traditus, & in carcerem conjectus, cicutam miser biberit, ne [1] gallo

1 *Tu verò filia*] Phurnutus Iovem Iustitiæ patrem creditum ait, ea ratione, quòd sit princeps & Imperator universorum, quodque quæcunque reges facerent, ut justa & æqua putarentur. Eadem ratione Anaxarchus Sophista in quarto Historiarum Arriani antiquos ait Iovi assistentem justitiam fecisse, quam interpretationem Arrian. non satis probat. *Cogn.*

2 *Deabus venerandis assidens*] Harpocration scribit Athenienses vocare Erinnyes σεμνὰς θεὰς quasi dicas, Deas castas & incorruptas. Pausan. in Corinthiac. ait Semnas ac Sicyoniis, Eumenides dici ab Atticis: in Attica tamen etiam Deas Semnas vocari. Has vocat Hesiod. in Teogo. Erimyes. Semnis Diis oves prægnantes immolabant & melicratum. *Idem.*

ἀλεκτρυόνα τῷ Ἀσκληπιῷ ἀποδεδωκώς, ὥστε τοσοῦτον ὑπερίσχυον οἱ κατήγοροι τὰ παρὰ τὴν ἀδικίαν φιλοσοφοῦντες. Ζ. ξένα ἔπη τοῖς πολλοῖς τὰ τῆ φιλοσοφίας ἦν. τότε, καὶ ὀλίγοι ἦσαν οἱ φιλοσοφοῦντες. ὥστε εἰκότως εἰς τὸν Ἄνυτον ἢ Μέλητον ἔρρεπε τὰ δικαστήρια. τὸ γὰρ νῦν εἶναι οὐχ ὁρᾷς ὅσοι τριβωνῖται, καὶ βακτηρίαι, καὶ πῆραι, καὶ ἀπανταχοῦ πώγωνες βαθεῖς, καὶ βιβλίον ἐν τῇ δεξιτερᾷ, καὶ πάντες ὑπὲρ σοῦ φιλοσοφοῦσι; μισοῦσι δὲ οἱ πλείστοις καὶ ἅλας, καὶ φάλαγγας, ἀλλήλοις ἀπαντῶντων. καὶ εἷς ὅστις ὁ τρόφιμος ἢ δεῖπνος εἶναι δοκεῖ βάλητος. πολλοὶ γὰρ τὰς τύχας ἀφέντες, ἃς εἶχον πρὶν, ἐπὶ τὴν πήραν ἔξεσαν, καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ σῶμα πρὸς ἥλιον εἰς τὸ μέλαθρον ἐπιχρώσαντες, αὐτοσχέδιοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων, ἢ τεκτόνων ἐξέρχονται, οὐ δὲ τὴν σὴν δεῖπνον ἐπαινοῦσιν. ὥστε καὶ τὴν παροιμίαν, ὅτῳ ἂν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν ἀφορμῶσι ξύλα, ἢ ἴνδικ ἂν ἀσπίδα ὁ ὀφθαλμὸς, ἀπορῆσαι φιλοσόφου. Δι. καὶ μὴν ἔτοι μὲ ὁ Ζεῦ ἐδεδίεσαν, ὡς ἀλλήλοις ἐρίζοντες, καὶ ἀγανακτοῦντες ἐν αὐτοῖς, εἰς ἐμὲ διεξέρχονται. φασὶ δὲ τοὺς πλείστους αὐτῶν, ἐν μὲ τοῖς λόγοις, ὡσανεὶ θαυμάζειν μι. ἐπὶ δὲ τῇ πραγμάτων, μὴ δὲ τὸ παράπαν ἐς τὴν οἰκίαν ὥστε δέχεσθαι, ἀλλὰ θύρας εἶναι ἀποκλείοντας, ἢν ἀφίκωμαί ποτε αὐτοῖς ἐπὶ τὰς θύρας. πάλαι γὰρ τὴν ἀδικίαν ὑποπτεύουσί αὐτοῖς. Ζ. ἐ πάντες ὦ Διὸς

gallo quidem Æsculapio persoluto: tantum prævaluerunt accusatores, contraria de justitia philosophantes. *Iup.* Nova adhuc plerisque tunc erat philosophia, paucique etiamdum philosophabantur. Quare non absre ad Anytum & Melitum judices tum inclinabant. At nunc an non vides quantum ubique palliorum, baculorum, perarum? ut ubique promissa barba, libellus in sinistra, omnesque pro te philosophantur? Plena autem & ambulacra turmatim atque gregatim mutuo sibi obviam euntium: nemoque prorsum est qui non virtutis alumnus videri cupiat. Nam multi relictis artibus, quas antè exercebant, ad peram prosilientes, & pallium, corpusque ad solem Æthiopico colore inficientes, philosophi extemporales, ex coriariis vel fabris prodeuntes obambulant, teque ac tuam virtutem collaudant, ut juxta proverbium, Citiùs aliquis in navi cadens ligno destituatur, quàm quocunque aspexerit oculus, philosophum desideret. *Iust.* At verò, Iupiter, hi me territant, dum inter se altercantur, & improbè se gerunt in iis ipsis quæ de me commemorant. Aiunt & plurimos eorum, sermonibus quidem simulare me: at re ipsa ne in ædes quidem admittere, sed præ se ferre quod excluduri me sint, si unquam ad fores ipsorum accessero, à quibus injustitia olim hospitio est excepta. *Iup.* Non omnes, filia, sunt fla-

1 *Gallo quidem Æsculapio*] Cum draconc etiam gallum attributum legimus propter vigilantiam, de quo ipsi res sacra fiebat. Quin & Socrates apud Platonem moriturus, sumpto veneno, cùm puer illi detexisset, quòd illi jam frigerent præcordia, gallum debemus ô Crito. *Cogn.*

1 Ἄνυτ-

χαιρ μοχθηροί εἰσιν. ἐγωὶ δ' κἂν ἑνὸς τοι χρηστὸς ἐπύχῃς. ἀλλ' ἄπιθι δή, ὡς κἂν ὀλίγας τήμερον ἀκούσωμεθ' ἔτι. Ερ. [1] ἀπίωμι ὦ Δίκη δῆτα Σούνιν, μικρὸν ὑπὸ τὸ Υμηττὸν ἰοῦσι τὸ λευκὸ τὸ Πάρνηθος, ἔνθα αἱ δύο ἐκεῖναι ἄκραι. σὺ γὰρ ἴσως ἐκλελῆθας πάλαι τὴν ὁδόν. ἀλλὰ τί δακρύεις, καὶ κατηφίζεις; μὴ δείδιθι. σὲ γὰρ ὄμμα τὰ ἐν τῇ βίᾳ πεφύκασιν ἐκεῖνοι πάντες οἱ σκίρρωσις, καὶ πιτυοκάμπται, καὶ βυσιρίδαι, καὶ φαλαρίδαι, ὃς ἐδεδίεις τότε. νυνὶ δ', σοφία, καὶ ἀκαδημία, καὶ στοά, καὶ πάντα χωροῦσι, καὶ πανταχοῦ σε ζητοῦσι, καὶ ἐκεῖ σοῦ λελήσονται, κἀκποῦσι ἔτι ποθὲν εἰς αὖθις περιόψοιο πάλιν. Δι. σὺ γὰρ μοι πάλαι ὦ Ἑρμῆ ἦν ἔπιος μόνος, ἅτε συνὼν αὐτοῖς τὰ πολλὰ, καὶ συμπατρίδων, ἐν τε γυμνασίοις, καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ. καὶ ἀγορᾷ γὰρ εἶ, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις παρόντες, ὁπόσοι μοχθήσουσι. καὶ εἴ δυνατή μοι παρ' αὐτοῖς ἡ μονή. Ερ. νὴ Δία ἀδικοίμι γὰρ ἄν, ὡς ἀδελφοῦ σε ὄντος μὴ λέγειν. ἐπεὶ ἐλίγα γὰρ ὅσοι τῆς φιλοσοφίας ἠφίλωσαν οἱ πολλοὶ αὐτῶν. καὶ γὰρ εἴ μηδὲν ἄλλο, αἰδοῖ γοῦν τῷ χρόνῳ, μετρίους ἀμφοτέρους ἐμφορεῖσθαι. πλὴν ἀλλὰ ἐν μοχθηροῖς πᾶσι σοφόν ἐστιν. ἔχει γὰρ οἶμαι πάλαι λέγειν, οἵοις ἢ ἡμισφοῖς, καὶ ἡμιφαίλοις. ἐπεὶ γὰρ αὐτοὺς μετέβαλεν ἡ φιλοσοφία ἐξηλάσθησαν, flagitiosi. Satisque est si paucos nanciscare probos. Verùm abite jam, ut vel paucæ aliquæ actiones hodie finiantur. *Merc.* Abeamus Iustitia, rectà versus Sunium, paululum sub Hymetto ad sinistram Parnethis deflectentes, ubi duo illi vertices. Tu enim videris jam olim esse oblita viæ istius. Sed quid fles, & lamentaris? ne metuas. Non ampliùs ita se habent res humanæ: mortui sunt omnes illi Scirones, Pityocamptæ, Busirides, & Phalarides, quos tunc pertimescebas. Nunc Sapientia, Academia, Stoaque tenent omnia, & ubique te quærunt, & de te disputant, hiantes & expectantes ficunde ad ipsos iterum devoles. *Iust.* Proinde, Mercuri, tu solus verum mihi possis dicere, (ut pote qui cum ipsis degas plerumque & conversèris cùm in gymnasiis, tum in concione. Nam tu es forensis, & in concionibus præconem agis) quales sint: & num apud ipsos commorari queam. *Merc.* Agerem injustè per lovem ni tibi quæ mea es soror, dicerem. Ipsorum enim plerique non parum utilitatis ex philosophia perceperunt. Etenim si nihil aliud, habitus saltem verecundia, minus delinquunt. Attamen & in flagitiosos aliquos incides (decet enim, opinor, verum fateri) & in semidoctos nonnullos, & semimalos. Etenim postquam acceptos eos alio colore inficiebat Philosophia: illi quidem

1 Ἀπίωμι, ὦ Δίκη, δῆτα τὸ Σούνιν, μικρὸν ὑπὸ τὸ Υμηττὸν, ἔνθα τὸ λευκὸ τὸ Πάρνηθος, ἔνθα αἱ δύο ἐκεῖναι ἄκραι] Athenarum hoc loco τοπογραφίαν describit, & tanquam ab oriente venienti primum occurrit Sunio, & Athenas ad sinistra Parnethis ponit, duæ vero illæ summitates, de quibus loquitur, fuerunt Acropolis, ubi erat Minervæ colossus à Phidia elaboratus, & Areopagus, fuerunt enim Athenæ bicipites, ut Parnassus. *Palm.*

ὁπόσοι μὲ ἐς πόρρω ἴσιον τὸ βαφῆς, χρηστοὶ ἀκεραίως ἀπεπλάθησαν, ἀμιγεῖς ἑτέρων χρωμάτων. καὶ σοῦσμα τῶν σὴν ὑποδοχήν, ὅτοι ἑτοιμότατοι. ὅσοι δ' ὑπὸ δ' παλαιᾷ ῥύπῳ μὲν ἐς βάθος περιδέξασθε ὁπόσον δύσποιον δ' φαρμάκου, τ' ἄλλων ἀμείνους. ἀπλεῖς δ' ὅμως, καὶ μιξόλευκοι, καὶ ποικιλόχροοι, καὶ παρδαλωτοὶ τὴν χρόαν. εἰσὶ δ' οἳ ἐ μόνον ψαύσαντες ἔκποθεν δ' λέντο ἄκρου τῆ δικτύλου, καὶ ἐπιχρίσασθε μόνον τ' ὀσφύος, ἱκανῶς οἴονται ἐ ὅτοι μεμελανθάφθαι. σοὶ μόνοι δῆλον ὅτι μὴ τῶν ἀρίστων ὑ λιστερᾶς ἔσῃ. [1] ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ἤδη παλαιάζομεν τῇ Ἀττικῇ. ὥστ τὸ μὲ Σούνιον, εἰ δεξιᾶ καταλείπομεν, ἐς ἤ τὴν ἀκρόπολιν ἐπιδιώμεθ ἤδη. καὶ ἐπείπερ κατεβαθήκαμεν, αὐτὴ μὲ σύνταξίς τις ἐπὶ δ' πύγε καθῆσθαι τὴν πύκα ὁρᾶσαι, καὶ ἀσκεμμένοι ἔς' ἂν κηρύξω τὰ ὑπὸ δ' Διός. ἐγὼ δ' ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβὰς, ῥᾷον ἅπαντας ἐπαΐσω εἰ δ' ἐπηκόω ἀσφαλέσομαι. Δι. μὴ ἀσπερχῶς ἀπόλθῃς ὦ Ἑρμῆ, πρὶν εἰπεῖν ὅσις ὅτ' ὁ ἀσσείων ἐστι. ὁ κερματοφόρ. ὁ τὴν σύριγγα. ὁ λάσι ἐκ τοῦ σκιλοῦ. Ερ. τί φῄς, ἀγνοεῖς τ' Πᾶνα, τ' Διονύσου θρεπτόπαντων τ' βακχικώτατον; ὅτ ὦκέ μὲ τὸ πρόσθεν ἀνὰ τὸ Παρθένιον. ὑπὸ δ' τ' Δάπιδ ἐπίπλαγη, καὶ τὴν Μαραθωνάδ τ' βαρβάρων ἀπέβασιν, ἥκει ἄκλητ τοὺς Ἀθηναίοις σύμ-

dem quotquot ad satietatem tinctturam imbiberunt, accuratè probi effecti sunt, nullo alieno colore permixti: & ad susciendam te, hi sunt paratissimi. Quotquot autem præ veteri illuvie, tinctorii veneni vim integram in intimas partes non receperunt, aliis quidem sunt meliores, sed tamen imperfecti, & semialbi: maculosi, & colore pardalium. Sunt autem qui cùm foris tantùm attigerint lebetem summo digito, & sibi fuliginis nonnihil illeverint, abundè putent sibi mutatum colorem. Planum sanè est fore, ut cum optimis conversèris. Sed inter loquendum, Atticæ jam appropinquamus. Quare Sunium quidem ad dextram relinquamus: ad arcem autem jam hinc declinemus. Ac postquam descendimus, ipsa quidem hîc alicubi super campo sede, ad Pnycem respiciens, & exspectans donec proclamavero, ea quæ sunt à Iove imperata. Ego verò arce conscensa, sic faciliùs ex loco unde exaudiri possim omnes advocabo. *Iust.* Ne priùs abieris Mercuri, quam dicas quisnam iste sit, qui huc accedit, corniger fistulam habens, & cruribus hirsutus. *Merc.* Quid ais? non nosti Pana illum ex Bacchi ministris omnium maximè bacchicum? Hic antea habitabat in monte Parthenio: tempore autem quo Datis classe est advectus, & Barbari in Marathonem egressi, venit non vocatus opem ferens Athenienſibus. Ab

1 Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων] Lucas Holstenius in notis ad Stephan. de urbibus in ΑΡΕΙΟΣ ΠΑΓΟΣ hoc modo interpretandum inquit: *Sed dum sic loquimur Atticæ jam appropinquamus. Quare, Sunio ad dextram relicto, ad Acropolin jam hinc declinamus. Ac postquam descendimus, ipsa quidem alicubi hic in rupe consida, Pnycem versus prospiciens expectansque donec ea, quæ sunt à Iove mandata, proclamavero.* Sic enim ὅπου τῦ πάγυ vertendum, non ut male interpretes *super vicum* aut *super campo*. Alm.

1 Τὰς

μηχ. καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σκήλυγγα τὴν τῶν ἀπελαθόρμων, οἰκεῖ μικρὸν ὑπὲρ Πελασγικοῦ, εἰς τὸ μεσημβρινὸν σκοπιλᾶν. ἢ καὶ ὡς τὸ εἰκός, ἰδὼν σε γεῖτονα, σχίσιον δεξιωσόμενον. Παν. χαίρειν ὦ Ἑρμῆ ἐ Δίκη. Ερ. καὶ. Δι. καὶ σύγε ὦ Παὶ μουσικώτατε, καὶ παθηλικώτατε σατύρων ἁπάντων. Ἀθλίως ἦ, καὶ πολεμικώτατε. Π. πῆ ἦ ὑμῶς ὦ Ἑρμῆ, δῆτα χρεία ἤγαγεν; Ερ. αὐτὴ σοι διηγήσεται τὰ πάντα. ἐγὼ ἦ, ἐπὶ τὴν ἀκροπόλιν, καὶ τὸ κήρυγμα. Δι. ὁ Ζεὺς ὦ Παὶ, καταπέμψει με, ἀποπληρώσοντα τὰς δίκας. σὺ ἦ πῶς τὰ ἐν Ἀθήναις ἔχεις; Π. τὰ μὲν ἄλλα, εἰ κατ' ἀξίαν σχήσω παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ πολὺ καθυδρίστερα τῶν ἐλπίδων. καὶ ταῦτα, πολεμικώτατα ἀπασῶν μόνων κυδιόμενοι, τὰ ἐκ τῶν βαρβάρων. ὅμως ἦ, ὦ Ζεῦ, ἡ τρὶς ἢ τέτταρας ἐνιαύτους, ἐπιλεξάμενοι τέμενος ἱερὸν, θύουσί μοι, πολλῆς τῆς κνίσσης ἀπτόζουσι. οἵτ' ἐκκόπτοντες τὰ κρέα, ποιησάμενοί με τῆς εὐφροσύνης μέτοχον, καὶ ψιλῆς ἐμπίπτοντες τῆς κρέατος. πλὴν ἀλλὰ ἔχει τινά μοι ψυχαγωγίαν ὁ γέλως αὐτῶν, καὶ ἡ παιδιά. Δι. τὰ ἄλλα ἦ ὦ Παὶ, ἀμείνους σχοῖς χρηστὸν ἐμφύσας τὸν τῶν φιλοσόφων. Π. πῶς λέγεις τοὺς φιλοσόφους; ἆρ' ἐκείνους τοὺς κατηφεῖς, τοὺς σκυθρωποὺς ξυνάμει πολλοὺς, τοὺς τὸ γήθειον ὁμοίως ἐμοὶ, τοὺς λάλους; Δι. καὶ μάλα. Π. οὐκ οἶδα ἄ, τι ἐ λέγουσιν, οὐδὲ συνίημι τὸν σοφὸν αὐτῶν. ὄρεσιν ὦ ἔοικε, καὶ τὰ κομψὰ ταῦτα ῥήματα, καὶ ἀκρὰ, ὦ μεμάθηκα ὦ Δίκη. Ab eo tempore, accepta ista quæ est sub arce spelunca, habitat paulum infra Pelasgicum, inter inquilinos census. Et nunc ut verisimile, nos ex vicinia conspicatus, accedit salutaturus. *Pan.* Salvete Mercuri, & Iustitia *Merc.* Et tu. *Iust.* Et tu utique ô Pan, Musicorum studiosissime, omniumque saltatorum Satyrorum agillime, Athenis etiam bellicosissime. *Pan.* Quænam vos Mercuri, huc adduxit necessitas? *Merc.* Hæc tibi enarrabit omnia: ego verò in arcem hinc, & ad præconium abeo. *Iust.* Iupiter, ô Pan, misit me ut sortito distribuerem actiones forenses. At tibi quomodo se res habent Athenis? *Pan.* Haudquaquam, in universum quidem, pro dignitate apud ipsos ago sed multò quàm speraram deteriùs: idque cùm tantum depulerim tumultum illum à barbaris exortum. Sed tamen bis ter-ve quotannis ascendentes, segregato ad hoc hirco aliquo coleato, multùm grave olente, mihi sacrificant. Deinde epulantur carnes illas, me lætitiæ ejus velut testem adhibentes, & tenui quodam honorantes applausu: quanquam nonnihil animum meum oblectat risus ipsorum & lusus. *Iust.* Inter cætera Pan meliores ad virtutem facti sunt à philosophis. *Pan.* Quosnam istos dicis philosophos? num tetricos illos vultuque tristes simul multos, barba mihi adsimiles, & loquaces? *Iust.* Maximè. *Pan.* Nescio quid dicunt: sapientiam ipsorum non intelligo. Etenim montanus ego sum, nec subtilia ista, urbanaque verba didici Iustitia. Nam unde

1 Τὲς τὸ γήθειον ἐχ ὁμοίως ἐμοὶ] Τὲς τὸ γήθειον ὁμοίως ἐμοὶ, ut mox καὶ λιὰ μάλα ἔοικε τῇ τῶ πάγωρ ὁμοίωται. Pan idem qui & nunc loquitur. *Marcil.*

1 Πάν-

πόθεν γάρ ὁ Ἀρκαδίας σοφιστὴς, ἢ φιλόσοφος; μέχρι μὲν πλαγίου καλάμου, καὶ τοῦ σύριγγος, ἐγὼ σοφός. τὰ δ' ἄλλα, αἰπόλος, καὶ χορδοτὴς, καὶ πολεμικὸς ἦν δῆτα. πλὴν ἀλλ' ἀκούω γε αὐτῶν ἀεὶ κεκραγότων, καὶ δρεστὴν πᾶσι, καὶ ἰδέας, καὶ φύσιν, καὶ ἀσώματα διεξιόντων, ἄγνωστα ἐμοὶ, καὶ ξένα ἐνόματα. καὶ τὰ ὀρθότατα μέν, εἰρωνικῶς σφόδρα χρῶνται πρὸς ἀλλήλους λόγοις. ἀρξάμενοι δὲ τῆς συνουσίας, ἐπιτείνουσι τὸ φθέγμα μέχρι πρὸς τὸ ὄρθιον. ὥστε ὑπερδιακινούμεθα, καὶ μεγάλα λέγειν ἐθελόντων, τό τε πρόσωπον ἐρυθριᾷ, καὶ ὁ τράχηλος οἰδεῖ, καὶ αἱ φλέβες ἐξαίρονται, ὥσπερ τῶν αὐλητῶν, ὁπόταν εἰς τοὺς τὸν αὐλὸν ἐμπνεῖν βιάζωνται. διαταραξάντες γὰρ ἐν τοῖς λόγοις, καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπισκοπούμενον συγχύσαντες, ἅπασι λοιδορησάμενοι ἀλλήλοις οἱ πολλοὶ, τὸ ἰδρῶτα σὺν τῷ μετώπῳ ἀγκύλῳ τῷ δακτύλῳ ἀπεξεσμένοι. καὶ ἔστιν κρατεῖν ἔδοξεν, ὃς ἂν μεγαλοφωνότερον αὐτῶν ᾖ καὶ θρασύτερον. πλὴν ἀλλ' ὅγε λεὼς, ὁ πολὺς, τιμῶσιν αὐτούς. καὶ μάλιστα ὁπόσους μηδὲν τῶν ἀναγκαιοτέρων σχολαίους. καὶ παρίασιν, πρὸς τὸ θρασύτερον ἐκ τοῦ βοᾶν κεκληδόνες. ἐμοὶ μὲν ὦν ἀλαζόνες πάνυ ἐδόκουν εἶναι τούτων, καὶ ἀνιαρῶς ἐπὶ τῇ τῶν ὀνόματων ὁμοιότητι. εἰ δέ γε δημωφελές τι εἶχεν τῇ βοῇ αὐτῶν, καί τι ἀγαθὸν ἐκ τῶν ῥημάτων ἐκείνων ἀπεφύετο αὐτοῖς, οὐκ ἂν εἶπεῖν ἔχοιμι. πλὴν ἀλλ' εἶχε δῆτ μηδὲν ἀποτελούμενον, τἀληθῆς διηγήσασθαι, εἰκῇ γάρ ἐπὶ σκοπῆς, ὡς ὁρᾷς, πολλῶν αὐτῶν πολλάκις ἤδη ἐπαστάμενον ἐκ δίλλου ἀφάμενον. Δι. ἐπίσχες ὦ Πάν. οὐχ ὁ Ἑρμῆς σοι κηρύττειν ἔδοξε; Π. πάνυ μὲν δή.

unde in Arcadia sophista vel philosophus foret? Ad obliquum usque calamum, & fistulam doctus ego sum: cæterùm pastor, saltator, & si sit opus, bellator. Audio tamen illos assiduò vociferantes, ac virtutem nescio quam & ideas, & naturam, & incorporea quædam commemorantes ignota mihi ac peregrina nomina. Ac primùm quidem sermones inter se pacificè ordiuntur: sed procedente disputatione, intendunt vocem ad orthium usque: ita ut cùm nimium distendantur, magnaque eloqui contendant, illis facies rubescat, collum intumescat, & venæ sint extantiores, quales tibicinum, quando tibiam angustam inflare vi quadam coguntur. Conturbatis igitur sermonibus, eoque confuso quod principio instituerant, plerique sese mutuis convitiis incessentes, sudorem ex fronte, incurvo digito abstergentes, abeunt. Atque hic demum vincere visus est, qui clamosior & confidentior esset. Sed tum vulgus admiratur eos, in primis verò quibus nihil rerum necessariarum curæ est, & astant confidentia & clamore illorum excitati. Hinc fiebat ut mihi viderentur arrogantes, & barbæ similitudinem ægrè ferrem. Num autem ipsorum clamori aliquid ineffet quod reipubl. conduceret, & boni aliquid ex verbis illis, nasceretur ipsis, dicere non possum. Quanquam si verum dicere convenit, nihil præmetu reticendo (etenim in speculâ, ut vides, habito) multos ipsorum sæpenumero jam conspicatus sum sub obscuram vesperam. *Inst.* Tace Pan, annon Mercurius tibi jam visus est proclamare? *Pan.* Maximè.

Ερ. ἀκούετε λεώς. ἀγορᾶν δικῶν ἐμοὶ τύχη καθεζομένοις τήμερον, ἐλαφηβολιῶνος ἑβδόμη ἱσταμένου. ὁπόσοι γραφαὶ ἀπήγχυσαν, ἅπαν εἰς Ἄρειον πάγον, ἵνθα ἡ δίκη δικαιοῖ τὸ δικαιότερον, καὶ αὐτὴ παρίζει τοῖς δικάζουσιν. οἱ δικασταί, ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων. ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης. ἀριθμὸς τῶν δικασῶν, καὶ λόγον ὁ ἐπιλέξασθε. ὁπόσοι δ' ἀποθνήσκουσι χαῦλοι, πρὶν εἰσελθεῖν ἀπὸ δικαστοῦ καὶ τούτους ὁ Αἰακὸς ἀναπεμψάτω. εἰ δέ τις ἄδικα δεδικασμένος εἴπτωσι, φάσκων ἀμαυρότερα τὴν δίκην. ἢ δ' ὅς, ἐπὶ τὸν Δία. Π. βαβαὶ ὁ ἡσυχῶν. ἡλίκην ὦ Δίκη ἀνεβόησαν, ὡς ὁ ἐν ἀγορᾷ σωφρόνων ἤλκησεν ἐκάλεσε πρὸς τὸ ἄκαιρος. καὶ ὁ Ἑρμῆς δ' ἤδη παίζει. ὥστ' ὑμεῖς μὲν ἀμφὶ τὰς δίκας ἔχετε, καὶ ἀπέλθητε, καὶ λάχετε, ὥσπερ ὑμῖν νόμος. ἐγὼ δ', ἐπὶ τὸ ἀσφάλειον ἀπέλθω, συλλέξομαί τι μέλος τοῦ ἐρωτικοῦ, ᾧ πάνυ ἐώθη ἐπικερτομεῖν. ἀκηκόασιν δ', καὶ λόγον τοῦ δικαιοτάτου, ἄλλως ἔχοιμι, ὁ σήμερον τοῦ τὸ Ἀρείου πάγου δικαζόμενον ἀκούστε. Ερ. ἄγε ὦ Δίκη, ἀκολούθει. Δι. ἐγὼ λέγω. ἄγετε γάρ, ὡς ὁρᾶς ἀκόλουθοι ἕπεσθε, ὥσπερ οἱ σφῆκες ἀκολουθοῦντες τὸν ἄκαρον. Ἀθηναῖος. εἰληφά σε ὦ κατάρατε. Αλ. συκοφαντεῖς. Αλ. δύσεις ποτὲ ἤδη τὸν δίκλω. Αλ. ἐξελίξω σε, δεινὰ εἰργασμένον. Αλ. ἐμοὶ ἀκολούθησον. Αλ. ἕπου μιᾶρι πρὸς τὸ δικαστήριον. Αλ. μὴ ἄγχαμε. Δι. εἶεν ὁ θεσπέσιος ὦ Ἑρμῆ; τὸν μὲν ἄλλως δίκης, ἐς τὸν αὖριον ὑπερβαλόμενος. σὲ μέντοι ἔγωγε, κλαπᾶδον μὲν. *Merc.* Audite populus. Forum judiciale, quod fœlix faustumque sit hodierno die instituemus, qui Februarii est septimus. Quicunque igitur actiones detulêre, in Areopagum veniunto: ibi Iustitia forum sortietur, aderitque ipsa judicantibus. Judices ex omnibus Athenienſibus dabuntur: merces pro quaque lite, trium erit obolorum: numerus judicum ſecundum accuſationis æſtimationem. Quotquot autem relictis actionibus, priuſquam judicio experiri potuerint, mortui ſunt, hos remittat Æacus. Quod ſiquis iniquè judicatum putaverit: ad alium judicem, nimirum ad Iovem provocabit. *Pan.* Papæ! qualis tumultus! quantum Iuſtitia, exclamarunt! ut undique properè concurrunt, ſeſe mutuo trahentes per acclive ſurſum verſus Areopagum! Iamque adeſt Mercurius ipſe. Quare vos actionibus operam date, ſortimini, & diſceptate, ut veſtræ ferunt leges. Ego verò ad ſpeluncam hinc digreſſus, fiſtula canam carmen aliquod amatorium, quo Echonem ſoleo probris inceſſere. Cæterùm auſcultationum & orationum judicialium ſatis ſuperque habeo, ut qui quotidie in Areopago litigantes audiam. *Merc.* Age Iuſtitia, advocemus iſtos. *Iuſt.* Rectè dicis. Nam affatim ut vides, accedunt tumultuantes, ut veſpæ quæ verticem circunſtrepunt. *Athenienſis.* Cepi te ô ſceleſte. *Alius.* Sycophantam agis. *Alius.* Pœnas jam tandem dabis. *Al.* Convincam te gravis facinoris. *Al.* Mihi primo ſortire. *Al.* Sequere, ſceleſte, ad judicem. *Al.* Ne me ſuffoca. *Iuſt.* Scis quid faciamus Mercuri? Cæteras quidem lites in craſtinum rejiciamus: hodie autem eas

τὰς τοιαύτας, ὑπὲρ ὧν τί χρὴ, ἢ βίοις, ἢ ἐπιτηδεύμασι, πρὸς ἄνδρας εἰσὶν ἐπηγγελμένοι. καί μοι ταύτας ἀναδοθήτω χειρόγραφον. Ερ. μίθη πρὸς τὴν Ἀκαδημίαν ὑπὲρ Πολέμωνος ἀνδραποδισμοῦ. Δι. ἐπὶ λῃστὰς κλήρωσον. Ερ. ἡ πρὸς τὴν ἡδονῆς, ἀδικίας, ὅτι τὸν ἐραστὴν αὐτῆς Διονύσιον ἀπεσπάκασιν. Δι. πίνει ἐκεῖνοι. Ερ. πρὸς Ἀριστίππου τρυφὴν πρὸς δρεπτίδα. Δι. πίνει δὲ τούτοις δικασταὶ τοσοῦτοι. Ερ. δημοσιωθήσεται, φασὶν Διογένει. Δι. τρεῖς λάχωσι μόνοι. Ερ. ἡ γραφὴ τὴν Πύρρωνος λιποταξίαν. Δι. σύνεισι κρινοῦσι. Ερ. βούλῃ δὲ ταύτας ἀποκληρῶμεν ὦ δίκη, τὰς δύο, τὰς ἀρχαίας, τὰς ἀπολωλεκυίας κατὰ τὸ ῥητορικὸν; Δι. τὰς παλαιὰς πρότερον ἀμφιλύσωμεν. αὖτις δέ, εἰς ὕστερον διδικάσοντες. Ερ. καὶ μὴν ὁμοίας γε δὴ αὗται. καὶ τὸ ἔγκλημα, εἰ δὲ νεαρὸν, ἀλλὰ συγκλήσεσι τοῖς ἀρχαιοκληρωμένοις. ὥστε καὶ τούτοις δικαστὰς ἄξιον. Δι. ἔοικας ὦ Ἑρμῆ, χαριζομένῳ τῇ δίκῃ. ἀποκληρῶμεν δ' ὅμως εἰδικεῖ. πλὴν ἀλλὰ ταύτας μόνας, ἐκείνας γὰρ αἱ ἀποκεκληρωμέναι, δὸς τὰς γραφάς. Ερ. ῥητορικὰ, κελεύσεις τὸν Σύρον. Δι. ἀφίλογος, τῷ αὐτῷ ὕβρεως. Δι. πῶς γὰρ οὐκ ἔστι; ἐγὼ γὰρ ἐγγέγραπται τοῦτο. Ερ. ὥστε ἀποκλήρει τὸν ῥητορα τὸν Σύρον, κωλύσει γὰρ οὐδὲν ὄνομα. Δ. ἰδοὺ δὲ τὰς ὑπαιθρίους ἤδη Ἀθήνησιν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἀποκληρώσωμεν, ἃς ὑπὲρ τοῦ Εὐφράτου κωλῶσι εἶχε διδικάζειν. πλὴν ἀποκλήρει ἴσθι καὶ τὰς αὐτὰς ἐκατέρας τῇ δίκῃ. Ερ. εὖγε ὦ δίκη, φείδῃ, μὴ πολὺ ἀναλίσκεσθαι τὸ δικαστικὸν.

eas tantùm sortiamur, quæcunque ab artibus, aut vitis, aut scientiis, contra homines promulgatæ sunt. Ac mihi has profer actiones. *Merc.* Ebrietas contra Academiam, pro Polemone, plagii. *Iust.* Sortire septem. *Merc.* Stoa contra Voluptatem, injuriarum, quòd amatorem ipsius Dionysium abduxerit. *Iust.* Quinque sufficient. *Merc.* Pro Aristippo, Mollities contra Virtutem. *Iust.* Quinque etiam jus hisce dicant. *Merc.* Mensaria contra Diogenem, fugæ. *Iust.* Tres tantùm sortire. *Merc.* Pictoria contra Pyrrhonem, ut desertorem. *Iust.* Novem cognoscant. *Merc.* Vis-ne & has sortiamur, Iustitia, duas videlicet istas, paulò antè nosti contra Rhetorem institutas? *Iust.* Antiquiores illas priùs dirimamus. Hæ autem postea judicabuntur. *Merc.* Atqui similes etiam istæ superioribus sunt, quodque intenditur, quanquam recens, affine tamen est illis, de quibus modò sortiti sumus: quare æquum est ut inter ea disceptetur. *Iust.* Videris Mercuri, indulgere petitioni. Sed tamen sortiamur, si tibi videtur, verum solas hasce duas: sufficiunt enim hæ quas sortiti sumus. Cedo ipsas actiones. *Merc.* Rhetorica contra Syrum, malæ tractationis. Dialogus contra eundem, contumeliæ. *Iust.* Quis iste, cujus nomen adscriptum non est? *Merc.* Ita sortire contra Rhetorem Syrum: nihil enim vetabit, etiam absque nomine proprio. *Iust.* Ecce jam etiam peregrinas Athenis in Areopago sortiamur: quas rectiùs fuerat ultra Euphratem fuisse disceptatas. Verùm sortire undecim eosdemque utrique liti. *Merc.* Rectè Iustitia. Parce, ne multa in judices impen-

1 Πύῤῥωνος λιποταξίαν] Diogen. Laert. initio vitæ ejus. *Bourd.*

1 Ea-

σκῶ. Δι. οἱ αὐτοὶ κρηδέμνοις τῇ ἀκαδημείᾳ, καὶ τῇ μέθῃ. σὺ δ', τὸ ὕδωρ ἔγχει. σὺ δὲ λέγε τί μέλλεις, καὶ λέγε δή; καὶ σὺ Ἑρμῆ σιωπᾷς. Ερ. ἐπειδὴ φησὶ τὴν ἀγῶνα εἶπεῖν ὑπὸ δὲ ἀκρότητι τοῦ γλωττίου πεπεδῆσθαι, μὴ δὲ χάλασαι ἕφλω ὁ τὴν δικαστήριον. μᾶλλον δὲ ἱμάντας ὁράς. Δι. σὺν σωφρονεῖν ἀναβιβασάμενος τὸν δικαστὴν τοῦτον πρό. πολλοὶ γὰρ, εἰ καὶ ἐστὶ τελευτόλογοι ἀλεξιφαγῆναι ἐπιμοι. Ερ. ἀλλ' ἐάν τις ἐθελήσειέ γε τῷ φασιρῷ σωφρονεῖν μίθῃ, πλὴν ὀλιγάμισθά γε ταῦτα ἐοικεν ἐκεῖν. Δι. τὰ ποῖα; Ερ. ἡ ἀκαδημία ἀεὶ πρὸς ἀμφοτέρους παρασκεύασεν τοὺς λόγους, καὶ τοῦτ' ἀσκεῖ, τοιγαροῦν καλῶς δυνήσεται λέγειν. αὕτη τοίνυν φησὶν ὑπὲρ ἐμοῦ σωφρονεῖν εἰκότως. εἶτα ὕστερον ὑπὲρ ἑαυτῆς ἐρεῖ. Δι. καινὰ μὲ ταῦτα. εἰπὲ δ' ἡμῖν ἡ ἀκαδημία τὸν λόγον ὑπέρ σου, ἵνα σοι ἡδέως. Ακα. ἀκούετε, ὦ ἄνδρες δικασταί πρότερον τὰ ὑπὲρ τῆς μείζονος. ἐκείνης γὰρ τὰ γε τῶν ῥᾳστα. τὴν δίκην δ' ἡ αὐλία τε μέλλει λαβεῖν τὴν τῆς ἀκαδημίας ἐμὲ ἀφαιρουμένου ὃ μόνον εἶχεν εὔνουν, καὶ πιστὸν αὐτῇ, μᾶλλον ἀχθομένου ἢ σπουδάζοντι διαφθορᾶς. τὸν Πολέμωνα ἐρεῖνον. ὃς μεθ' ἡμέραν συμπίνει ἀεὶ τῆς ἀγορᾶς μέσης, ἐλάττονα ἔχων, καὶ κεκαδυμένον, ἵνα μὴ εἰς ἐπιβουλὴν μεθύων ἴοι, καὶ κεφαλῇ, καὶ τῷ κεφαλῇ τὰς σφόνους ἐλιθοστρόβου. καὶ ταῦτα ἐν ἀγορᾷ, μάρτυρες Ἀθηναῖοι ἅπαντες, οἱ μὴ δὲ ποτε νήφοντα Πολέμωνα εἶδον. ἐπεὶ δ' ὁ κακοδαίμων ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλεσεν τὸν Ἀντίοχον, ἐκεῖνος ἐπὶ τὸν Πολέμωνα ἐκάλεσεν. ἐνταῦθα ἐγὼ ἐπὶ τὸν Ἀντίοχον ἐκάλεσα τὸν Πολέμωνα. ἐνταῦθα ὁ Ἀντίοχος ἐπὶ τὸν Πολέμωνα ἐκάλεσεν τὸν Ἀντίοχον. ἐνταῦθα ὁ Πολέμων ἐπὶ τὸν Ἀντίοχον ἐκάλεσεν

1 Τῶν τριχῶν σύρσα] Apulejus lib. VI: *Et audaciter in capillos ejus immiſſa manu, trahebat eam nequaquam renitentem*; de Conſuetudine Pſyches ad Venerem pertrahente. Ariſtenætus lib. II. epiſt. 7: Καὶ ζηλοτυπῆσα ἡ παιδίσκη τὴν κόμης ἐξέλκει, Idem.

2 Τὰς χεῖρας ὀρέγοντα] Vti in indignatione fieri amat, ubi vis atque injuria plus, quam jus & æquum valent. Sic apud Dionyſ. Halicarnaſſ. l. XI. Antiq. Rom. cum Appius Claudius Virginii filiam clienti ſuo addixiſſet, ὅσοι μὲν ἦσαν ἀκέραιοι, καὶ τὰ δίκαια λογίζονται παρόντα, τὰς χεῖρας ἀραττες εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀνέκραγον ὀδυρμῷ ⸗ ἀγανακτήσει μεμιγμένῳ πρὸς γόοις. *Quotquot erant integris judiciis & juſta cauſa advocati, ſublatis in cœlum manibus mixtum ploratu & indignatione clamorem ſuſtulerunt.* Sic Iuſtinus lib. XIX. cap. 3. *Ipſe quoque* (Imilco) *manus ad cœlum tendens, nunc ſortem ſuam, nunc publicam fortunam deflet; nunc Deos accuſat, qui tanta belli decora, & tot ornamenta victoriarum, quæ ipſi dederant, abſtulerint.* Idem.

3 Καὶ μαρτυρόμενον τοὺς θεούς] Sic ſolent homines teſtes Deos invocare, quum nullum adverſus mendacium in innocentia præſidium eſt. *Idem.*

4 Ἀνὴρ ὠχρὸς ⸗ ἄμορφος &c.] Deſcribitur eleganter ab Ovidio in Metamorph. ſub feminæ habitu, quod Latinis femineo genere *Invidia* dicatur, uti contra Græcis maſculino φθόνος; ſicut & *Livor* Latinis:

*Pallor in ore ſedet, macies in corpore toto.*
*Nuſquam recta acies: livent rubigine dentes:*
*Pectore felle virent; linguæ eſt ſuffuſa veneno*, &c.

Syneſius in I de providentia, ubi de invidia Typhonis agit: ὡς ἤδη τὸ παῦλαν παρεστιμίαν εἶναι, καὶ ἐρώτημα πρὸς τὸν ἀχριῶντας, μή τι τῶν ἀδελφῶν σε κηλεῖ; *ita ut jam res in proverbium abiret, & hæc familiaris eſſet ad pallentes interrogatio. Numquid fratri tuo boni evenit?* Ideo autem macies in corpore, quia

Τήκει ⸗ φθονεροῦν ὄμματα, καὶ πραδίαν.
*Contabeſcere facit invidentium & oculos, & cor.*

uti eſt apud poëtam Græcum in Anthol. lib. I. c. 83. *Quid infelici viro præſtat invidia*, inquit Auguſtinus ſerm. 83. de Tempore, *quem in ſecretis conſcientia quibuſdam unguibus livor ipſe diſcerpit, & alienam felicitatem tormentum illius facit? quam inquam mercedem ex odio ſuo recipiet, niſi horribiles animæ tenebras, & confuſa mentis horrorem, qui vultus ſemper animoque mœrente vota, quo vult alii nocere, ſe cruciat: quem ſaviſſimis exagitatum ſtimulis ab omni conſilio, ac mentis ſobrietate deturbat? quod malum ladit parum aliquid etiam eos, in quos intenditur, gravius tamen, & perniciоſius, eos prius, à quibus procedit, affligit. Sicut enim ærugo ferrum, ita invidiam illam ipſam animam, in qua eſt, interimit & conſumit.* Horatius l. I. Epiſt. 2: *Invidus alterius macreſcit rebus opimis.* Idem.

5 Ὀξὺ διδορκὼς] Vt enim paulo poſt dicit Auctor, invidi πάντες ἀλλήλους ὀξὺ διδόρκασι. *Invicem ſeſe acute intuentur*: ut ſcilicet vitia aliqua in adverſariis deprehendant. Themiſtius orat. I: ὡς ἄδην ἄρα ἄλλο χαλεπώτερον πάσης ψυχῆ νόσημα φθόνου τε ⸗ βασκανίας· καὶ μᾶλλον ὅσῳπερ ὁ νοσῶν ὀξύτερον βλέπει μὴ τὸ πρὸς αὐτὸν μό-

[1]τὸ φθόνον ἄν τις εἰκάσειε. τὸ μὲν γὰρ ἄκρα τινὲς δύο παρομφερῆ ἔσω τρίχωσαν, τὸ δὲ κατάχρωμα τῶν Διαβολῶν. ὡς δή μοι ὁ ταύτας ἐμήνυσεν [2]ὁ περιηγητὴς τὴν εἰκόνα, ἡ μὲν, Ἐπιβουλή τις ἦν, ἡ δ', Ἀπάτη. καθῆστο δ' ἠναλωμένῃ πάνυ πενθικῶς τὴν ἐσθῆτα καὶ μελανείμων, καὶ παπαιρασμένη. [3]Μετάνοια δ' ἐκαλεῖτο ὑπ' αὐτῶν ἡλίγιον. [4]ἐπεστρέφετο γὰρ ἐς τὰ ὀπίσω

Livorem esse. Quin & aliæ duæ mulieres comitantur, hortantes, componentes, & ornantes Calumniam: quarum altera sicuti mihi significavit imaginis interpres, Insidiæ, altera Fallacia erat. Quædam à tergo sequebatur lugubri habitu, pulla, laceraque veste: atque hæc Pœnitentia dicebatur: quæ versa in tergum facie, cum lacrymis &

μένον, ἐς τὰ ἔσχατα, ἀλλὰ ἐς τὰ σπλάγχνα, ἐς τὰ μυελοὺς ἀφικνῶται. *Adeo nullus morbus invidiæ ac livore molestior gignitur: eoque magis, quo qui eo laborat, acutius pervidet; non ea tantum, quæ juxta se, atque in proximo sita sunt; verum etiam, quæ longinqua sunt, & magno à se intervallo semota.* Plutarchus lib. de Securitate: τί τ' ἄλλο σεμνὸν ἀνθρωπε βασκαίνεται κακὸν ὀξυδερκῆς, τὸ δ' ἴδιον παρορᾷς: *Quid alienum malum homo invidentissime acute intueris, tuum vero pervides?* Tollius.

1 Τὸν φθόνον ] Recte sane livor calumniæ comes additur. Hesiodus in Operib.

Ζῆλόν θ' ἁνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἔπασσεν
Δυσκέλαδόν θ', κακόχαρῆ θ', ἁμαρτοεπῆ τε γυναῖκα.
*Livor autem homines miseros omnes*
*Malos rumores spargens, malu gaudens, comitabitur invisa vultu.* Idem.

2 Ὁ περιηγητὴς τ' εἰκόνος ] Περιηγηταὶ proprie sunt illi, qui hospites ad perlustranda urbis præcipua loca & monumenta circumducunt, iisque singula exponunt. Hinc per translationem de explanatoribus & interpretibus ea vox usurpatur. Familiare autem fuit istiusmodi tabellis vitam humanam describere, iisque interpretandis senem aliquem addere, aut affingere enarratorem. Vt in Tabula Cebetis factum, & in illa Herculis Prodicii fabula: quam aliquantulum immutans Themistius haud aliter Simulationem, & eodem ferme comitatu suffultam subnixamque descripsit, atque hic noster Calumniam. Nam & ipsa fucati medicamentis candoris & ruboris, pigmentisque aliis exornata, comtaque eleganter, fraudem & insidias, dolum & perjurium, & emissariam adulationem secum trahit, quas tandem tristis ac demissa consequitur pœnitentia. Locus est in extrema oratione tertia perquam elegans, lectuque dignissimus. *Idem.*

3 Μετάνοια ] *Nam judicia festinata*, inquit Sarisberiensis in Policratico, cap. XII. lib. V. *pœnitentiam pariunt.* Vel ut in Anthologia l. I. c. 88. Lucianus:

Ἡ βραδύπους βουλὴ μεγ' ἀμείνων· ἡ δ' ταχεῖα
Αἰὲν ἐφελκομένη μετάνοιαν ἔχει.

Id est,

*Lento incedens pede consultatio multo præstat. Sed festinans*
*Semper pœnitentiam secum trahit.*

P. Syrus,

*Ad pœnitendum properat, cito qui judicat.* Idem.

4 Ἐπεστρέφετο γῆν ] *Qua convertens retro vultum, flens, & pudore suffusa, accedentem veritatem reformidabat.* Idem.

δακρύσασα, καὶ μετ' αἰδοῦς πάνυ [1] τὴν Ἀλήθειαν ἀφισταμένην ὑπέδλεπεν. Οὕτω μὲν δὴ Ἀπελλῆς τὸν ἐαυτοῦ κίνδυνον ἐπὶ τῷ γραφῇ ἐμιμήσατο. Φέρε δὴ κἀμεῖς, εἰ δοκεῖ, καὶ τὴν Ἐφεσίου ζωγράφου τέχνην, διέλωμεν [2] τὰ ἀφισάντα τῇ Ἀφοβίᾳ, πρότερόν γε ὅρον τινὰ ἀφιερώσαντες αὐτῇ. ὅπου γὰρ ἂν ἡμῖν ἡ εἰκὼν γλυφήσεται. Ἔστι τοίνυν Ἀφοβίᾳ κατηγορία τις, ἐξ ἐρημίας γιγνομένη, τοῦ κατηγορουμένου λελησθότος, ὡς ἔστιν ὅτε μονομερὴς ἀναπλήκτως περισωμένη. τοιαύτη μὲν ἡ ὑπόθεσις καὶ λόγου. [3] τριῶν δὲ ὄντων ἀφισάντων,

& pudore veritatem accedentem obtuebatur. Hac igitur imagine Apelles periculum, in quo fuerat versatus, expressit. Age verò & nos, si videtur, Ephesii pictoris exemplo recenseamus Calumniæ rationes, quum priùs ipsam definitione descripserimus. Nam hæc iconis erit effingendæ ratio. Calumnia igitur est delatio, quæ fit absente & nescio reo; cuique fides habetur audita una parte, nec delato ad refellendum admisso. Hujusmodi est orationis hujus argumentum. Et

1 Τὴν ἀλήθειαν ἀφισταμένην] Præclare hoc Apelles. Namque, utut oppressa aliquamdiu, emergit tandem victrix veritas, & mendaciorum nebulas suâ luce dissipat. *O magna vis veritatis*, (exclamat dissertissimus Romuli nepotum) *qua se contra hominum ingenia, calliditatem, sollertiam, contraque ficta omnium insidias facile per se ipsa defendat!* Ita enim leg. uberius aliquanto Polybius lib. XIII: Καί μοι δοκεῖ μεγίστην θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις ἀποδεῖξαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ μεγίστην αὐτῇ ἀφθονίαν δυνάμεων πάντων· πάντα γὰρ αὐτῇ καταγωνίζομένων, εἰ τύχοι δὲ πάσων τὴν ἀθανασίαν μὲν τῷ ψεύδει παρόμοιον, ὡς εἰπεῖν ὅπως αὐτὴ δι' αὑτῆς εἰς τὰς ψυχὰς εἰσδύεται καὶ ἀνθρώπων· καὶ ποτὲ μὲν παραχρῆμα δείκνυσι τὴν αὑτῆς δύναμιν, ποτὲ δὲ πολλῷ χρόνῳ ὑπισκοτοῦσα, τέλος δ' αὐτὴ δι' ἑαυτῆς θηρεύεται, καὶ καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος. *Equidem existimo Naturam mortalibus Veritatem constituisse Deam maximam, maximamque illi vim attribuisse. Nam hæc cum ab omnibus oppugnetur, atque adeo omnes nonnunquam verisimiles conjectura à mendacio stent: ipsa per se nescio quomodo in animos hominum sese insinuat, & modo repente illam suam vim exserit: modo tenebris obtecta longo tempore, ad extremum suapte vi ipsa vincit, obtinetque, & de mendacio triumphat.* Ad hoc exemplum, apud Apulejum lib. x. Milesiacor. quum novercæ scelus privignum falsò insimulantis patefactum esset, *procedit in medium nuda veritas*, victrix scilicet intentatæ calumniæ. *Tollius.*

2 Τὰ ἀφισάντα τῇ διαζολῇ] Clarius aliquanto vertere potuisset interpres; *quæ in calumnia spectanda sunt:* vel, *qua calumnia adsunt.* Idem.

3 Τριῶν δ' ὄντων] Recte. Duo scilicet injuria afficientes, tertius autem, qui injuria afficitur, ut ait apud Herodotum lib. VII. c. 10. ad Xerxem Artabanus: Διαζολὴ γάρ ἐστι, inquit, δεινότατον· ἐν τῇ δύο μοῦνοι εἰσὶ οἱ ἀδικέοντες, εἰς δὲ ὁ ἀδικεόμενος· ὁ μὲν γὰρ διαζάλλων ἀδικέει ἀπὼν πάρεστι· ὁ δὲ ἀδικέει ἀναπεπταμένου πρὸς ἀστεμέως ἐπιμάθοι· ὁ δὲ δὴ ἀπὼν τῷ λόγῳ τάδε ἐν αὐτοῖσι ἀδικέεται, διαζαλθεὶς τε ὑπὸ τοῦ ἑτέρου, καὶ νομισθεὶς πρὸς τοῦ ἑτέρου κακὸς εἶναι). *Calumnia res est omnium pessima: in qua duo sunt, qui injuriam faciant; unus, cui fiat injuria. Nam qui calumniatur, ea de causa injurius est, quod absentem accusat: at qui calumniam audit, quia illi credit, priusquam rem certo cognoverit, atque exploraverit. Contra, qui absens accusatur, injuria afficitur, tum, quod ab altero falsò accusatur, tum quod ab altero vir malus esse judicatur.* Idem.

1 Κα-

[1] καθάπερ ἐν ταῖς κωμῳδίαις, ὁ μὲν ἀφελόμενος, καὶ ὁ ἀφαιρούμενος, καὶ ὁ πρὸς ὃν ἡ διαβολὴ γίγνεται, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐπισκοπήσωμεν, οἷα εἰκὸς εἶναι τὰ γιγνόμενα. πρῶτον μὲν δή, εἰ δοκεῖ, πρωταγωνιστὴν [2] τὸν πρωταγωνιστὴν ὁ θρέμμα λέγω τὸν τοιοῦτον ὁ διαβολῆς. Οὗτος ἦ δὴ, ὡς μὲν ὅσιος ἀγαθὸς ἄνθρωπός ἐστι, πᾶσιν εἰμὶ γνώριμον. [3] εὐδεὶς γὰρ, ὦν ἀγαθὸς, κακῶν αἴτιος ἡμῖν τοῦ πλησίον. ἀλλ' ἔστιν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἀφ' ὧν τοῖς φίλοις αὐτοὶ τὰς φίλας, οὐκ ἀφ' ὧν τοὺς ἄλλους ἀδικοῦσθαι αἰτιῶνται, καὶ μισοῦσι συμφοράζουσιν, εὐδοκιμεῖν, δόξαν εὐνοίας ἀφελεῖσθαι. ἔπειτα ἦ, ὡς [4] ἄδικος τοιοῦτος, καὶ πανούργος ἐστι, καὶ ἀσεβὴς, [5] καὶ τοῖς χρωμένοις

Et cùm, ſicuti in Comœdiis, tres ſint perſonæ, delator, delatus, & is, ad quem fit delatio: ſingulorum partes conſideremus, quid à quoque fieri ſit conſentaneum. Primùm quidem, ſi videtur, primarum partium actorem, calumniæ nimirum auctorem in medium producamus. Is utique quam minime ſit vir bonus, ignorat nemo. Neque enim quiſquam vir bonus proximo malorum eſt auctor. Nam bonorum eſt virorum, eo quod amicis benefaciunt, non eo quod inimicos criminantur, odiumque illis creant, aſcita benevolentiæ opinione, bene audire. Vnde injuſtum, ſceleratum, impium, & familiaribus damnoſum

1 Καθάπερ ἐν ταῖς κωμῳδίαις] Vnde apud Horatium in Arte:

——— *Nec quarta loqui perſona laboret.* Tollius.

2 Τὸν πρωταγωνιστὴν τὸν δεῖνα] Πρωταγωνιστὴς in fabula dicebatur, qui plurima recitabat: ſive, qui *primas partes agebat*, ut in Phormionis prologo Terentius loquitur: *Quia primas partes qui agat, is erit Phormio Paraſitus, per quem res geretur maxime.* Huic proximus vocabatur δευτεραγωνιστὴς; tertiarum vero partium τριταγωνιστὴς; quod Æſchini quondam à Demoſthene objectum fuit convicium. Erat autem τῷ φωνασκεῖν clariore voce uti: ſic ut ceteri, etiamſi clarius poſſent, tamen vocem ſuam ſummitterent, ut ille princeps quam maxime excelleret. Ita Cicero in Verrinis. *Idem.*

3 Οὐδεὶς γὰρ ὢν ἀγαθὸς] Cicero l. 1. de offic. cap. 7. *In juſtitia virtutis eſt ſplendor maximus, ex qua viri boni nominantur.* Hujus *primum munus eſt, ut ne cui quis noceat, niſi lacceſſitus.* Plato in Gorgia: Οὐδεὶς γὰρ ἂν χρηστὸς μὴ ἀδικεῖν ἀνθρώπων εἰσάπαξ. *Nemo namque bonus hominem, à quo nullam acceperit injuriam, accuſet.* Idem.

4 Ἄδικος ὁ τοιοῦτος] Iſocrates in Oratione de Permutatione: Οὐ θαυμάζω τοὺς λεγόντας, ὡς ἐγὼ μάγιστον κακὸν διαβολή· τί γὰρ ἂν γένοιτο ταύτης κακουργότερον; ἣ ποιεῖ τοὺς μὲν φαύλους ἀθῴους, τοὺς δὲ μηδὲν ἠδικηκότας δικαίαν ἀδικεῖν, τοὺς δὲ δικαίζοντας ὑποφεύγειν· ὅλως δὲ τὰ μὲν ἀληθῆ ἀφανίζει, ψευδῆ δὲ δίξαν παρασκευάζει τοῖς ἀκούουσιν, ὃν ἂν τύχῃ τὸν πολίτην, ἀδίκως κολάζουσιν; *Non miror illos, qui dicunt ſummum malum eſſe calumniam, quid enim ea fieri poſſit maleficentius? qua facit, ut de mentientibus bene exiſtimetur; ut plane innocentes injurii eſſe videantur; ut judices pejerent: qua denique veritatis lucem extinguit, & caligine mendaciorum auditoribus involutis quemvis civium per injuriam interficit?* Idem.

5 Καὶ τοῖς χρωμένοις ὑποζήμιος] Themiſtius Orat. III. καὶ ἅμα ἀδικεῖ ἀμφοτέρους, ὧν τὸν ἑτέρου ἐπιβουλεύει, καὶ ὃν ἐξαπατᾷ· τὸ μὲν ὅτι τοιχᾷ ὑστερὸς δίκαι, τὸ δὲ ὅτι ἐγκαλίζεται ἀναίσχυντος. *Et ex aquo utrumque ladit, tam eum, cui inſidias molitur, quam qui ab eo decipitur: illum quod inique perpeti aliquid cogitur: hunc, quod inferre eam ipſam injuriam compellit.* Idem.

ἐπιζήμιον, ῥᾴδιον κατανοῆσαι. πῇ γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσαις [1] τὸ μὲν ἰσότητος ὂν ἅπασι, [2] καὶ [3] τὸ μηδὲν πλέον, δικαιοσύνης ἔργα εἶναι. τὸ δ' ἄνισόν τε, καὶ πλεονεκτικὸν, ἀδικίας; ὁ δὲ τῇ διαβολῇ καὶ τῶν λόγων λάθρᾳ χρώμενος, πῶς οὐ πλεονέκτης ἐστὶν, ὅλον τὸ ἀκροατὴν σφετερίζόμενος, καὶ κατακολαμβάνων αὐτοῦ τὰ ὦτα, καὶ διαφθείρων, καὶ τῷ δευτέρῳ λόγῳ παντελῶς ἄβατον κατασκευάζων αὐτοῖς; ὑπὸ δὲ διαβολῆς κατειμπεπλησμένα; ἐχθρᾶς ἀδικίας τὸ τοιοῦτον, ὡς φαῖεν ἂν οἱ ἄριστοι τῶν νομοθετῶν, οἷον ὁ Σόλων, καὶ ὁ Δράκων, [4] ὅτι ποτε ποιησάμενοι τοῖς δικασταῖς τὸ

sum esse Calumniatorem facile cognoscas. Quis enim non confiteatur æqualitatem in omni re, & ut non melior sit alterius sors, esse justitiæ: at inæqualitatem, & plus habendi cupiditatem, injustitiæ? Qui vero clam absentes infectatur, quî non sit pluris avidus, quippe qui auditorem totum sibi asserit, & aures ejus præoccupat, & obstruit, ac jam calumniis refertas, facit responsuro prorsus invias? Quæ sane extrema est injuria, vel optimorum legumlatorum judicio, Solonis & Draconis, quî jurejurando Senatum Athenienſem astrin-

1 Τὸ μὲν ἰσότητος] Eam initium esse justitiæ statuebat Pythagoras. Vide Iamblichum cap. 30. Cicero lib. 11. de offic. cap. 12: *Ius enim semper quæsitum est æquabile. Neque enim aliter esset jus.* Tollius.

2 Καὶ τὸ μηδὲν πλέον] Malim, *nec plura sibi appetere.* Idem.

3 Τὸ μηδὲν πλέον] Definitur enim justitia, *quæ suum cuique distribuit*, apud Ciceronem lib. 111. de Natura Deor. cap. 15. *Idem.*

4 Ἔνοχον ποιησάμενοι] Demosthenes, in initio Orat. de Corona, rogat Deos, ut judicibus eam mentem dent, ut non adversarium suum, sed leges & *jusjurandum* in consilium adhibeant, ἐν ᾧ πρὸς ἅπασιν τοῖς ἄλλοις δικαίοις ἐστὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, *in quo præter cetera, quæ æqua forent, & illud adscriptum, ut utramque partem pari benevolentia audirent.* Qui & rationem paulo post subjungit, cur à judicibus legislator jusjurandum præstari voluerit, videns scilicet, ὅτι τὰς αἰτίας ἐν τοῖς διαβολαῖς, αἷς ὀλίγοι τῶν πολιτῶν λέγειν δύνανται ἱκανῶς, ὡς ἅπαντα τὸν ἀγῶνα ἰσχύει, ἐὰν μὴ τὸ δικαζόντων ἕκαστον ὑμῶν τὸν πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσιόν ἐστι φυλάξαι, καὶ τὰ τοῦ λέγοντος ὕστερον δίκαια δυνατὸς γενόμενος, καὶ παραχωρῶν ἑαυτὸν ἴσον ἐν κοινῷ ἀμφοτέροις ἀκροατὴν, ὥστε τὸ διάγνωσιν ποιεῖσθαι περὶ πάντων. *Fieri non posse, ut reus criminationes & calumnias adversarii, quibus, quod prior verba faciat, prævalet, superet; nisi vestrum quisque, qui judicaturi sedetis, pietatis erga Deum memores, & rei posteriore loco dicentis rationes benivolis auribus accipiat, & se ipsum æquum, & utrique parti communem auditorem exhibens, ita tandem de tota re sententiam ferat.* Senior ille è curia apud Apulejum lib. x. Milesiacor: *Nec patiar falsis criminibus petito reo manifestum homicidium perpetrari: nec vos, qui jurejurando adstricti judicatis, inductos servuli mendacio pejerare.* Solebant autem Iudices Athenis id jusjurandum quotannis repetere, quo sanctius judicarent. Hocrates in Orat. de permutatione: ἀλλ' ὀμνῦναι μὲν καθ' ἕκαστον τ' ἐνιαυτὸν, ἃ μὲν ὁμοίως ἀκροᾶσθαι τὰ κατηγορούντων, καὶ τὰ ἀπολογουμένων. *Quum quotannis juretis, vos eadem æquitate audituros tam reos, quam accusatores.* Vnde & Plato lib. XII. de leg. Νόμον δὲ κεῖσθαι, δικαστὴν μὲν ὀμνῦναι δικάζειν μέλλοντα. *Lex autem sit constituta, ut judex de re quapiam cognaturus prius jusjurandum det.* Nec aliter Christiani. Sarisberiensis in Policratico lib. v. cap 12: *Et quidem judices sacramento legibus alligantur jurati quia omni modo judicium cum veritate & legum observatione disponent. Ipso quoque jure cautum est, ut sacrorum Euangeliorum scriptura terribiles ante sedem judicialem depo-*

ἐρῆσαι [1] ἀμφοῖν ἀκοῦσαι, καὶ τὸ τῶν ἐθνῶν ἴσον τοῖς κεκινδυνευκόσι λαπάμενος; ἄρχεις ἂν ὁ Ζεὺς πάντων λόγων ἀξιοπίστως, ἡνίκα χεῖρον ἡ ἀμείνων φανῇ. [2] πρὶν δὲ τὰ ἀντίκειμενα τῷ ἀπολογίᾳ τῇ κατηγορίᾳ, παντελῶς ἀσεβὲς, καὶ ἄθεσμον ἡγήσατο ἔσεσθαι τὴν κρίσιν. καὶ γὰρ ἂν ἐκ αὐτὰς ἀγανακτῆσαι τοὺς θεοὺς ὑπονοῶ, [3] εἰ τῷ μὲ κατηγόρῳ μήτ' ἀδείας ἃ θέλει λέγειν ἐπιτρέποιμεν, [4] ἀποφράξαντες τῷ κατηγορουμένῳ τὰ

astrinxêre, ut pari benignitate, gratiaque tam reum, quam actorem, judex audiat, usquedum proposita rei defensione, ipsius causâ melior, aut deterior altera videatur. Scelestum enim & iniquum fore judicium putarunt, priusquam cum accusatione comparata esset defensio. Ad hæc, ipsos etiam Deos indignari dixerimus, si accusatori libere, quæ vult, dicendi copiam fecerimus: at obturatis defensori auribus, aut

*deponantur, ibique ab initio litium ad finem usque permanent, nec amoveantur nisi sententia recitata: quo totius consistorii latitudo, Dei ipsius repleta præsentia, omnibus ad sacrosanctas scripturas metum incutiat & reverentiam; & ab inquisitione veritatis omnis iniquitas propulsetur.* vide Rittershus. ad tit. Instit. de Oblig. Salvian. epist. 4. & de illis A. Gell. lib. 14. cap. 2. *Tollius.*

1 Ἀμφοῖν ἀκοῦσαι] Aristophanes:

Πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, ὦ κρῖν' ἂν δικάσαις.
*Priusquam utramque audieris partem, ne pronuncies.*

Item Euripides:

Τίς δὲν δίκλυν κρίνοιεν, ἢ γνοίη λόγον,
Πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ;
*Quis autem litem dijudicet, aut sermonem cognoscat,*
*Qui non prius utriusque partis clare perceperit verba?*

Seneca Medea, v. 199.

*Qui statuit aliquid parte inaudita altera,*
*Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.*

Vnde Magistratus apud Apulejum l. x. *partim decuriones deprecari, partim populares compescere, ut rite & more majorum judicio reddito, & utrimque secus allegationibus examinatis civiliter sententia promeretur: nec ad instar barbarica feritatis, vel tyrannica impotentia, damnaretur aliquis inauditus; & in pace placida tam ditum sæculo præderetur exemplum.* P. Syrus:

*In judicando semper criminosa est celeritas.* Idem.

2 Πρὶν δ' ἀντικατάσαι] Menander:

Ὃν πρὶν καταγνῶναι τὸν πρὸν δικῦσαι σαφῶς,
Αὐτὸς πονηρὸς ἦν πιστεύσας κακῶς.
*Qui prius damnat, quam causam recte cognoverit,*
*Is homo improbus est, ut qui temere crediderit.* Idem.

3 Εἰ τῷ μὲν κατηγόρῳ] Egregium est Iuliani Imperatoris responsum apud Ammianum Marcellin. lib. XVIII: *Numerium,* inquit auctor, *Narbonensis paulo ante rectorem, accusatum ut furem, insuetato censorio rigore pro tribunali palam admissis volentibus audiebat: qui cum inficiatione defenderet objecta, nec posset in quoquam confutari, Delphidius orator acerrimus, vehementer impugnans, documentorum inopia percitus, exclamavit: Ecquis, florentissime Cæsar, nocens esse poterit usque, si negare sufficerit? Circa quem Iulianus: Esquis, ait, innocens esse poterit, si accusasse sufficiet?* Idem.

4 Ἀποφράξαντες δὲ τὰ ὦτα] Contra Alexander M. apud Plutarchum in ejus vita: λέγεται δὲ καὶ τὰς δίκας διαιρεῖσθαι ὑπὸ δεξιᾶς τοὺς διαιτητὰς, ἵνα χεῖρα ἔχῃ τὸν τοῦ

ἀπὸ, ἢ τῷ σύμβολα συμπῶπις, κατεψηφιζοίμεθα τῷ ἑτέρου λόγῳ κεχειρωμένοι. Ὥστε ἐκ τοῦ δίκαιον, καὶ τὸ νόμιμον, καὶ τὸν ὅρκον τὸν δικαστικὸν, φαίη τις ἂν γίγνεσθαι τὰς διαβολάς. [1] εἰ δέ τῳ μὴ ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν οἱ νομοθέται, ὑφορώμενοι ὅπως δικαιότατα καὶ ἀμεριστότατα τοῖς κρίσεις, [2] ποιητήν μοι δοκῶ τὸν ἄριστον ἐπαγαγεῖν τῷ λόγῳ, ἐν μάλα περὶ τούτων ἀποφαίνοντα, μᾶλλον δὲ νομοθετήσαντα. Φησὶ γὰρ, Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. πίστευε γὰρ οἶμαι καὶ οὗτος, ὡς πολλῶν ὄντων ἐν τῷ βίῳ ἀδικημάτων, ἂν μὲν ἄρα τις εὕρῃ [3] κἀγὼ, ἂν δὲ ἀδικήσῃται, [4] ἢ ἀκριτούς τινας, καὶ ἀμείρους λόγων καταδικάσαι, ὅπερ ἐξ ἁπάντων ὁ διαβάλλων ἐπιχειρεῖ ποιεῖν, ἄκριτον ὑπάγων τὸν διαβαλλόμενον τῇ ἀκούσῃ ὀργῇ, καὶ τὴν ἀπολογίαν τοῦ λαβεῖν τὴν κατηγορίας ἀφαιρούμενος. καὶ

aut mussitanti ore, eum priori oratione subacti condemnaverimus. Itaque à justo, æquo, & judicum jurejurando calumniam abhorrere dicas. Iam sicui dubiæ fidei legum conditores videntur, quorum decreta commonent, justitia, non studio partium judicare, optimum poëtam citandum censeo, qui præclaram sententiam, imo potius hac de re legem tulit: quum dixit, *Ne litem dirimas, quin primum audiveris ambos.* Nimirum & hic intelligebat, nullam ex multis, quæ apud homines vigent, deteriorem & iniquiorem inveniri posse injuriam, quam indicta causa reum damnare. Quod omni ex parte calumniator molitur: qui, quem accusat, audientis iræ indefensum subjicit, & accusatione clancularia defensionem intervertit. Quivis enim hu-

ἀτίῳ προσπιθέσθαι, τῷ κατηγόρῳ λέγοντι, ὅπως τοῦ κιβδήλου κριθῆναι φυλάξωσι καὶ ἀδιάβλητον. *Iam inde, quum judicia capitalia disceptaret, fama tenet manum eum alteri auri, dum diceret accusator, admovere solitum, reo ut alteram integram & intactam servaret à calumnia.* A qua tamen consuetudine postea desciv it. *Tellius.*

1 Εἰ δέ τῳ μὴ ἀξιόπιστοι] Hic non tam *fide dignos*, ut interpres voluit, quam *auctoritate pollentes*, quibus obtemperandum sit, τὸ ἀξιόπιστοι significat. Latini *idoneos auctores* dicerent. *Idem.*

2 Ποιητήν μοι δοκῶ τὸν ἄριστον] Paulo ante eadem ferme hæc verba ex Aristophane citavimus, qui ea ab Homero accepit. *Idem.*

3 Κἀγὼ ἂν ἀδικῶ τις ὤν] Cleanthes apud Stobæum Serm. XL.

Κακηγορίτερον οὐδὲν διαβολῆς ἐστι πω,
Λάθρα γὰρ ἀπατήσασα τὸν πεπεισμένον,
Μισοῦντ' ἀναπλάττει πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον.
*Nihil fere tam est malignum, quam calumnia.*
*Hac enim ubi clam aliquem à se persuasum decepit,*
*Odium exitat adversum eum, qui nihil est commeritus.* Idem.

4 Ἢ ἀκρίτους τινάς] Seneca de Ira lib. II. cap. 29. *De parvula summa judicatore tibi res sine teste non probaretur; testis sine jurejurando non valeret. Utrique parti daret advocationem, daret tempus, ne semel audires. Magis enim veritas elucet, quo sæpius ad manum venit. Amicum condemnas de præsentibus, antequam audias, antequam interroges? ille, antequam accusatorem suum nosse liceat, aut crimen, iraseeris?* Menander:

Ὁ προκατακρίνων τὸν πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς,
Αὐτὸς φονῆς ἐστι πεδύσας κακῶς. Idem.

1 Ἀναι-

ἀπαρρησίας, ὁ δειλὸς ἅπας ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος, οὐδὲν εἰς τὸ ἐμφανὲς ἄγων, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λοχῶντες, ἐξ ἀφανοῦς πόθεν τοξεύων, ὡς μὴ ἔχοντα ἀντικαθίστασθαι δυνατὸν εἶναι, μὴ ἔχοντα ἀντικαθίστασθαι, ἀλλ' εἰς ἀπορίαν, καὶ ἀγνοίας ἔχοντα πολέμιον διαφθείρεται. ὃ μάλιστα ἐπὶ σημείου, ἔστι μηδὲν ὑγιὲς τοὺς διαβάλλοντας λέγειν. ἐπεὶ εἴ τίς γε πάλαθεν κατηγορεῖν ἑαυτοῦ συνεπίστατο, οὐτος οὐκ εἰς τὸ φανερὸν διελήλυθε, καὶ διωθούμενος, καὶ ἀντεξεταζόμενος τὸν λόγον. ὥσπερ οὐδεὶς ἂν σὺν ἔχοντι προφανῶς νικᾶν δυνάμενον, εἰδότα ποτὲ, καὶ ἀπάτην χρώμενον καὶ τὸν πολέμιον. Γνοῖ δ' ἂν τις τοῦτο

hujusmodi farinæ homo formidolosus nihil palam loqui audet: sed, perinde atque qui in insidiis latent, alicunde ex abdito jaculatur: ut non sit, qui resistere, adversaque manu contendere possit: at ignaro, & inscio unde bellum inferatur, sit pereundum. Quod maximo est indicio, calumniatores nihil sani dicere. Nam, qui veræ accusationis sibi est conscius, hic utique palam arguit, corrigit, & judicio se sistit cum adversario: ut nemo, qui hostem aperta acie vincere posset, insidiis & dolo uti vellet. Cæterum id genus homines

1 Ἀπαρρησίας] Idem Seneca ibidem: *Hic ipse, qui ad te detulit, desinet dicere, si probare debuerit. Non est, inquit, quod me protrahas: ego productus negabo: aliquid nihil unquam tibi dicam. Eodem tempore & instigat, & ipse se certamini & pugnæ subtrahit. Qui dicere tibi nisi clam non vult, pane non dicit.* Verumtamen ubi deprehensi jubentur incoram accusare, ab impudentia audaciam mutuantur. Vti Apelles fecit, cum à Philippo delatos falso Aratos cogeretur præsentes arguere. Historia est apud Polyb. lib. IV. *Tollius.*

2 Ἐξ ἀφανοῦς] Alcæus: τὸ δ' ἀφανὲς πᾶς ἕπεται δόλος. *Obscura quivis comitatur dolus.* Idem.

3 Τοξεύων] Vt Nisus apud Virgilium lib. VII. Æn. Vnde

*Sævit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam*
*Auctorem, nec quo se ardens immittere possit.* Idem.

4 Ὡς μὴ ἀντικαθίστασθαι] Verte: *ut nec ex adverso consistere, nec repugnare detur.* Idem.

5 Ὁ μάλιστα ἐπὶ σημείου] Ita & Cassander Alexandro nimium facili ad credendas de patre ejus Antipatro calumnias respondit, τοῦτο αὐτὸ σημεῖον εἶναι τῶν συκοφαντῶν, ὅτι μάλιστα ὑγιὲς τὸ ἀληθὲς ἔχουσι, *esse id ipsum calumniæ indicium, quod proculi probationibus venissent:* ut est apud Plutarchum in ejus vita. *Idem.*

6 Εἰς τὸ φανερὸν διελήλυθε] Cicero pro Cælio, cap. 3: *Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet.* Idem.

7 Διωθούμενος καὶ ἀντεξεταζόμενος] Potius, *persequitur, seque adversarium professus rem judicio committit:* vel, *judicio cum eo experitur.* Idem.

8 Ὥσπερ οὐδεὶς ἄν] Nobile est Alexandri M. ad Parmenionem & Polysperchontem responsum apud Curtium, lib. IV. cap. 13. nam cum Parmenio furto, non prælio opus esse censeret, assentiente præ ceteris Polysperchonte, *Latrunculorum, inquit, & furum ista solertia est, &c. Idem.*

8 Ὥσπερ οὐδεὶς ἄν] Melius, ni fallor, vertisset interpres: *ut neminem tam ignavi abjectique animi reperias, qui, quum hostem aperta marte vincere possit, dolo cum ac insidiis circumvenire malit.* Idem.

9 Ἐνέδρα ποτὲ] Q. Calaber l. III. v. 76:

Κεύθεσθαι δ' ἀνδρασιν αἰὲν ἀγαυοτέρους λοχάασθαι.
*Clanculum autem imbelles semper præstantioribus insidiantur.* Idem.

τυς μάλιστα [1] Ἐν τι βασιλέων αὐλαῖς, ἐ ἐκεῖ τὰς τῶ λεγόντων, ἐ διωκισμένην φιλίας ἐπιδεικνυμένας. ὅπου πολὺς μὲ ὁ φθόνος, μυρίαι ἢ ὑπόνοιαι, πάμπολλαι ἢ κολακειῶν, ἐ διαβολῶν ἐνεδρίσεις. ὅπου γὰρ ἀεὶ μείζους ἐλπίδες, σὺζυγὴς καὶ οἱ φθόνοι χαλεπώτεροι, καὶ τὰ μὲν ἐπισφαλέστερα, καὶ [2] ζηλοτυπίαι πανουργότεραι. πάντες δὲ ἀμιλλᾶς ὀξὺ διέρκασι, καὶ ὥσπερ οἱ μονομαχοῦντες [3] ἐπιτηδοῦσι εἴ πῃ τι γυ-

nes in regum aulis potiſſimum videas verſantes, & principum ac optimatum amicitia ſplendentes: ubi ſcilicet invidia crebra, innumeræ ſuſpiciones, multæque aſſentandi & calumniandi occaſiones. Nam ubi majores ſpes ſeſe ſemper oſtentant, hic & invidiæ ſæviores, odia periculoſiora, æmulationes callidiores vigent. Omnes ſe invicem acribus oculis intuentur, &, quemadmodum qui ſingulari certamine contendunt, dili-

1 Ἐν τι βασιλέων αὐλαῖς ] Sarisberienſis in Policratico lib. VII. cap. 24. *Cetetum detractores & invidos ſic in curia videbis abundare, ac ſi in eam, quaſi totius orbis ſentinam, comfluxerint.* De adulatoribus autem Plutarchus in libello, de diſcrimine amici & adulatoris ita loquitur: Ἐπὶ ᾧ ποτε ὁ Σιμωνίδης ἢ ἱππότροφίαν φασὶν ἢ λαικῶδη ὀπαδεῖν, ἀλλ' ἀφέσεσι πυροφόροις, ἔτω ἢ κολακείαι ὀχεῖσθαι ἢ πίνουσι, ἢδὲ ἀδόξοις, ἢδὲ ἀδυνάτοις ἀκολουθοῦσιν, ἀλλ' οἴκων τε ἐ πραγμάτων μεγάλων ὀλίθημα ἐ νόσημα μυριθρύλλω, πολλαχὶς δὲ ἐ βασιλείας ἐ ἡγεμονίας ἀνατρέπουσιν. *Atque ut Simonides ait, equos alendi ſtudium non locythos comitari, ſed agros frugiferos: ita videmus adulatores non pauperibus ſe adjungere, aut ingloriis & plebeiis, ſed magnarum familiarum rerumque amplarum ruinam hanc morbumque eſſe, qui ſæpe etiam regna imperiaque ſubvertat.* Plato in epiſt. ad Dionyſium: Ἐ'όρων γὸ ἐ τότ', καὶ νυῖ ὁρῶ, τὰς μεγάλας ὐσίας, καὶ ἀστρόβλητος, ἢ τι ἰδιωτῶν, καὶ ἢ μονάρχων, χρόδν ὅσῳ ἐν μείζω ὦσι, τοσύτῳ πλείως ἐ μείζως ἐδὲ διαζῶντας, καὶ ἐκ ἐδὲν μᾶ αἰσχρῶς βλάβης ὁμιλοῦντας τρεφούσας, ἔ κακῶ ἢδὲν μεῖζον ὠφελῆ πλοῦτός τε ἐ ἢ τ' ἄλλης ἐξυσίας δυνάμεις. *Videbam id temporis, & adhuc video, magnas & immenſas opes tum privatorum hominum, tum monarcharum, quo fuerint abundantiores, eo plures majoreſque calumniatores alere, quique cum turpi damno ad gratiam loquuntur: quo nihil deterius divitia, altaque potentia generant.* Q. Curtius adulationem *perpetuum malum regum* vocat, *quorum opes ſæpius aſſentatio, quam hoſtis everterit:* lib. VIII. cap. 5. Vnde Galenus de Dignotione & Curat. proprior. affectuum, virum veridicum explorare docens: Καὶ πρῶτον, inquit, ἐὰν ἴδῃς αὐτὸν ὅλη τὰς τῶ πλουσίων τε ἐ πολὺ διωκεῖσθαι, ἢ ἐ τὰς τῶ μονάρχων οἰκίας ἁπάντα σωυχῶς, γίγνωσκε μάλιστα ἀκριβῆ ἢ ἀνδρεῖον τῶν ἀληθεύειν ἅπαντα· ταῖς γὸ τοιαύταις κολακείαις ἐκτὸς ἐ τὸ ψεύδεσθαι. *Ac primum quidem, ſi eum videris divitum domos aut potentium, ſive etiam regum, frequentantem, certo tibi perſuadeas velim, fruſtra rumorem illum ad aures tuas accidiſſe, qui de ejus integritate in dicendo verum ferebatur. Hujuſmodi enim adulationibus mentiri cognatum eſt.* Tollius.

2 Ζηλοτυπίαι κρατερώτεραι] Sed nulla verſutior aut fraudulentior ſupplantandi, calumniandique ratio, quam laudando. Nam & hanc invidia reperit aulicorum. Καιτὸς γὰρ δή τις, inquit Polyb. IV. ἔτῳ ἅμαπαν τρόπῳ διαβολῆς τὸ μὲ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι δεῖν φίλας· ἅρπαγὴ δὲ μάλιστα ἐ πρῶτον τοιαύτη κρατερεύεται, καὶ βασκανία, καὶ δόλῳ ὅταν ἢ ἐκεῖ τὰς αὐλὰς διατελοῦντων, καὶ τ' τότων ἀφῆς ἀλλήλας ζηλοτυπίας ἐ φιλονεξίας. *Novus enimvero calumniandi modus hic eſt inventus, cum non obtrectando, ſed laudando alicui nocetur. Quæ malignitas, invidia, & fraus ab illis primo fuit excogitata, qui in aulis principum vitam degunt: ea eſt illorum hominum æmulatio inter ipſos, ea avaritia.* Quare jure Tacitus in Agricolæ vita *peſſimum genus* vocat *inimicorum, laudantes.* Idem.

3 Ἐπιτηδοῦσιν εἴ πῃ ] Homerus de Achille cum Hectore pugnante, ιλ. χ'. v. 319. Ω'ς

μενῶν μέρος ἡδόμενος καὶ σώματος. [1] καὶ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος, παρωθεῖται, καὶ προσκαπίζεται τὸν πλησίον, καὶ τοῦ αὐτοῦ εἰ δυνατόν, ὑπεραίρει, καὶ ὑποσκελίζει. [2] ἔνθα ὁ μὲν χρηστὸς ἀπέχεται δίκης ἀναπεφραμμένης, καὶ προσέστηκε, καὶ τὸ πλοῦσιον, ἀτιμώρητον ἐᾷ. ὁ δὲ κολακοδιδάσκαλος, καὶ τοῦς τοιούτοις ἐμπεσὼν πηδᾷ μᾶλλον, [3] διδιligenter obſervant, num aliquam corporis partem nudam & male munitam conſpiciant. Et cum quiſque velit primas obtinere, proximum ſummovet, & amolitur, & priorem, ſi poſſit, convellit, & ſupplantat. Hic, ſiquis eſt vir frugi, prorſus ilico ſubvertitur, & avellitur, denique ignominioſe expellitur. Verum qui aſſentandi eſt peritior, & ad hujuſmodi nequitiam habilior, pro-

*Ὡς αἰχμῆς ἀπέλαμπ' ἀΐκα, ἰὼ δὲ Ἀχιλλεῖς*
*Πάλλεν δεξιτερῇ, φρονέων κακὸν Ἕκτορι δίῳ,*
*Εἰσορόων χρόα καλὸν, ὅπη εἴξειε μάλιστα, &c.*
*Sic ex cuſpide fulgor ſplendebat bene acuta, quam Achilles*
*Vibrabat dextera, cogitans malum Hectori divino.*
*Inſpiciens corpus pulchrum, ubi cederet maxime.*

Similiter fere Virgilius de Darete l. v. Æneidos:

*Ille, velut celſam oppugnat qui molibus urbem,*
*Aut montana ſedet circum caſtella ſub armis,*
*Nunc hos, nunc illes aditus, omnemque perertat*
*Arte locum, & variis aſſultibus irritus urget.* Tollius.

1 Καὶ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος] Seneca lib. III. de Ira, cap. XXXI: *Nulli ad luena reſpicienti ſua placent. Inde diis quoque iraſcimur, quod aliquis nos antecedat, obliti quantum hominum retro ſit; &, paucis invidentes quantum à tergo ſequatur ingentis invidentia.* Idem.

2 Ἔνθα ὁ μὲν χρηστὸς] Plutarchus de diſcrim. amici & adulatoris: ἔτος ἡ τοῦ ἀληθινοῦ κόλακος φίλως, καὶ ἂν ἐᾷ πλησιάζειν· ἂν ἡ μὴ δύνηται, φαύρως μὲν ὑποσκίᾳ, καὶ περίπυ, καὶ τίθηπεν, ὡς ἀμείνονας, λάθρα δ' ὑφίησί τινας ἐς ὑποψυχρὰ διαβολάς· κερφίᾳ γὰρ λόγου κτίσεως ἄλως, κἂν μὴ παντελῶς δύδυς ἐξεργάσηται, τὸ τῆς Μηδίας φυλάττει μεμνημένος· ὧν ἡ μὲν Μήδεια τῷ πάππῳ τοῦ Ἀλέξανδρον χρῆσθαι καλόν οἷον ἔξαρχον, καὶ συφιὴς καρφαῖος ἦν τοῦ ἀρίστου συντραφέντος· ἐκάλυεν ἂν διαῤῥῆξαι ἀπλοῦν ἐς διάνοιαν ταῖς διαβολαῖς, διδάσκων, ὅτι κἂν διεμπέσῃ τὸ ἄλως ὁ διδασμένος, ἀ ὑλὴ μένει τ' διαβολῆς· ταύτῃς μέντοι ταῖς ὑλαῖς, μᾶλλον δὲ γαλῆναις ἐ κεχυνώμασι διαζέουσιν Ἀλέξανδρος ἀπωλίσι ἐ Καλλισθένη, καὶ Παλαμήδεια, καὶ φιλώτης, &c. *Adulator autem veros amicos arcet, neque appropinquare ſinit: aut, ſi hoc non poteſt, palam quidem eos demulcet, colitque, & admiratur, ut meliores: clanculum autem ſubmittit aliquas & ſpargit calumnias. Vbi autem occultus ſermo ulceris pruritum excitavit, ſi non ſtatim rem perficit, memoria tamen tenet atque obſervat Medii dictum. Fuit is Medius chori adulatorum, qui Alexandrum cingebat, veluti princeps, & calumniatorum ſummus, præſtantiſſimis imminens. Iubebat autem ſuos audacter calumnias jacere, iiſque mordere alios: docens, tametſi admorſus ulcus ſanarit, tamen calumnia cicatricem manſuram. His quidem cicatricibus, ac vomicis, aut gangraenis potius & cancris corroſus Alexander Calliſthenem perdidit, & Parmenionem & Philotam*, &c. Cujus quidem Philotæ hiſtoriam ab æmulo Cratero per calumniam ſubverſi opere pretium eſt legiſſe apud Curtium lib. VI. cap. 8. quæ mirum in modum hæc, & ſequentia illuſtrat. *Idem.*

3 Εὐδοκιμεῖ, καὶ ὅλως φθάσας κρατεῖ] Hæc ita potius interpretaretur: *primas tenet,*

μιμεῖ, καὶ ὅλως φθόνος κρατεῖ. τὸ γὰρ ἓν Ὁμήρου πάνυ ἐπαληθεύουσιν, ὅτι [1] Ἕκτορος ἐνυάλιος, καὶ τὸν κλεινὸν κορυθαίολον. τοιγαροῦν, ὡς ὀλίγα μικρῶν καὶ ἀγαθῶν ὄντων, [2] ποικίλας καὶ ἀμηχάνους ὁδοὺς ἐπινοοῦσιν, ὧν πανταχόθεν ἡ ἐπισφαλεστάτη ἐστὶν ἡ διὰ διαβολῆς. τοῦτο μὲ γὰρ ἀρχὴν, ἀπὸ φθόνου ἡμισυλλήπτου λαμβάνουσα. εἰκῇ δὲ ὁπότερα, καὶ τραγικὰ ἐπάγουσα τὰ πάθη, καὶ πολλῶν συμφορῶν ἀνάπλεα. Οὐ μόνοι μικροὶ, οὐδὲ ἁπλοῦν ἐστι τοῦτο, ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, [3] ἀλλὰ πολλῆς μὲ τέχνης, οὐκ ὀλίγης δὲ ἀξιόλογος, ἀκριβοῦς δὲ πρὸς ἐπιμελείας δέομενον. εἰ γὰρ ἄνευ τούτων ἐθέλοι τις ἡ διαβολὴ, εἰ μὴ πιθανόν τινα τρόπον εἰσάγοιτο. ἐὰν δὲ καὶ ἰσχυρὸν τοῦ πάντων ἰσχυροτέρων ἁλῷ πίστεως, εἰμὴ πολὺ τὸ ἐπιχωρῆν, καὶ πιθανὸν, καὶ μυρία ἄλλα παρισκεύασε καὶ τῶν ἀκουόντων. Διαβάλλεται μὲν ὡς τὸ πολὺ φιλίστης [4] ὁ τιμώμενος. καὶ διὰ

probatur, denique ſuperat. Quibus verum Homeri carmen comprobatur: *Victorem & victum Mavors communis ademit.* Quocirca cum de rebus non exiguis inſtituatur certamen, alii in alios varias nocendi vias comminiſcuntur: quarum compendioſiſſima & periculoſiſſima Calumniæ via: cujus principium ducitur ab invidia inter ſpem metumque fluctuante: ſed quæ miſerabiles, tragicos, & multis calamitatibus refertos exitus affert. Nec certe facile, ſimplexve eſt hoc quadruplatoris ſtudium, ut forte alicui videatur; ſed arte multiplici, ſolertia non mediocri, & accurata diligentia opus habet. Non enim tam gravem noxam infligeret Calumnia, niſi in ſpeciem vero ſimilia narraret: neque rerum omnium validiſſimam veritatem opprimeret, niſi appoſitis ad inducendum, & perſuadendum argumentis, aliiſque ſexcentis artibus inſtructa auditores deciperet. Porro calumnia plerumque appetitur potiſſimum, qui in honore eſt: ob quem poſte-

*net, & illum denique pravertens ſuperat: quandoquidem exemplo ſuo hujus Homerici dicti veritatem confirmant.*

*Mars dubius ſæpe & victorem ſtravit ovantem.* Tollius.

1 Ἕκτορος ἐνυάλιος] Hectoris verba ſunt Iliad. Σ. v. 309. Livius lib. XXVIII. cap. 19: *ubi Mars communis & victum ſæpe erigeret, & affligeret victorem.* Propert. II. 27: *Cum Mavors dubias miſcet utrimque manus.* Ovid. I. Amor. el. 9: *Mars dubius*, &c. *Idem.*

2 Ποικίλας ἐφ' ὁδοὺς ἐπινοοῦσιν] Vnde invidiam πολυμήχανον & πάντολμον ſæpe Photius vocat, epiſt. prima, commate ις'. *Idem.*

3 Ἀλλὰ πολλῆς μέν τέχνης] Vere. nam, ut ait Plautus Captiv. VI. 1:

*Doli non dolſunt, niſi aſtu colas:*
*Sed malum maximum, ſi id palam provenit.* Idem.

4 Οὐδ' ἂν κατίδοις] Cicero pro Cluentio, cap. 55: *Hoc uno modo ſæpe multorum improbitate depreſſa veritas emergit, & innocentia defenſio intercluſa reſpirat: quod aut ii, qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi, quorum eminet audacia, atque projecta eſt, à conſiliis malitia deſeruntur. Quod ſi aut conſidens aſtutia aut callida eſſet audacia, vix ullo reſiſti modo poſſet.* Idem.

5 Ὁ τιμώμενος] Sarisberienſis lib. VII. Policratici, cap. 24: *Vbique tamen, qui illuſtrioribus clareſcunt meritis, actius invidia toxicato dente rodunter.* Vellejus

Pa-

τῦτο, [1] τοῖς ὑπολειπομένοις αὐτῦ ἐπίφθονον. ἅπαντες γὰρ τῷδ' ἐπιθυμοῦσι, καθάπερ τι κώλυμα, καὶ ἐμπόδιον ἀφορμῶσι. καὶ ἴσως οὕτω πᾶσι ἔσται, [2] τὸν κορυφαῖον ἐκεῖνον ἐκπολιορκήσας, καὶ τὴν φιλίαν ἀποσκεδασάμενον. οἷον τὸ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἐπὶ τὸν δρομέων γίνεται. κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀκαλὸς δρομεὺς, [4] τὴν ὕπληγα δυοῖν κοντοῖν, [5] μόνον δὲ πόσου ἐφιέμενον, καὶ τῶν ἀλλοίων ἀποστερῶν posterioribus est invidiosus: quo fit ut omnium telis affectetur, ceu obex, objectumque ipsis impedimentum. Seque primum fore quisque putat, quum sublimem illum expugnarit, & amicitia excusserit. Quale quiddam in gymnicis ludis accidit cursoribus: ubi strenuus cursor, fractis ilico carceribus, solum primas affectans, animumque ad metam adjiciens, inque pedum velocitate spem

Paterc. lib. II. c. 40: *Numquam eminentia invidia carent.* Livius lib. XLV. cap. 35. de Paulo Macedonico, cui triumphus negabatur: *Intacta invidia media sunt; ad summa fere tendit.* Apollodorus Comicus:

Περὶ γὰρ τὰ λαμπρὰ ὁ φθόνος βιάζεται.
*Nam rebus obstat præclaris invidia.*

Cyprianus de Zelo & Livore: *Quanto ille, cui invidetur, successu meliore profecerit, tanto invidus in majus incendium livoris ignibus inardescit.* Philo ἀεὶ ἴσως ὁ φθόνος δι' ἀεὶ τοῖς μεγάλαις εὐπραγίαις ἀντίπαλος. *Invidia semper magnæ felicitatis adversaria est.* Lucretius lib. III:

*Consimili ratione ab eodem sæpe timore*
*Macerat invidia, ante oculos illum esse potentem,*
*Illum adspectari, clarus qui incedit honore:*
*Ipsi se in tenebris volvi, cœnoque queruntur.*

Infinita porro sunt, quæ in hanc sententiam cum apud Græcos, tum apud Latinos Scriptores belle dicta reperias. *Tollius.*

1 Τοῖς ὑπολειπομένοις] *Nam qui invidet, minor est*, ut ait Plinius lib. VI. epist. 17. Et, secundum Plautum in Captiv. Act. III. Sc. 4:

*Est miserorum, ut male volentes sint, atque invideant bonis.* Idem.

1 Τοῖς ὑπολειπομένοις] Melius, dignatione inferioribus. *Idem.*

2 Τὸν κορυφαῖον ἐκεῖνον] Verto, *modo principem illum & in fastigio dignationis collocatum, expugnaverit, ac de illo amicitia gradu deturbaverit.* Idem.

3 Καὶ ὅθι τοῖς γυμνικοῖς] Pindarus Isthm. Carm. IV:

Ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας
Καὶ μεγαλόβιον,
Περὶ τὸν ἀνδρῶν ἰνιάζει.
Τῶν τι γὰρ διδοῖ τέλος,
Καὶ κείσον' ἀνδρῶν χερσὶν
Ἐσφαλὲς τύχα καταμάψασα.

Id est,

*Est tamen incertitudo fortunæ etiam pugnantium, priusquam ad finem summum veniant. Horum enim dat finem, & virorum deteriorum ars corripiens præstantiorem supplantat.* Idem.

4 Τὴν ὕπληγα δυοῖν κοντοῖν] Τὴν ὕπληγα sive βαλὸς, item γραμμὴ Polluci, repagula, quæ Latini *Carceres* vocabant, quibus apertis, non *fidibus*, ut interpres habet, emittebantur currus. Videtur hic extentus funis fuisse, quo velut repagulo cursores continebantur; eoque remisso procurrebant. *Idem.*

5 Μόνον τῦ ποδὸς] Interpres vertit *primas affectare*, ac si τὸ πρωτεῖον legeretur. Τῦ ποδὸς ἐφιέμενον, est: *tota mente intentus in spatium, quod cursu conficiendum restat.*

τείνας πρὸς τὸ τέρμα, κἂν τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα τῆ νίκης ἔχων, τὸ πλησίον ὁδὸν κακοῦργεῖ, οὐδέ τι τῶν κατὰ τοὺς ἀγωνιστὰς πολυπραγμονεῖ. ὁ δὲ κακὸς ἐκεῖνος, [1] καὶ ἀναδλωθεὶς ἀντ-αγωνιστὴς, ἀπογνοὺς τὴν ὑπὸ τῆ τύχης ἐλπίδα, ἐπὶ τὴν κακοτεχνίαν ἐτρέπετο. καὶ τοῦτο μόνον ἐξάπαντος σκοπεῖ, ὅπως τὸ πρόχυτα ἐπιόντων, ἢ ἐμποδίσας, ἐπισφαλεῖ. ὡς εἰ τοῦτο ἁλῶσι, σὺν ὧν ποτε νικῆσαι δυνήσονται. ὁμοίως δὲ τούτοις κἂν ταῖς φιλίαις τὸ δύσκριτον γίγνεται. [2] ὁ γὰρ προέχων, εὐθὺς ἐπιβουλεύεται. [3] καὶ φύλακτος ὁ μέσον λαβὼν τὸ δυσμῶν, ἀνηρπάσθη. οἱ δὲ ἀγαπῶντες, καὶ φίλοι δοκοῦσι, ἐξ ὧν ἄλλοις βλάπτειν ἔδεξαν. τὸ, τί ἀξιόπιστοι τῆ ἀληθοῦς ὄχ ὡς ἔτυχεν ἐπιτοῦσι, ἀλλ' ὃ τούτου τὸ πᾶν αὐτοῖς ἐστὶν ἔργον, ἐνθυμοῦσί τι προσόψαι ἀπρεπὲς, μηδὲ ἀλ-

spem victoriæ habens, vicino non incommodat, neque aliorum certatorum res curat. Contra ignavus ille, & imbellis adversarius, desperata celeritate, animum ad fraudem convertit. Atque hoc solum in universum spectat, quomodo currentem objecta remora, vel impedimento, reprimere possit: quæ ni succedant, nunquam queat vincere. Haud aliter in ambiendis magnatum amicitiis accidit: apud quos qui prominet, statim insidiis involvitur, & incautus ab æmulis captus discerpitur. Hi deinde diligi, & amici videri incipiunt, eo quod aliis incommodarint. Iam quod Calumniæ fidem faciat, non temere excogitant: sed in coloris delectu toti occupantur, metuentes ne quid absoni, aut alieni attexant.

ῆβαι, quo id absolvat. Nemo hunc locum melius interpretabitur, quam Virgilius lib. v. Æneidos:

*——— Signoque repente*
*Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt*
*Effusi, nimbo similes: simul ultima signant.*

Quod ad verbum est, ἡ διανοίαν ὁποτείνουσι πρὸς τὸ τέρμα. Tollius.

1 Καὶ ἀναδλωθεὶς ἀντ-αγωνιστὴς] Cicero Philippica x. cap. 1: *Declarasti enim vetum esse id, quod ego semper sensi, Neminem alterius, qui sua confideret, virtutis invidere.* Idem.

2 Ὁ γὰρ προέχων] Pessime interpres exposuit, *qui prominet.* Repone, *qui ceteris antistat:* ut apud Catullum:

*Veranni, omnibus e meis amicis*
*Antistans mihi millibus trecentis.* Idem.

3 Καὶ φύλακτος ὁ] Cyprianus de simplicitate Prælatorum: *Facilior cautio est, ubi manifesta formido est; & ad certamen animus ante præstruitur, quando se adversarius confitetur.* Verum, ut bene Seneca, *Professa perdunt odia vindicta locum.* Idem.

4 Ὁ μέσον λαβὼν] Non satisfacit mihi interpres. Malim, *circumventus rapitur.* Eleganter Ausonius in Cupidine Crucifixo locum hunc illustrat:

*——— Hostemque unum loca non sua nactum*
*Falsa nube premunt. Trepidantem, & cassa parantem*
*Suffugia, in cætum media traxere catervæ.*
*Eligitur mactæ, &c.*

Contra apud Ciceronem pro Cluentio, c. 65: *Innocentia defensio sæpe multorum improbitate intercluſa respirat.* Idem.

ITa

λότερον. ὡς γὰρ ἐπὶ πολὺ [1] τὰ προσόντα τῷ Ἀριστάλλῳ, [2] πρὸς τὸ χεῖρον μεταδιάλλοντες, οὕτω ἀπιθάνους ποιοῦντι τὰς κατηγορίας. οἷον, τὸ μὲ ἰατρὸν Ἀριστάλλιον ὡς φαρμακέα. τὸ πλούσιον ὄ, ὡς τύραννον. [3] τὸ τυραννικὸν ὄ, ὡς πρόδηλον.

xant. Sic plerunque ejus, quem deferunt, rationes in deterius interpretando, probabiles reddunt accusationes. Medicum veneficii; locupletem affectatæ tyrannidis; tyrannum proditionis insimulant. In-

1 Τὰ προσόντα] Hic sunt vel fortunæ, vel ingenii, vel quæcunque alia bona, commoda, conditio: quæ alicui adsunt, quibusve conspicuus est. *Tollius.*

2 Πρὸς τὸ χεῖρον μεταδιάλλοντες] Basilius Magnus de Invidia: Δεινὸν ὄ τοῖς εἰς τὸ χεῖρον παρατροπαῖς τὸ ἐπαινετὸν διαπύσαι, καὶ ἐκ γείτονος πανίας ἀφορμὰς διαβολῆς. *Improbum autem est, in pejus deflectendo quod laudabile est culpare, & à malitia vicinia virtutem criminari.* Satisberiensis lib. VII. Policratici, capite 24. de calumnia loquens: *Et nunc quidem*, inquit, *bona aliena pervertit, nunc minuit: mala autem fingit, qua non sunt; aut magnificat, & extollit, si qua sunt.* Contra ea Quintilianus lib. II. cap. 12: *Est præterea quadam virtutum vitiorumque vicinia, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur.* Sic & in amore, & in amicitia vitia proximarum virtutum appellationibus velantur. Lucretius lib. IV:

*Nigra melichros est, immunda & fœtida ἐκσυμος.*
*Cassa tamdiu, nervosa & lignea dicuntur, &c.*

Et apud Theocritum Battus Idyll. X:

*Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέουσι τὸ πάντες,*
*Γχνάν, ἁλίκαισιν. ἐγὼ δ μὲν μελίχλωρον.*
*O Bombyce venusta, omnes te Syram vocant,*
*Tenuem, sole adustam. ego vero solum flavam melli instar.*

Est item apud Aristænetum illius vitiorum in melius interpretationis amatorium exemplum, lib. I. epist. 18: Καὶ ὁ μάν τις ὦ νέον, ὅτι σιμὸς, ἀπέχαεις παρὰ σοὶ καλεῖται παιστέον· τῷ δὲ τὸ γενειον βαπλικὸν ὄρυς· τὸ δ διὰ μέσου πέτον. ὀρεῖς ὁμμετρότατα ἔχειν· μέλανας δὲ ἀνδρικὰς ὀνομάζεις, λάμπας δὲ θεῶν παῖδας φοσφύρους μελιχρόπτους δὲ οἷς τύφλωσιν· ἀλλ' ἀσύμφορα εἶναι. Vbi nisi & in Platone ita legeretur, & à Plutarcho in προσαύξημα mutatum esset, γεῶμα pro σύμφορα legerem. Neque vel ita tamen Platonis mihi locus sanus esse videtur. Μελαγχλώρους δὲ ἐ τύπομα οἷς πῶς ἄλλα σύμφορα, ἢ ἐρασῶ ὑπολειζόμενα τὸ ἐ θέρους φέρουσ· ἀχρόπτας, ἐὰν δὲ ὥρα ᾖ. Lege, μελαγχλόους, (sive μελίχρους, ut alii malunt) δὲ ἐ τύπομα οἷσθ' ἀλλ' ὦ γεῶμα εἶναι ἐρασῶ &c. ad plures illi sermo institutus est, sic ut τὸ οἷς vitiosum esse quivis facile deprehendat. Cetera mendæ manifestæ sunt. Posset autem τὸ σύμφορα facies verti: nisi quis προσαύξημα cum Plutarcho malit: cujus vocis vim Cicero pluribus explicat, lib. II. de Oratore cap. XIV: *ut cum in sole ambulem, etiamsi aliam ob causam ambulem, fieri natura tamen, ut colorer.* De Amicitia locus est eximius, sed prolixior, apud Horatium lib. I. sat. 3: ubi tandem livorem nostrum, & animi æruginem perstringit, dicens:

*At nos virtutes ipsas invertimus; atque*
*Sincerum cupimus vas incrustare.* probus *quis*
*Nobiscum vivit!* multum demissus homo. *illi*
Tardo *cognomen* pingui damus. *pro* bene sano.
*Ac* non incauto, *fictum*, astutumque *vocamus*, &c.

Plura ad Lucret. & Horatium Lambinus congessit, quæ describere nolo, ne alienæ fructum diligentiæ videar velle intercipere. *Idem.*

3 Τὸν τυραννικόν] Malim, *tyrannidis*, vel *tyranni ministrum*, quam *tyrannum*, venere. *Idem.*

ενίοτε μὴν καὶ ὁ ἀκροάμων αὐτὸς ὑποκάμνει τῇ ἀληθείᾳ τὰς διαφοράς. καὶ ἐπεὶς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα οἱ κατηγορηθέντες αὐτοὶ ἀκριβάζουσιν, ἐξετάσουσιν. ἴσως μὲν γὰρ ζηλότυπον αὐτὸν ὄντα ἴδιωτα, διείρωσί φασι τῇ γυναικὶ δεῖπνον τὸ δεῖπνον. καὶ ἀπιδὼν εἰς αὐτὸν, ἀπεστέναξε. καὶ [1] ἡ Στρατονίκη πρὸς αὐτὸν ἐ μάλα ἀηδῶς, καὶ ὅλως ἐρωτική. καί πως ἐ μισγικαὶ πρὸς αὐτὸν αἱ διαβολαί. ἴσως ἦ ποιητικὸς ἦ, καὶ ἐπὶ τούτῳ μέγα φρονῇ, μὰ Δί' ἐχλεύασέ σε [2] Φιλόξενον τὰ ἔπη, καὶ διέσυρε, [3] καὶ ἄμιλλα εἶναι αὐτὰ, καὶ κατηγορίαν. φησὶ ἦ τὸ ῥύσιον, καὶ φιλόθεον, ἄηδον, καὶ ἀνόσιον· ὁ φίλον διακάλλιστον, καὶ ὡς τὸ θεῖον παραθέμενον, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀρνούμενον. [4] ὁ ἦ ἀκούσας, δίκην μύωπι ἀληθῆ αὐτὸς τυπεὶς, διακίνησεν ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἀπέφηναν τὸ φίλον, ἐ κεκμηκὸς τὸ ἀκέλεθον ἴλεγχον. ὅλως γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐπιῤῥοῦσι, καὶ λέγουσιν, ἃ μάλιστα ἴσασιν εἰς ὀργὴν δυνάμενα παροξύνεσθαι τὸν ἀκροάμονα.

Interdum auditoris affectus ſua calumniis diſcrimina ſuppeditat: ad cujus mores hi maligni homines ſeſe accommodantes, ſcopum attingunt. Nam ſi zelotypum ipſum eſſe perſpexerint: annuit, inquiunt, ille uxori tuæ inter epulas, eamque intuitus ſuſpiravit: Stratonice viciſſim ſuave quiddam, & amatorium: alia item, quæ ad ſuſpicionem adulterii faciunt. Sin poëticæ ſtudioſus illa arte ſibi placeat: Per Iovem tua carmina Philoxenus irriſit, inſectatus eſt, hiulca & lege ſoluta dixit. Apud religioſum, & pium, impietatis, & flagitii accuſatur amicus, quaſi numen rejiciat, & providentiam neget. Tum auditor, ceu œſtro in aurem immiſſo, excandeſcit, ut eſt conſentaneum, & re nondum accurate cognita, amicum averſatur. Talia fere ſunt, quæ ab impuris iſtis confinguntur & dicuntur, cum ea norint audientis animum ad iram maxime poſſe pro-

1 Η' Στρατονίκη] Alluſit partim ad hiſtoriam Antiochi Seleuci R. filii, qui novercæ amore flagrans ope Medici voti compos fuit factus: partim ad calumniam, qua Combabus fuit impugnatus apud eundem Seleucum, ac ſi Stratonices manifeſtarius adulter eſſet. Vtramque noſter fuſe exponit in libello de Dea Syria: illam Plutarchus in vita Demetrii Poliorcetæ: quam breviter item noſter attigit in Icaro-Menippo: Σελεύκῳ δὲ Ἀντίοχον ἰσόρροπον Στρατονίκη διανύοντα λάθρα τῇ μητρυιᾷ. *Seleuci autem filium Antiochum videbam clam Stratonice novercæ innuentem.* Ex hac hiſtoria effictam habes narratiunculam apud Ariſtænetum lib. 1. epiſt. XIII. Repoſui autem, ejecta *uxoris* voce, nomen proprium, in quo ad hiſtoriam reſpicitur, quam expoſuimus. Mox legam *ἀηδῶς*. Interpres non nimis bene vertit. *Tollius.*

2 Φιλόξενον] Nobilis poëta Lyricus, qui cum Dionyſii tyranni carmina liberius damnaret, ab eo in Latumias detruſus eſt: unde Tarentum aufugiens Dionyſio revocanti epiſtolam miſit una litera O, id eſt κ, notatam. plura Suidas. Meminit & Plutarchus de fortuna Alexandri, orat. II. in initio. *Idem.*

3 Καὶ ἄμιλλα] *Hiulca*, interpres. Rectius, *inmodulata*, ut Horatius in Arte:

*Non qui vis videt immodulata poëmata judex.* Idem.

4 Ὁ ἦ ἀκούσας] Verte: *quo ille*, ſc. amicus, *audito, ſtatim velut æſtro percitis auribus, uti par eſt, inflammatur, & moram accurata inquiſitionis non ferens, averſatur amicum, repellitque. Plane enim iſtiuſmodi mendacia confingunt, quæ maxime norunt audientis animum ad iram poſſe provocari.* Idem.

1 Καὶ

[1] καὶ ἔνθα τρωθῆς ἐστιν ἥκιστα ἐπισχόμενος, ἐπ' ἐκεῖνο τοξεύσει, καὶ ἀκροβολιζόμενος εἰς αὐτόν. ὥστε τῇ ἀδικουμένῃ ὀργῇ πεπραγμένον [2] μηκέτι σχολὴν ἄγειν τῇ ἐξετάσει τὴν ἀληθείας. ἀλλὰ καὶ ῥᾳδίαν τινὰ ἀπολογίαν εἶναι, μὴ προσέχειν, τῷ ἀδοκήτῳ τὸν ἀπροόπτως, [3] ὡς ἀληθῶς προκαταλημμένον. [4] Ἀνυσιμώτατον γὰρ ὂν τὸ εἶδος τῆς διαβολῆς, τὸ ὑπερφυὲς τῆς ἐξ ἀνόητον ἐπιθυμίας. ὁπότε δὲ παρὰ Πτολεμαίῳ [5] τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι, ἐμέθυσέ τις, ὃς διέβαλε [6] τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον, ὅτι ὕδωρ τὸν πίνῃ, καὶ μόνον τῶν ἄλλων γυναικεῖα οὐκ ἐνεδύσατο ἐν τοῖς Διονυσίοις. καὶ εἶπε μὴ κληθεὶς [7] ἔωθεν ἐπί τε, πάντων ὁρώντων, καὶ λαβὼν

provocare. Et qua parte quisque præstat, cognoscentes, illa ipsum telis jaculisque petunt: ne auditor, subita conturbatus ira, aliquod vero cognoscendo collocet otium: deinde ei, qui se purgare velit, non attendat, inopinato crimine, tanquam vero præoccupatus. Etenim ea calumniæ species est efficacissima, quæ cum auditoris cupiditate conflictatur: quando etiam apud Ptolemæum cognomento Dionysum quispiam olim Demetrium Platonicum accusavit, quod in Bachanalibus aquam biberet, solusque omnium mulieribus non fuisset indutus. Ac nisi mane vocatus vinum bibisset omnium in conspectu, & sumta veste Ta-

1 Καὶ ἔνθα τρωτός ἐστιν] Sic Alexander Parmenionis auctoritatem molestè ferens, à Cratero in Philotam, invidiosa illius & suspiciosa commemoratione accenditur: Curtius l. VI. cap. 8. sic Nero à Capitone Cossutiano in Thraseam inflammatus, quod non adfuisset in Poppeæ Sabinæ consecratione, quam Nero præ ceteris dilexerat: Tacitus lib. XVI. cap. 22. Sic apud Phædrum libertus ille,

*Adjecit id, quod sentiebat maxime*
*Dolisturum amanti.*

Ceterum exemplorum ὄσα κάκις. Benedictus male legit τρῶτα, pro τρωτὸς, veritque *& quia parte præstat.* nos emendavimus & contextum, & interpretationem, vertentes, *& qua quisque parte maxime vulneri patet.* Tollius.

2 Μηκέτι σχολὴν ἄγειν] Verterim: *indaganda, seu perstrutanda, veritati non modo non vacet: verum etiam si quis objectum crimen diluere voluerit, non admittat defensionem, insolentia audita criminationis, tamquam veritate præoccupatus.* Idem.

3 Ὡς ἀληθῶς] Nisi ἀληθῆ hic neutro genere accipitur pro substantivo, legendum hic vel ἀληθείᾳ, quod malim; vel ἀληθῶς, ut ad ἀκροάσεως referatur. *Idem.*

4 Ἀνυσιμώτατον γὰρ ὄν] Atticissimus, pro, ἀνυσιμώτατον γάρ ἐστι. Sic Homerus Iliad. Θ. v. 306:

Μάχην δ' ὃς ἐτέρωσε κέρη βάλεν, ἢ τ' ἐπὶ κάπῃ
Καρπῷ βριθυόλῃ, τοτήσί τε εἰαρινῇσιν.

Pro βριθύλῃ. Pro ὁπότε malim, ὅς ποτε. Idem.

5 Τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι] Qui undecimus fuit Ptolemæorum. *Idem.*

6 Τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον] Cujus & Antoninus Imp. meminit lib. VIII. cap. 22. adeatur Ionsius in Histor. Philosophica. *Idem.*

7 Ἔωθεν ἐπί τε] Quo nihil viro gravi turpius, nisi cum res poscit, aut jubet valetudo: antiquis autem rarum, & inusitatum, ut etiam Apostolos illud diei tempus ab ebrietatis potuerit suspicione vindicare. Res igitur erat extremæ luxuriæ, quam & feminæ adamabant nequiores Apulcius lib. IX. *Quanto me felicior*

δαν [1] παραπυλίδιον, [2] κυμβαλίσαι τε, καὶ πρόσωπον χρίσαι, ἀπολώλη ἄν, ὡς οὐχ ἡδέως τῇ βίῳ ἐβιοτ-

Tarentina, cymbala pulsaſſet; & ſaltaſſet, plane periiſſet; quod

*Daphne vicina, qua mero & prandio matutino ſaucia cum ſuis adulteris voluptatur.* Idem eodem libro: *matutino mero, & continuo ſtupro corpus emancipavit.* Tollius.

1 Παραπυλίδιον] Pollux lib. VII. cap. 17: καὶ μὴν τὸν παραπυλίδιον διαφανές ἐστιν ἔνδυμα, ὀνομασθὲν ἀπὸ τῶν παραπύλων χρήσεως & τρυφῆς. *Eſt autem pellucida veſtis, Tarantinidion, ita à Tarentinorum uſu luxuque appellata.* Heſychius: Παραπυνὸν, ſive, ut alii legunt, παραπυλίδιον, ἱμάτιον γυναικεῖον λεπτὸν, κρόσπεδα ἔχον ἐν τῇ ἑνὸς μέρει. *Tarantinidium, veſtimentum muliebre tenue, fimbrias, ſeu villos habens ab una parte.* Vtebantur eo plerumque meretrices. Lucian. in dial. meretr. Οὐκ αἰσχύνῃ μένη τ' ἐπαίρων ἐκ ἑλλόδιον, ἐχ ὅμων, ἐ παραπυλίδιον ἔχουσα. Apud Pollucem cap. XIII. lib. VII. fragmentum eſt veteris poëtæ, Παρθένῳ δ' ἐοικὸς δοκεῖ, φορῶν κροσωτὸν, καὶ γυναικείαν στολήν. *Virgo eſſe videtur, gerens fimbriata veſtes, & muliebrem ſtolam.* Muliebri autem veſte Bacchus amiciebatur. Vide Senecam. Et Tragœdi, omneſque Dionyſiaci artifices, quorum nota *Syrmata.* Apud eundem Pollucem, Αὐδῶν χιτῶν τις βασσάρα, Διονυσιακὸς, ποδήρης. Et apud Heſych. βασσάραι χιτῶνες, ἐσθῆτες αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι. Hinc & Bacchus βασσαρεὺς dictus. Commentator vetus Horatii l. I. od. XVIII: Baſſareus *dictus eſt liber pater à genere veſtis Baccharum:* unde & *Baccha* Baſſarides *dicta Perſ.* Baſſaris & *Lyncem.* Baſſaris *enim genus veſtis eſt, ad pedes uſque demiſſa, dicta à* Baſſara, *loco Lydiæ,* ubi fit. Vbi *Baſſara* pro *Baſſaris* legendum videtur. Verum Etymologici auctor & in etymologia, & in ipſa nominis denotatione variat. Quamquam etiam *Baſſaris* apud Perſii Scholiaſten inveni, ad Sat. I. v. 101: *Baſſarides,* inquit, *Bacchæ. Quibuſdam videtur à genere veſtis, qua Liber pater utitur, demiſſa ad talos, quam Thraces* Baſſarin. *Quidam à vulpibus, quarum pellibus Baccha ſuccingebantur. Vulpes Thraces* Baſſares *dicunt.* Idem.

2 Κυμβαλίσαι τε] Cymbala namque cum ſaltatione jungebantur in Deorum effeminato cultu: præſertim in feſtis Bacchi, Herculis, & Matris Deum Cybeles. Iuſtinus de Ptolemæo Philopatore, lib. XXX: *adduntur inſtrumenta luxuria, tympana & crepundia;* ſive, ut alii malunt, *crepitacula.* Vbi tamen τὸ *crepundia* ab interprete eſſe cenſuerim. Nam de eodem loquens Plutarchus tympani tantum meminit. Sed, uti dixi, & cymbala in ejuſmodi feſtis ſolemnia fuere. Apulejus de Gallis Cybeles, lib. VIII. Mileſ. *Qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis perſonantes, Deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt.* Lucretius lib. III.

*Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum*
*Concava, rauciſonoque minantur cornua cantu.*
*Et Phrygio ſtimulat numero cava tibia mentis.*

Erant autem ea vel ex ære, vel è buxo, quæ mutuo colliſu non ingratum ſonum edebant. Auſonius in Epiſt. ad Paulinum XXV;

*Cymbala dant ſictu ſonitum: dant pulpita ſaltu*
*Icta pedum: tentis rebeant cava tympana tergis.*

Propertius lib. III. el. XVI; ad Bacchum:

*Levis odorato cervix manabit olivo,*
*Et feries nudos veſte fluente pedes.*
*Mollia Dircæa pulſabunt tympana Theba;*
*Capripedes calamo Panes hiante canent.*
*Vertice turrigero juxta Dea magna Cybella*
*Fundet ad Idæos cymbala rauca choros.*

Anthol. lib. IV. de Herc. & Baccho;

Ἀμ-

λέως, ἀλλ' [1] ἀποσοφιστὴς ὤν, καὶ ἀντίπαλος τῷ Πτολεμαίῳ τρυφῆς. [2] Διὸ δὴ Ἀλεξάνδρῳ, μεγίστη τότε ὢν ἁπασῶν διαβολὴ λέγειν, εἰ ἕλοιτό τις μὴ σέβειν, μηδὲ προσκυνεῖν τὸ Ἡφαιστίωνα. ἐπὶ γὰρ ἀπάντων Ἡφαιστίων, ὑπὸ δὲ ἔρωτος Ἀλεξάνδρου ἐβιάσθη προθεῖναι τὸ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ, [3] καὶ θεὸν χειροθετῆσαι τὸ τετελευτηκότα. Δίδως δὲ τοῖς τε ἀνίσποτε αἱ πόλεις, καὶ περβύῃ κατιδρύσθω, καὶ βωμοὶ, καὶ θυσίαι, καὶ ἑορταὶ τῷ κοινῷ τούτου Θεῷ ἐπετελέντο. [4] καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος ἦν ἅπασιν, Ἡφαιστίων. εἰ δέ τις ἢ μεθιάσειε πρὸς τὰ γιγνόμενα, ἢ μὴ φαίνοιτο πάνυ δεδιὼς, ἐπαιτίου ἢ ζημίαι. καταλαμβάνοντες δὲ οἱ κόλακες τοῦ μειρακιώδη τοῦτον καὶ Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν, προσέξικνον δῆθεν, καὶ ἀνεζωπύρουν, [5] ὀνείρατα διαquod regis moribus non delectaretur, ſed Ptolemæi deliciis infenſus eſſet, & adverſarius. Apud Alexandrum graviſſimi criminis reus fiebat, qui colere & adorare nollet Hephæſtionem. Nam poſteaquam is è vivis exceſſit, amore victus Alexander, ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit, ut mortuus inter Deos Hephæſtion haberetur. Continuo civitates ei templa condiderunt, delubra dedicarunt, aras, victimas, & feſta novo huic Deo conſecrarunt. Eratque nomen Hephæſtionis jusjurandum omnium religioſiſſimum. Siquis autem vel riſiſſet ad ea quæ fiebant, vel non omni ſtudio colere viſus eſſet, culpa capitalis erat. Aſſentatores autem perſpecta hac juvenili Alexandri cupiditate, ei ignem & fomitem addere cœperunt, ſomnia narrantes

Ἀμφὶ δ' ὤμοις σκυτίνην σωτῆρμονες· εἴχαλα δ' ὄπλα
Νεβρὸς, λευκὸν, κύμβαλα δὲ, πλαταγή.
*Sudorumque pares meta, paria arma: leonis*
*Exuvia, hinnuleus, cymbala cum ſtrepitu.*

Eleganter ad rem Tertullian. de Pallio: *Atquin alius & ſericatus & crepidam aratus inceſſit, & ut digne quidem Bacchantibus indumentis aliquid ſubtinniret, cymbalo inceſſit.* Tollius.

1 Ἀποσοφιστὴς] Exprobrator. Lactantius lib. v. cap. 6: *Et quoniam mores ac vitia regis imitari genus obſequii judicatur, abjecerunt omnes pietatem; ne exprobrare regi ſcelus viderentur, ſi aliter viverent.* Vid. Tacit. XVI. 22. Et Lactant. l. v. cap. 9. p. 482. Iſocr. p. 10. *Idem.*

2 Διὸ δὴ Ἀλεξάνδρῳ] Malim ita vertere: *Ita & apud Alexandrum hæc omnium maxime valebat calumnia, ſiquis neque colere ut Deum, neque adorare velle Hephæſtionem deferebatur.* Idem.

3 Καὶ θεὸν χειροτονῆσαι] Pluribus hæc Arrianus, Curtius, Plutarchus in vita Alex. M. *Idem.*

4 Καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος] De Caligula Suetonius refert, eum inter cetera amoris erga Druſillam documenta nunquam deinceps niſi *per numen Druſillæ* dejeraſſe. Idem in monte Iulii Cæſaris narrat, controverſias quaſdam à plebe *interpoſito per Cæſarem* jurejurando diſtractas: & Claudium Imp. *jusjurandum* ſibi *neque ſanctius* neque *crebrius* inſtituiſſe, quam *per Auguſtum*: quin & violata perjurio numina iſta gravius vindicata, quam ſi quis per ipſum Iovis numen, aut majorum gentium Deos pejeraret. Sic ut vere dixerit Tertullianus in Apologetico: *Citius denique apud vos per omnes Deos, quam per unum genium Cæſaris pejeratur.* Idem.

5 Ὀνείρατα] Id enim inter divinitatis ſigna. Vnde & ægrotantes, & futura

γάμενοι δ' Ἡφαιστίωνος, [1] ἐπιφανείας τινὰς, καὶ ἰάματα προσαπτόντες αὐτῷ, καὶ [2] μαντείας ἐπιφημίζοντες. καὶ τέλος, ἦγον [3] παρίδρυ, καὶ [4] ἀλεξικάκου θεοῦ. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἥδετό τι ἀκούων, καὶ τὰ πλάσματα [5] ἐπίστευε, καὶ μέγα ἐφρόνει, ὡσανεὶ δὴ θεοῦ παῖς ὢν μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοὺς ποιεῖν δυνάμενος. πόσους τοίνυν οἰόμεθα τῶν Ἀλεξάνδρου φίλων δοκεῖν τὸν κοινὸν ἐκείνον ἀπολωλότα τὸν Ἡφαιστίωνος θειότητος, διαβληθήσεσθαι, εἰ δὲ τιμῶσι [6] τὸν κοινὸν ἁπάντων θεὸν, καὶ λοιδοροῦσι τοῦτο ἐξελαθήσεσθαι, καὶ τὸ βασιλέως δῶρον ἀπεστερῆσθαι; τότε δὲ

tes Hephæſtionis, apparitiones quaſdam, & medelas ei attribuentes, ejuſque oracula prædicantes: denique aſſeſſori, malorumque depulſori Deo ſacra fecerunt. Alexander autem hæc jucunde audiebat, tandem etiam ut veris fidem habebat, & gloriabatur, quod non modo Dei filius eſſet, ſed Deos etiam creare poſſet. Quot igitur Alexandri amicos putamus illam Hephæſtionis divinitatem tum male habuiſſe, quum accuſarentur, quod communem omnium Deum non colerent: ideoque expellerentur, & regis benevolentia exciderent? Tunc temporis Aga-

prænoſcere cupientes, in Deûm, Æſculapii præcipue, & Serapidis, nec non Apollinis, ſeſe templa conferebant, per ſomnium illorum voluntatem, reſponſave expiſcaturi. *Tollius.*

1 Ἐπιφανείας] Illuſtravit hanc vocem, locumque Luciani, Vir illuſtris Ez. Spanhemius in V. Diſſertatione de re Nummaria: quod opus à me juventuti nunquam non erit commendatiſſimum. *Idem.*

2 Μαντείας] Et oracula ad auctoritatem novo Deo conciliandam efficta. Æmulatus eſt in Antinoo Hadrianus, quem non ſecus ipſe, ac Hephæſtionem Alexander, dilexerat. Spartianus in ejus vita: *Et Graci quidem volente Hadriano eum conſecraverunt, oracula per eum dari aſſerentes, qua Hadrianus ipſe compoſuiſſe jactabatur.* Idem.

3 Παρίδρυ] Servius in VII. Æneid. *Revera Virbius eſt numen conjunctum Diana, ut matri Deum Attis, Minerva Erichthonius, Veneri Adonis.* Id eſt παρίδρυ. Πάρεδροι etiam σωίδροποι dicti, teſte Heſychio, quamquam viri docti τοὺς παρέδρους τοῖς συνθρόνοις inferiores exiſtimant, & ordine, & dignatione. quin & Gallus ſeſe apud noſtrum in dialogo ſui nominis πάρεδρον Ἐρμοῦ jactat. *Idem.*

4 Ἀλεξικάκου] Quod Herculi, quem æmulabatur Alexander, cognomen datum in Deorum numerum cooptato. Fuit item Apollinis cognomen, de quo videndus Pauſanias in Atticis, pag. VI. *Idem.*

5 Ἐπίστευε] Iuvenalis Sat. IV:

*Quid apertius? Et tamen illi*
*Surgebant criſta. Nihil eſt, quod credere de ſe*
*Non poſſit, cum laudatur dis aqua poteſtas.* Idem.

6 Τὸν κοινὸν ἁπάντων θεόν] Erant enim & peculiares vel populis, vel familiis, ſeu gentibus Dii; Auſon. in Cæſaribus:

*Æneadum genetris qui ſextus & ultimus heres,*
*Polluit, & clauſit Iulia ſacra Nero.*

Inprimis heroes in Deûm numerum relati; ut populo Romano Quirinus. Ceterum, qui plura Deorum nomina deſiderat, uni tantum culta vel cognita populo, legat cap. XXIV. Apologetici Tertulliani, & lib. IV. Auguſtini de Civitate Dei, cap. 8. & paſſim. Sermon. VIII. Theodoreti ad infideles Græcos, &c. *Idem.*

1 Te-

Ἀγαθοκλῆς ὁ σάμιος, [1] τεξιαρχῶν παρ' Ἀλεξάνδρῳ, καὶ παράμεινος παρ' αὐτῷ, μικρὸν δεῖν [2] συνεκπεσὼν χθὲ λέοντι, διαβληθεὶς ὅτι διακρύσειε παρελθὼν τὴν Φαισίωνος τάφον. ἀλλ' ἐκείνου μὲν λέγεται βοηθῆσαι Περδίκκας, [3] ἐπομοσάμενος καὶ πάντων τῶν θεῶν, καὶ καὶ Φαισίωνος, [4] ὅτι δὴ κινηγετῶν οἱ φανείη σπαργὴν τοῦ θεοῦ ἐπισχεῖν ἀγχόνην, φείσασθαι Ἀγαθοκλέους. ἐγὼ μὲν οὐκ ἐπαινοίην, εἰ δὴ οὐκ ἐπὶ νεκρῷ δακρύσειν, ἀλλὰ τῷ πάλαι συνηθείας μεμνησθείσης. ἢ γὰρ κηλασείας, ἢ διαβολῆς, τότε μάλιστα χάριν ἔσχε τοῦ Ἀλεξάνδρου πάθος ἀναθυμίαν. [5] καθάπερ γὰρ ἐν πολιορκίᾳ σὺν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ, καὶ ἀπόκρημνα, καὶ ἀσφαλῆ τείχους

Agathocles Samius, qui apud Alexandrum centurio in honore erat, parum abfuit quin cum leone committeretur, accusatus, quod sepulchrum Hephæstionis præteriens illachrymasset. Verum illi opem tulisse fertur Perdiccas, Deos omnes, ipsumque Hephæstiona juratus, Deum in venatione sibi clare visum mandasse, ut Alexandro diceret, Agathocli esse parcendum, qui non ut mortuum lachrymasset, & quod vanam Hephæstionis divinitatem crederet, sed quod pristinæ familiaritatis meminisset. Sic igitur affecto Alexandro, locus assentationi, & calumniæ aptissimus fuit. Nam quemadmodum hostes urbem oppugnaturi, non altam, non præcipitem, non munitam

1 Ταξιαρχῶν] Verte; *Ordinum ductor, quique magno apud Alexandrum in honore erat.* Tollius.

2 Συνεκπεσὼν χθὲ λέοντι] Alludit ad historiam Lysimachi, quem Alexander Leoni objecerat. *Idem.*

3 Ἐπομοσάμενος] Eodem ferme dolo, quo Iulius Proculus usus, interfecto, seu discerpto à Patribus Romulo, quo desiderium plebis leniret. Adi Livium lib. 1. & Florum, cap. 1. *Idem.*

4 Ὅτι δή] Legebam initio, ὅτι ἴδοι. verum τὸ ὅτι eleganter sæpe τοιχλασ. Idem.

5 Καθάπερ γὰρ ἐν πολιορκίᾳ] Eadem in Halieuticis similitudine usus est Oppianus lib. v:

Ὡς δ' ὅτε δυσμενέων βεκατὸς λόχος ἀντιόωσιν
Λάθρι ἰμπλάζοντι μαστίγι δηϊότητα,
Εὖδοντας δ' ἐνὶ κλισμοῖσι φυλακτῆρας ἐπὶ πυλεῶνι
Ἄρεϊ δὶ μθμίοντες, ἐπιπλήξαντες δ' ὀδύμαξιν.
Ἔνθεν ὑπεστὶ δαείλιτι πόλιν, καὶ τύρσιν ὑπ' αὐτῆς
Θάρσαλέοι σπεύδουσι, πυρὶς βέλος, ἄρτιος ἄτλη,
Δηλον ἐϋδμήτων μεγάρων αἰζηρὰ φέροντες
Ὡς τότε &c.

*Ac veluti insidiæ mediæ sub nocte propinquant*
*Hostibus occulto, & curis somnisque solutas*
*Excubias arcis nactæ sub Marte quieto,*
*Cadunt; & sternunt custodum corpora passim:*
*Hinc propere evadunt summa ad vestigia muri,*
*Audaceſque locant flammas in arce micantes,*
*Vrbis casura signum, torremque ferentes,*
*Qui sit robustus jam prensa mœnibus arcis:*
*Sic tunc &c.*

Vt & Apulejus ex parte lib. v. Metam. *Tunc nactæ jam portis patentibus nudatum foro-*

ωθούσασιν οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ὃ μὲν ἡ ἀφύλακτόν τι μέρος, ἢ σαθρὸν αὐθωπτι, ἢ ταπεινὸν, ἐπὶ τοῦτο πάσῃ δυνάμει χωροῦσιν, ὡς ῥᾷστα παρεισδῦναι, καὶ ἐλεῖν δυνάμενοι, ὅτι δὲ οἱ Διαβάλλοντες, [1] ὃ, τι ἂν ἀσθενὲς ἴδωσι τῆς ψυχῆς, καὶ ὑποσαθρον, καὶ εὐπίθανον, τοῦτῳ ωθοῦσιν, [2] καὶ ωθοῦσι τὰς μηχανὰς, καὶ τέλος, ἐκπολιορκοῦσι, μηδενὸς ἀντιτασσομένου, μηδὲ τὸν ἔφοδον αἰσθομένου. εἶτ' ἐπεισδὺς ἐντὸς ἄπαξ τειχῶν γένηται, πυρπολοῦσι πάντα, καὶ κάουσι, καὶ σφάττουσι, καὶ ἐξελαύνουσιν, οἷα εἰκὸς ἀλισκομένης ψυχῆς, καὶ ἐξωνδραποδισμένης, ἔργα εἶναι. μηχανημάτων δ' αὐτοῖς καὶ δόλου ἥ τε ἀπάτη, καὶ τὸ ψεῦδος, ἡ ἐπιορκία, ἡ ωθοσλιπάρησις, ἡ ἀναισχυντία, καὶ ἄλλα μύρια ἂν διεξέλθοιμεν. ἡ δὲ μιγὶς πασῶν, ἡ κολακεία ἐστὶ, [4] συγγενὴς, μᾶλλον δὲ ἀδελφή τις οὖσα τῆς Διαβολῆς. Οὐδὲν γὰρ οὕτω χθιζὰς ἐστὶ, καὶ ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυχῆς ωθοῦν, ὃς οὐκ ἂν ὑποδύη ωθὸς τὰς τῆς κολακείας Διαβολάς. καὶ ταῦτα, ὑπορυττόσης, καὶ τὰς ἀμελίας ὑφαιρούσης τῆς Διαβολῆς. καὶ τὰ μὲν ἐντὸς, ταῦτα. ἔνδοθεν δὲ, πολλαὶ ωθοῦσαι συναγωνίζονται, τὰς χαῦρας ὀρέγουσαι, καὶ τὰς πύλας ἀναπετάσασι, καὶ πάντα τρόπον τῇ ἁλώσει δ' ἀκόλουθον συμπροθυμοῦνται.

nitam mœnium partem invadunt: sed quam non custoditam, debilem, humilemve norunt, in eam totis viribus impetum faciunt, ut qua facillime ingredi, & rerum potiri queant. Ita calumniatores, quod in auditoris animo languidum, fragile, & accessu facile viderint, illud adoriuntur, eoque suas machinas adducunt: denique nemine obsistente: hostilemque impetum sentiente, expugnant: deinde intra muros, cuncta igni ferroque devastant, jugulant, expellunt: qualia verisimile est fieri animo capto, & mancipato. Artes sunt ipsis adversus absentem, fallacia, mendacium, perjurium, obsecratio, impudentia, aliæque sexcentæ astutiæ: quarum omnium maxima est assentatio, Calumniæ cognata, imo soror. Nemo enim tam generoso est animo, & adamantino muro septus, qui adulationis calumniis non succumbat: idque cum calumnia suffodiat, & fundamenta subtrahat. Atque hæc quidem sunt, quæ foris adveniunt. Intus autem multæ proditiones adjuvant, manus porrigunt, portas aperiunt, omnibusque modis expugnationi auditoris una incumbunt. Ac

*vis animum facinorosa mulieres, omissis tecta machina latibulis, destrictis gladiis fraudium simplicis puellæ paventes cogitationes invadant.* Tollius.

1 Ὃ, τι ἂν ἀσθενὲς] Themistius Orat. III: Καὶ ὅπου ἂν αὐθωπτον αὐτὸν ὑπεραγῶσαν, ἡρέμα εἰσπτισασθῶν καὶ σμικρὸν ὑπερύπτη ἡ ἀλήγχη ἡ δρεπανοῦν τι ἡ ἀσθενῆ. *Quæ ubi ad votum succedere sibi conatus suos senserit, perblande irrepens paulatim eum subruit, & scrutatur, qua parte minime munitus, ac minime valens est.* Idem.

2 Καὶ ωθοῦσι τὰς μηχανὰς] *Eique suas machinas admovent.* Idem.

3 Προσλιπάρησις] Non est *obsecratio*, uti redddit interpres: sed est *assiduitas* in calumniando; aut si ita mavis, in assentando simul & calumniando, qua quasi obtunditur ille, quem in amicum veterem volunt concitare. *Idem.*

4 Συγγενὴς] Πρόδρομον ὑπουργίαις vocat Themistius, *emissariam simulationis.* Idem.

1 Τὸ

μαι. πρῶτον μέν, [1] τὸ φιλόκαινον, ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, καὶ [2] τὸ ἀψίκορον. ἔπειτα δέ, τὸ πρὸς τὰ παρόδοξα τῶν ἀκουσμάτων ἐπιβαρὲς. ἐγὼ γὰρ οἶδ' ὅπως ἡδόμεθα πάντες λαθραδὰ, καὶ πρὸς τὰς λοιδορίας, καὶ [3] μισεῖς [4] ὑποψίας ἀκούοντες. οἶδα γὰρ πολλοὺς ἥδιον χαρμολιζομένους τὰ ὦτα ὑπὸ τῶν λοιδόρων, ὥσπερ τὰς πτερυγίους κινουμένους. ἐπειδὴν τοίνυν ὑπὸ τούτων ἀπάντων συμμιγεῖς μῖμοι πρόσωπα, καὶ κρότου αὐρίου οἷμαι, καὶ ἡδὺ δυσὶν ἢ μίαν ψῆφον τὸ, μηδενὸς ἀνυπερβλήτου μὴ ἀμέμπτους τὰς πρὸς σχολὰς ἀλλὰ δι' ἃ μὲν ἀκούοντος, ἐκεῖνος ἑαυτῷ ἐνδιδόντος. δι' ὃ

Ac primum quidem hæ sunt, rerum novarum studium, ac præsentium fastidium, quod hominis ingenio à natura est insitum: deinde vero, quod ad rerum incredibilium auditionem sequitur. Nescio enim quo pacto gaudemus omnes clanculum, quum plenas suspicione delationes audimus. Quibusdam enim comperi aures calumniis ita suaviter titillari, ac si pennis confricarentur. Proinde quum talibus adjuti sociis irruerint, vi utique capiunt, nec ægre paratur victoria, ubi nemo repugnat, nec vim propulsat: sed, qui audit, ultro seipsum dedit: qui ve-

1 Τὸ φιλόκαινον] Plinius lib. XII. Nat. Hist. cap. 1. *Est natura hominum novitatis avida.* Plinius Iunior lib. VIII. epist. XVIII: *aures hominum novitate latantur.* Hinc Homerus:

Τλιὸν γὰρ δοιδὴν μᾶλλον θηλεῖσ' ἀνθρωποι,
Ἢ ἐφ' ἑκυόντεσσι γεγαότα μυρίλλεται. Tollius.

2 Τὸ ἀψίκορον] Propertius lib. II. eleg. 33:

*Elevat assiduus copia longa viros.*

Monetque Isocrates ad evitandam illam satietatem, τὰς ὁμιλίας μὴ πυκνὰς ποιεῖν τοῖς αὐτοῖς. *ne sapius eosdem alloquamur*, in orat. ad Demonicum. Eximium hac de re præceptum est apud Ciceronem de amicitia cap. 19: *Non enim*, inquit, *amicitiarum esse debent, sicut altarum rerum, satietates. Veterrima quaque, ut ea vina, quæ vetustatem ferunt, esse debent suavissima: verumque illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiæ munus expletum sit. novitates autem, si spem afferunt, ut tamquam in herbis non fallacibus factus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ: vetustas tamen suo loco conservanda est.* Idem.

3 Μισεῖς ὑποψίας] Gnome Gr.

Τὸ πόνοια δεινόν ἐστιν ἀνθρώποις κακόν.
*Suspicio grave est hominibus malum.*

Vide quæ ad cap. III. P. Syrus:

*Ad tristem partem strenua est suspicio.* Idem.

4 Ὑποψίας] Recte igitur Seneca in iræ devitatione monet *tollendam ex animo suspicionem & conjecturam, fallacissima irritamenta*; lib. II. de Ira, cap. XXIV. Idem lib. III. cap. XXX: *Taurum color rubicundus excitat: ad umbram aspis exsurgit: ursos leonesque mappa proritat. Omnia, quæ natura fera ac rabida sunt, consternantur ad vana. Idem inquietis & stolidis ingenis evenit; rerum suspicione feriuntur.* Ausonius in epist. ad Paulinum:

*Nec quæ compositis male suada & credula causis*
*Concinnat verisimilis suspicio culpæ.*

Ita enim illic legendum: non, *male suada credula causis*, uti partim Cel. Grævius vidit, partim nos emendandum judicamus. *Composita causa* sunt fictæ calumniæ. Sic Phædr. f. I:

*Qui fictis causis innocentes opprimunt.*

καλοῦμεν ἄγνοιαν. ὥσπερ γὰρ ἐν νυκτὶ πόλεως ἁλισκομένης, καθεύδοντες οἱ διαφθειρόμενοι φονεύονται, καὶ τὸ πάντων οἴκτιστον, ὁ μὴ οἶδεν εἰδὼς τὰ γεγενημένα, προσέρχεται τῷ φίλῳ φαιδρός, ἄττα μηδὲν φαῦλον ἑαυτῷ συνεπιστάμενος, καὶ τὰ σιωπηθέντα λέγει, καὶ ποιεῖ, παντὶ πρόσω ὁ ἄθλιος συνεθρύμμενος. ὁ δέ, ὡς μὲν ἔχει τι γενναῖον, καὶ ἐλεύθερον, καὶ παῤῥησιαστικὸν, ἀνὴρ ἐξέῤῥηξε τὴν ὀργὴν, καὶ τὸ θυμὸν ἐξέχεε. καὶ πλέον, τὴν ἀπλοΐαν προαισθόμενος, ἔγνω μάτην καὶ φίλος παρωξυμμένος. ὡς δὲ ἀγχίνεστερος, καὶ πανουργότερος, προσίσταται μὲν, καὶ προσμειδᾷ τοῖς χείλεσιν ἄκροις, μισεῖ δέ, καὶ λάθρᾳ τὰς ὀδόντας διαπρίει. καὶ ὡς ὁ ποιητής φησι, βυσσοδομεύει τὴν

vero accusatur, insidiarum est ignarus. Nam haud aliter qui deferuntur, atque qui captis urbibus pereunt, dormientes trucidantur. Et quod est omnium maxime miserabile, hic rerum actarum nescius, amicum hilari vultu adit, ut nullius mali sibi conscius, & consueta dicit, facitque, insidiis omnifariam miser obsessus. Tum ille, si homo ingenuus est, & liber, ac confidens, iram illico rumpit, animumque effundit: denique prævisa defensione, agnoscit se adversus amicum absre fuisse exacerbatum. Sin autem ignaviore est, & abjectiore animo, admittit quidem, summisque labiis arridet: verum odit, & clám dentibus frendet: ac, ut inquit Poëta, iram in animo molitur. Quo

Hic autem lubens legam; ἀεὶ πάντες θεοὶ τὰς λαβδηδὰ λεγομένας, καὶ μ. ὀστ. διαβολάς. Tollius.

1 Τὴν ἔνεδρον ἀγνοοῦντι] Egregie Cicero Verrina II. cap. 14: *Eum qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis: hoc vero occultum, intestinum, ac domesticum malum non modo non exstitit, verum etiam opprimit, antequam perspicere atque explorare potueris.* Facete Hispani,

*Del agua mansa me guarde Dios, que*
*de la brava me guardaré.*

Id est,

*A flumine leni ac placido me Deus tutum præstet:*
*A torrente facile me ipse tutabor.* Idem.

2 Ἐξέῤῥηξε τὴν ὀργὴν] Seneca de Ira l. II. cap. 29: *Quid est inquius, quam secreto credere, palam irasci?* Idem.

3 Τοῖς χείλεσιν ἄκροις] Hoc est, non ex animo. Sic *summis labiis hospitem invitare*, dixit Hieronymus. noster autem, ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφεῖν, in Apologia. & in Dialog. Meretr. ἀπ' ἄκρου τοῦ χείλους τοῦ ὄφεως ἐχειρ. plura Erasm. in Adagiis. Idem.

4 Ὡς ὁ ποιητὴς φησι] Homerus O'δυσ. ρ.

Ἐσθλὰ ἀγορεύοντες, κακὰ δ' φρεσὶ βυσσοδομεύων.
*Bona prædicantes, mala autem in pectoribus occultabant loquentes.*

& O'δυσ. θ. in adult. Martis & Ven. de Vulcano: κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων. Est & apud Hesiodum, δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων. *Dolum mente occultans.* Hesychius: βυσσοδομεύει, ἐνθυμεῖται, μηχανᾶται, ὑποκρυπτομένως βουλεύεται, ἢ ἐκ βάθους. Noster in Philopatride; μύχιον δὲ βυσσοδομεῖς, ἄνω ἢ κάτω περιπολῶν, πεζὰ καὶ ἀερόφοιτα ἐοικώς. Idem.

5 Βυσσοδομεύει τὴν ὀργήν] Namque, ut in Medea Seneca,

*Ira quæ tegitur, nocet*
*Professa perdunt odia vindictæ locum.* Idem.

1 Α'δι-

ἐχθής. ἢ δὴ ἐγὼ οὐδὲν οἶμαι [1] ἀδικώτερον, οὐδὲ δουλοπρεπέστερον, [2] σὺν δακόντος τὸ χεῖλος, ὑποτρέφειν τὸν χόλον, καὶ τὸ μῖσος ἐν αὑτῷ κυοφορεῖσθαι αὔξειν, [3] ἕτερα μὲν κεύθοντα φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγοντα. [4] καὶ ὑποκινούμενον [5] ἱλαρᾷ δὲ κωμικῇ προσώπῳ, μᾶλλα ἀφελοῦντα πικρίαν, καὶ γέμοντα τραγῳδίαν. [6] Μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν, [7] ἐπειδὰν πάλαι φίλος ὁ συδιαβάλλων δοκῶν εἶναι τῷ συδιαβαλλομένῳ, ποιῆται

Quo utique homine nihil putem injustius, nihil servilius, qui admorso labro bilem intus alit, odiumque intra se conceptum auget, dum aliud in mente occulit, aliud in ore habet, & plenam affectibus tragœdiam in se commovet. Tuncque potissimum hoc faciunt, quum simile facit delator, qui delati olim amicus videtur

1 Ἀδικώτερον] Cæcilius apud A. Gellium lib. xv. cap. 9:

*Nam is sunt inimici pessimi, fronte hilaro,*
*Corde tristi: quos neque ut apprehendas, neque ut mittas, scias.* Tollius.

2 Ἐνδακόντα τὸ χεῖλος] More indignantium. Vide Erasm. in Adag. *Mordere Labium.* Idem.

3 Ἕτερα μὲν κεύθοντα] Achillis verba sunt apud Homerum Iliad. I:

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅστις ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζῃ.
*Ille mihi invisus, non secus ac inferni portæ,*
*Qui aliud in animo versat, aliud autem loquitur.*

Hinc Phocylides:

Μηδ' ἕτερον κεύθειν κραδίῃ νόον, ἀλλ' ἀγορεύειν.
*Neque aliam occultes in corde sententiam, alia proloquens.*

Et tamen, ut P. Syrus ait:

*Homo semper in os fert aliud, aliud cogitat.* Idem.

4 Καὶ ὑποκινούμενον] Non cepit hæc interpres. Repone igitur; *& hilari mimicoque vultu tristia & tragica consilia versat.* Lege autem cum Cel. Grævio; ὑποκεκιμένον. mox lego: κακῶν γέμοντα. Valer. Flaccus:

*Fingit placidis fera pectora dictis.* Idem.

5 Ἱλαρᾷ δὲ κωμικῇ] Claudianus in I. Cons. Stiliconis lib. II. v. 34:

*Invisos odisse palam; non virus in alto*
*Condere; non lætam speciem pretendere fraudi:*
*Sed certum mentique parem componere vultum.* Idem.

6 Μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν] Vertè: *Hoc autem tum illis maxime evenit, cum hic, qui calumniam struit, illi, qui calumnia appetitur, antehac amicus esse visus eodem modo facit.* Idem.

7 Ἐπειδὰν πάλαι φίλος] Palladas lib. I. Anthol. cap. 42:

Οὐχ ἕτω βλάπτει μισεῖν ὁ λέγων ἀναφανδόν,
Ὡς ὅστις ὁ πρόσθεν ψευδόμενος φιλίαν.
Τὸν μὲν γὰρ μισοῦντα φρονεῖν ὑπερπόμεθα.
Τὸν δὲ λέγοντα φιλεῖν ἐ προσφυλακούμεθα.
Ἐχθρὸν ἐγὼ κεῖνον κρίνω βαρὺν, ὃς ποτε λάθρᾳ
Τιμῶν ὅπο φιλίης ἐστὶν ἔχων ἀδικεῖ.
*Non ita nocet, qui odium suum pra se fert,*
*Atque ille, qui sinceram simulat amicitiam.*
*Nam inimicum præscientes evitamus.*
*At ab eo, qui se amicum profitetur, nobis non cavemus.*
*Illum ego gravem judico inimicum, qui clanculum*
*Per amicitiæ fidem injuriam facit.* Idem.

πρεσβείαν αὐτοῦ, ἅτε μηδὲν ἂν τοιοῦτο κακουργήσοντι. ἆρ' οὖν τῷ Ἀριστείδῃ ἔστι τις δικαιότερος; [1] ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνον συνέσηε ἐπὶ τὴν Θεμιστοκλέα, καὶ συμπαρώξυνε τὸν δῆμον, [2] ὡς φασιν ἐκεῖνον, πολιτικῆς φιλοτιμίας ὑποκινούμενον. δίκαιον μὲν γὰρ [3] ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης. ἄνθρωπον γὰρ αὐτὸς ἦν, καὶ χαλεπὸν εἶχε, καὶ ἠχάπα τινάς, καὶ ἐμίσει. καὶ ἔστιν ἀληθὴς ἡ ὁ τοῦ Παλαμήδους λόγος, [4] ὁ συνεπιπλεῖν τὴν Ἀχαιῶν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄρασθαι, τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ συνέδραμε τὸν φθόνον φαίνεται συμπαθικῶς καὶ ἀνδρὸς ὁμοίμασι, καὶ φίλῳ, καὶ [5] ἐπὶ τὸν αὐτὸν κίνδυνον συμπλακησόμενος. ὥστε ἔμφυτόν τι ἅπασιν ἀνθρώποις ἡ τοιαύτη ἁμαρτία. τί γὰρ ἄν τις ἢ Σωκράτην λέγοι, τὸν [6] ἀδίκως πρὸς τοὺς Ἀθηναίους διαβεβλημένον [7] ὡς ἀσεβῆ, καὶ ἐπιβουλὸν; ἢ τὸν Θεμιστοκλέα, ἢ τὸν Μιλτιάδην, τοὺς

auris, ut qui tale nihil perpetrarit. Est ne aliquis justior Aristide? attamen ille in Themistoclem conspiravit, animosque populi concitavit, gloriæ popularis, ut ajunt, æmulatione titillatus. Alias vir bonus Aristides: sed homo cum esset, irasci poterat, & alios amabat, alios oderat. Si verum quoque est, quod de Palamede ferunt, quidam Græcorum sapientissimus, aliisque in rebus optimus, invidia flagrans insidias parasse fertur cognato, amico, & ad idem periculum profecto: adeo naturæ hominum familiare est hoc errore labi. Porro, quorsum attinet & Socratem recensere, impietatis & insidiarum apud Athenienses insimulatum? Quid Themistoclem, aut Miltiadem, tot partis victoriis, suspi-

1 Ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνον] Vnde hoc Lucianus acceperit, nescio. Plutarchus certe, in Aristidis vita, negat ab eo Themistoclem vel dicto, vel facto læsum. *Tollius.*

2 Ὡς φασιν ἐκεῖνον πολιτικῆς φιλοτιμίας] Ὡς φασιν ἐκεῖνον εἶχε πολιτικῆς φιλοτιμίας. Marcil. Vertendum fuerat: *ejusdem, cujus ille, ut ferunt, popularis gloriæ cupidus: vel eadem, qua ille, ut ajunt, ambitione populari flagrans.* Tollius.

3 Ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους] *Ad alios comparatus.* Idem.

4 Ὁ συνεπιπλεῖν] Qui tamen ἴσως φίλτατα πολλὰ λέγων ἐπίμοιρον ὁμοῖα. *Noverat mendacia multa dicere veris similia*, ut ait Poëta. Fecit autem has insidias Palamedi, adjuvante Diomede. Dictys Cretensis lib. II: *Per idem tempus Diomedes & Ulysses consilium de interficiendo Palamede ineunt, more ingenii humani, quod imbecillum adversum dolores animi, & invidia plenum, anteiri se a meliore haud facile patitur.* Apulejus lib. X Melet. *Vel cum falsis insimulationibus eruditione doctrinaque præpollens Palamedes proditionis damnatur.* Idem.

5 Ἐπὶ τὸν αὐτὸν κίνδυνον] *In eandem expeditionem profecto.* vel: *ejusdem expeditionis ac periculorum socio.* Idem.

6 Ἀδίκως] Neglexit vertere interpres: *immerito, injuria.* Idem.

7 Ὡς ἀσεβῆ] Quod per hircum, canem, gallum, quercum juraret. Sed nota satis hæc sunt, nec indigent explanatore. At, ficubi pœnitentiæ locum habuit, ficubi fera licet in iræ locum successit, in hujus sanctissimi viri damnatione se totam ostendit. Non enim hæc tantum rescissa est, sed & illius damnati sunt ab Athenienſibus accusatores, ipsiusque imago aurea in templo collocata. Vide quæ Plutarchus in libello de odio & invidia, nec non Tertullianus in Apologetico. *Idem.*

1 Ἀ πο-

μὴ παλιγκοτῶσι νίκης ἐπὶ πρόδοσίᾳ τῇ Ἑλλάδος ὑποπτίας ἡγουμένης; μυρία γὰρ τὰ παραδείγματα. καὶ χαλεπὸν, τὰ πλεῖστα ἤδη γνώριμα. τί οὖν χρὴ ποιεῖν τὸν νῦν ἔχοντα, ἢ δρᾶτε; ἢ ἀληθείας ἀμφισβητοῦσι; ὥσπερ οἶμαι ἐκ Σειρήνων μύθου φυλάξαι, παραπλέοντα τὰς ἀληθείας ταύτας τῶν ἀκυμοφόρων ἡδονάς, καὶ [1] ἀποφράττειν τὰ ὦτα, καὶ μὴ ἀνέῳδον αὐτὰ ἀκαπήτοις ἀνοίγειν τοῖς πάθεσι προειλημμένοις, ἀλλ' ἐπισκήπτοντα ἀκριβῆ θυρωρὸν τὸν λογισμὸν ἅπασι τοῖς λεγομένοις, [2] τὰ μὲν ἄξια προσίεσθαι, καὶ παραβάλλεσθαι. τὰ φαῦλα δὲ ἀποκλείειν, καὶ ἀπωθεῖν. καὶ γὰρ ἂν εἴη γελοῖον, τὰ μὲν οἰκίας θυρωρὸς κωδυσίας, τὰ ὦτα δὲ, καὶ τὸν λόγον, ἀνεῳγμένα ἐᾶν. ἐπεὶδὰν τοίνυν τοιαῦτα

suspicione proditionis notatos? Sunt enim exempla innumera, & vulgo jam pleraque non ignota. Quid igitur faciet vir prudens, quum de virtute, aut veritate ambigitur? Sane quod Homerus in Sirenum fabula docet: quum jubet, ut pernicioſas haſce ſermonum voluptates prætereat, obturet aures, nec eas paſſim aperiat affectu præoccupatis: ſed ſedulo janitore adhibito, ratione nimirum, quæ delationes expendat, dignas quidem recipiat & admittat: malas vero excludat, & depellat. Ridiculum enim fuerit ædium janitores conſtituere, aures vero mentemque aperta ſinere. Quum igitur quiſpiam talia quæpiam tibi

1 Ἀποφράττειν τὰ ὦτα] Themiſtius Orat. III: Ἀποτειχίσαι ἂν αὐτὼ, καὶ ὀπαρυσίον τι ἀπίστου, ἰσχυρὸν ἐν ταῖς ἀκοαῖς οἰκοδομησαμένης τὸ φυλακτήριον ὅσῃ σώφρονι αὐτῆς ἀφροσύνας τὰς ἐπιζυμίας. καὶ μάλιστα μὲν ὀπαλιέειν σφρηδῶσαν, καὶ ἀπωθεῖσθαι· εἰ δ' ἄρα λάθῃ παρεισδῦσα, μήτοι καταχεύσειν εἰς διξάμβυρον, μηδ' ἐστὸς ἴχνι ἐγαζόμβυον, (Lego, ὑπηλυγαζόμβυον) ἀλλ' εἰς φανερὸν προάγειν, καὶ διελέγχειν· ὥφ' ἡδονῆσαν ἀιδίως, καὶ λυμζομένην, καὶ βαπαρίζουσαν, καὶ ἰὰ ἴχνσαν, ὅ, τι χρήσῃ. καὶ εἰ τῦτο ὑπομένειεν ἄπαξ, ἢ μήποτε σοχλήσῃ λοιπὸν, ἀλλ' ἀεὶ ἂν ὀπωπιοῖτο, ἀεὶ ἂν φροιμάλοι πλησίον εἶναι δ' αὐτῇ τῇ δοκούσῃ ἄδηκόν τι προσιόσῃ, καὶ τὸ θυρίον ἀμέτως ἀνέπαπαν, ὅτοι ἧκιστα ὀπολάβοι τῆ φιλανθρωπίας· ἐξίστανται γὰρ ὧν αὐτῆς, καὶ ἀδὲν διαφέρει τῆ μελλούσῃ, &c. *Obſtruendum igitur illi eſt, atque incredulitate prohibendus aditus, valida in auribus noſtris arce conſtructa, ut procul illius impetus arceantur. Atque ut maxime in ipſo acceſſu rejicienda ac propulſanda ſit, tamen ſi forte clam in interiora penetraverit, cave illam exceptam oculos, aut intra ades tuas admittere procures, ſed in apertum illico proſer, ac redargue. Videbis enim illam ſubita vertigine correptam, ac tergiverſantem, & verbis haſitantem, ac prorſus attonitam. Quod ſi ſemel perpeſſa fuerit, in poſterum moleſta eſſe deſinet, ſed ne tentabit quidem, nec propius accedet. Quicunque vero accedente illa ſtolidi atque inepti homines gaudent, benigneque ſuas illi fores aperiunt, fruſtum humanitatis ſua minime ferunt. de poteſtate enim ab ea dejiciuntur, ut nihil ab ea metuiſſe diſſideant, &c.* P. Syrus in mimis:

*Difficilem oportet aurem habere ad crimina.*

Nilus Epiſc. in Admonitionibus: Ἀσφαλίζου τὴν ἀκοὴν, καὶ τοὺς ὀφθαλμούς· δι' αὐτῶν γὰρ πάντα τὰ βέλη κακίας εἰσέρχεται. *Muni auditum & oculos: per ipſa enim omnia tela malitia ingrediuntur.* Tollius.

2 Τὰ μὲν ἄξια προσίεσθαι] Photius epiſt. 1. ſectione λή: ἴχε τὰ ὦτα τοῖς μὲν ἀδικηθεῖσιν ἀνεῳγμένα, θεὸς δὲ τοῖς τὸ ἀδίκημα ἐπαγομένοις ἡ παντοκράτωρ ὀπολακεύουσα. *Aures prabe patulas injuria affectis; clauſas contra ad efficientium injuria lenocinia, & probabiles inductiones.* Idem.

1 Αὖ-

τα πρωσίη τις λέγων, [1] αὐτὸ ἰφ' αὑτῷ [2] χρὴ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν, μήτε ἡλικίαν δ' λόγον ὁρᾶν, μήτε τ ἄλλον βίον, μήτε τ σὺ τοῖς λόγοις ἀγχίνοιαν. ὅσῳ γάρ τις ἀπειρότερος, τοσούτῳ ἐπιμελεστέρας δεῖται τ ἐξετάσεως. ὁ δὲ τοίνυν διαβολὴν ἀλλοτρίαν κρίνων, μᾶλλον ἢ μίσει δ' κατηγορεῖν, ἀλλ' ἑαυτῷ τὴν ἐξέτασιν φυλακτέον τ ἀληθείας, ἀποδιδόντα ἑκατέρῳ τ φθόνον, καὶ τὸ φανερὰ ποιησάμενον τ ἕλεγχον τ ἑκατέρου διανοίας, καὶ μισεῖν οὕτω, καὶ ἀγαπᾶν τ δεδικαιωμένον. πρὶν ἢ τοῦτο ποιῆσαι, καὶ τ πρώτης διαβολῆς κεκινημένον, Ἡρακλεῖς ὡς μειρακιῶδές, καὶ ταπεινὸν, καὶ πάντων ὑχ ἥκιστα ἄδικον

tibi dixerit: rem ipſam apud te perpendas, nec delatoris ætatem, nec mores, nec in dicendo ſolertiam ſpectes. Nam quo quis eſt diſertior, eo accuratiore diſquiſitione indiget. Ergo alterius judicio, imo potius accuſatoris odio, non eſt credendum: at veri examen ſibi ſervandum, tum calumniatori invidiam tribuendo, tum utriuſque mentis argumentum patefaciendo. Et ſic alterum odiſſe, alterum amplecti licet, quem probaveris. Sed priuſquam hoc factum ſit, prima calumnia commoveri, hercle quam puerilis, abjectique animi eſt, & à juſtitia ſemo-

1 Αὐτὸ ἰφ' αὑτῷ] Interpres, *rem ipſam apud te.* malim: *rem ipſam per ſe expendas.* Tollius.

2 Χρὴ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν] Phædrus fab. XI. lib. III:

*Quod ſi damnanda perſcrutatus crimina*
*Paterfamilias eſſet; ſi mendacium*
*Subtiliter limaſſet à radicibus,*
*Non everriſſet ſcelere funeſto domum.*
*Ergo exploranda veritas multum prius,*
*Quam ſtulta prave judicet ſententia.*

Et mox:

*Nil ſpernat auris, nec tamen credat ſtatim.*
*Quandoquidem & illi peccant, quos minime putes,*
*Et, qui non peccant, impugnantur fraudibus.*
*Hoc admonere ſimplices etiam poteſt,*
*Opinione alterius nequid ponderent.*
*Ambitio namque diſſidens mortalium*
*Aut gratia ſubſcribit, aut odio ſuo.*
*Erit ille notus, quem per te cognoveris.*

Sic Aratus ſenior Philippum Regem Maced. monet, μηδενὶ τ λεγομένων ἐξαυτῆς μηδ' ἀκρίτως μηδέποτε πιθέσθαι. ὅταν δὲ καθ' ἑκάστην τ φίλων ἢ συμμιγάδων προσαγορεύσεως τις αὐτῷ λόγος, τ ἀκριβέστερον ἐλέγχου ποιεῖσθαι, πρὶν ἢ δίκαιόν τ διαβολὴν καὶ ἀκούσαι τ ἀπολογίαν. Ne quicquam temere, aut inconſiderate eorum, qua audiverit, credat: tum vero quoties aut amici, aut ſocii accuſatio aliqua delata fuerit, diligentiſſime ut omnia prius inquirat, quam accuſationi fidem habeat. nam & regium hoc eſſe, & ad omnia conducibile. Polybius lib. IV. Juſtinus Martyr. Parænet. I. ad Græcos: Ἡ γὰρ τ χρημάτων ἀκριβὴς ἐξέτασις, ἢ τὰ δόξαντα καλῶς ἔχειν πολλάκις ἀλλοίτερα ἀπέφηνεν, ἀκριβεστέρα πείρα πάλαι βασανισθεῖσα. *Accurata namque rerum inquiſitio etiam ea, qua antea bene ſe habere videbantur, ſæpe aliter affecta eſſe oſtendit, accuratiore experimento veritate indagata, exploratague.* Idem.

1 Οὔ-

χην. ἀλλὰ τούτων ἁπάντων αἴτιον, [1] ἀφ' οὗ δ' ἀρχὴ ἔφηλψ, ἡ ἄγνοια, καὶ τὸ σὺν σκότῳ πᾶν εἶναι τῷ ἀφ' ὑτέρῳ. ὡς εἴγε ἦσάν τις λάσκιλλύψειν ἡμῶν τὰς βίβλους, οὐχοῖ ἂν φθάσασα εἰς τὸ βάραθρον ἡ διαβολή, χώραν οὐκ ἔχουσα, [2] ὡς ἂν περιφωλιασμένων τῷ πεπλασμένῳ ὑπὸ τῆ ἀληθείας.

semotissimi. At vero horum omnium causa una est ignorantia, tenebræque illæ, quibus cujusque mores obvolvuntur. Nam si Deorum quispiam animos nostros regeret, in barathrum aufugeret locum non inveniens Calumnia, utpote rebus à veritate illustratis.

1 Ἀφ' οὗ δ' ἀρχὴ ἔφηλψ] Hæc omissa sunt ab interprete. Id est, *ut in initio diximus.* Tollius.

2 Ὡς ἂν περιφωλιασμένων] Menti namque, (ut ait Cicero lib. 11. Academ. Qu. cap. 10.) *nihil est veritatis luce dulcius.* Idem.

---

## ΨΕΥΔΟΛΟΓΙΣΤΗΣ, Η ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠΟΦΡΑΔΟΣ.

## PSEVDOLOGISTA, SIVE DE APOPHRADE, HOC EST, DIE NEFASTO.

### ARGVMENTVM.

*Invectiva est in eum, à quo derisus fuerat, quòd Apophradis verbo usus esset, ipsumque diei atro comparasset. Continetur autem tota oratio duabus partibus, quarum priore ostendit, nomen Apophradis Græcum, & usitatum Græcis esse, & se rectè eo usum quoque esse, idque exemplis aliorum, qui similibus nominibus etiam alios nefarios ac detestabiles, probrosè appellarunt. In altera autem vitam & mores, & item sermonem ac dicendi genus illius insectatur, ostendens illum meritò ac dignè ista voce cognominari, ut pote atrum ac detestabilem, & ab aliis quoque similibus antea appellationibus eodem modo passim notatum, afficta etiam prosopopœia lingua, expostulantis cum illo super abusu, & fœdo ministerio, cui adhibeatur. Exordium longius paulò est ad attentionem ac docilitatem pertinens, captata interim & benevolentia instituto suo, ab exemplo Archilochi, qui se eodem modo ultus fuerit. Post Exordium Prosopopœia Elenchi ex Menandri prologis introducitur, qui argumentum rei & occasionem scripti hujus exponit. Titulus alter à materia de qua tractatur, alter ab ipsius, qui accusatur effectu sive opere sumptus est, quòd falso de voce Apophradis judicarat, eamque quasi peregrinam ac barbaram derisérat. Est enim λογίσης examinator, ἐξεταστὴς & κριτὴς seu δοκιμαστὴς, ut Hesichius indicat.*

At

[1] Ἀλλ' ὅπ μ ἠγνόεις τὄνομα τὡ Ἀποφράδα, πάνυ σαφὲς δῆλον. πῶς γὰρ ἂν ἠπῶ βάρβαρον εἶναί με τὡ φωνὡ ἐπ' αὐτῇ εἰπόντα ὑστέρᾳ σοῦ, ὡς ἀποφράδι ὁμοιον εἴης; ἢ γὰρ πρόπαν σε νὴ Δία μέμνημαι, εἰκάσας τῇ τοιαύτῃ ἡμέρᾳ, εἰμὴ ἐ παντάπασιν ἀνήκοον ἦδα ἢ ὀνόματος. ἐγὼ ἢ τὡ μ ἀποφράδι ὅ, τι ἐ βέλεται εἶναι, δηλῶσε μικρὸν ὕστερον. τὸ ἢ Ἀρχιλόχε ἐκεῖνο, ἤδη σοι λέγω, ὅπ [2] τέτιγα ἢ πτερῷ σωσείληφας, εἴωθε πὰ ποιητὡ ἰάμβων ἀκμὴς Ἀρχίλοχον, πάνυ σφοδρὸν τὸ ἦθος, ἄνδρα κρημνοῦ ἐλάττονα, καὶ παῤῥησίας σωφρονικῆς, μηδὲν ὀκνοῦντα ὀνειδίζειν, εἰ ἐ ὀπμάλιστα λυπήσειν ἔμελλε [3] τὰς ἀκροατὰς ἰσομοίρους [4] τῇ σχολῇ τ ἰάμβων αὐτοῦ. σκαιῶ τοίνυν ἀνδρὸς καὶ τοιούτων ἀκούσας κακῶν, τέτιγα ἔφη τ ἄνδρα εἰληφέναι ἢ πτερῷ, εἰκάζων ἑαυτὸν τῷ τέτιγι ὁ Ἀρχίλοχος, φύσει μ λάλῳ ὄντι, καὶ οὐδὲν πάνυ ἀνάγκης. ὁπόταν ἢ ἐ ἢ πτερῷ ληφθῇ, μεγαλόφωνον βοᾶται. καὶ σὺ δὴ ἔφη ὦ κακοδαίμων ἄνθρωπε, τί βωλόμενος, ποιητὡ λάλῳ παροξυνόμενος ἐπὶ σε-

[1] Ἀλλ' ὅπ] Scriptus in Polyeuctum Sophistam. L. Suidas in Ἀνόχῳ, & in ἀπολύδυτος. Marcil.

[2] *Apophradis*] Apophradis vocabulum in usu esse probat. Heniochus enim Comicus fabulam conscripsit, cui titulus est Ἀποφράς. i. dies inauspicatus. Olim vocabantur inauspicati, quibus publica non licebat agere.

Ἀνθρωπος Ἀποφράς ἐ βλέπων ἀπίσω. Cogn.

[3] Τέτιγα] Proverb. *Bourd.*

[4] Τὰς περιπτὰς] Περιπαθεῖς legendum videtur. *Menagius.*

[5] Τῇ σχολῇ τ ἰάμβων αὐτοῦ] Sic legit interpres & vertit. Melius certe vertisset *scholam*, non *ocium*. Sed licet non omnino absurdus sit sensus, qui è vulgata lectione elicitur, non dubito, quin Lucianus scripserit τῇ χολῇ, & sic vertendum esse, *qui in ejus Iamborum bilem inciderint.* Nam bilis amatitudo propria est Iamborum. *Palm.*

At quod [2] Apophradis nomen ignorabas, cuivis facilè patet. Quomodo enim accusares me ceu barbarum lingua, ob hoc quod de te dixi apophradi similem esse te? Nam mores tuos memini me cum tali die conferre, nisi prorsus ne audisses quidem nomen hoc. Ego verò ipsam quidem Apophradem, quid sibi velit, quidque significet, paulò pòst te docebo. In præsentia autem Archilochi illud tibi dico, quòd videlicet cicadam ala comprehendisti. Si modo poëtam Archilochum fuisse audisti, qui genere fuerit Parius, homo liber admodum, & dicax, neque convitari unquam veritus, etiamsi quam maximè molestus futurus esset iis, qui in jamborum ipsius otium incurrerent. Ille igitur cum malè à quopiam istorum audiisset, hominem ait alis cicadam comprehendisse: comparans seipsum cicadæ Archilochus, natura quidem strepero, ac nulla cogente necessitate, vocali: quoties autem etiam ala comprehenditur, altius quiddam stridenti. Tu quoque igitur, inquit, homo infœlix, quid tibi vis, qui poëtam loquacem contra te ipsum irri-

αὐτὸν, αἰτίας ζητῶν ἅμα, καὶ ὑποθήκης τοῖς ἰάμβοις, τοιοῦτόν σοι ἐν αὐτὸς ἀπειλῶ, εἰ μὴ τὸν Δία τὸν Ἀρχιλόχου εἰκάζων ἐμοιγε. πόθεν; πολλοῦ γε δεῖν. σοὶ δὲ μυρία συνειδὼς ἰάμβων ἄξια βεβιωμένα, ὡς ἂν μοι δοκεῖ, εἶτ' ἂν ὁ Ἀρχίλοχος αὐτὸς ἀφαιρεῖσθαι, πρὸς παροινικαλίσας τὸν Σιμωνίδην, καὶ τὸν Ἱππώνακτα συμπείθειν μετ' αὐτοῦ κἂν ἓν τι τῶν ὠφελούντων σοι κρακῶν. ὥστε σὺν παιδὸς ἀπόφρασις ἐν πύῃ βδελυρίᾳ, τὸν Ὀρθοδικίδην, καὶ τὸν Λυκάμβην, καὶ τὸν Βούπαλον, [1] τὰς ἐκείνων ἰάμβους. καὶ ἴσως θεῶν τις ἐπὶ χαλῷ ἀμαλῷ σοι τόπῳ τὸν γέλων ἐπὶ τῇ ἀποφροδὶ λεχθείσῃ, ὡς αὐτὸς φῇ, Σκυθῶν κεφαφανείσεως γήσιος, κημιδὴ ἀπαίδευτον ὄν, καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα, καὶ τὰ ἐν ποσὶ ἀγνοοῦν, δεῖν ἢ εὔλογον παρεῖναι τῷ σὺ λόγων ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ, ἐξὸν ἥδιον σε ἀκριβῶς εἰδότα, ἐ μηδὲν ὑποστελλόμενον, τὸ μὴ ἧκον πάντα ἐξεπιεῖν. μᾶλλον ἢ κηρύξαι ἂν ἀρτίως νύκτωρ ἐ μεθ' ἡμέραν τὸν ἐ νεῶ, ἐπὶ πολλοῖς τοῖς πρὶν ἐκείνοις. καὶ τοι μᾶλλον ἴσως, καὶ ἀφελοῦν, ἐ τὰ παιδείας νόμῳ παῤῥησιάζεσθαι ὡς σέ. ὅτι γὰρ ἂν αὐτὸς ποτε βελτίων γήσιος ὡς τῶν ἐπιλήσεσιν, εἰ μᾶλλον ἢ κηρύττεσθαι μετανοιδείη ἄν, μηκέτι τοιαῦτα κυλινδεῖν, ἅπαξ αὐτοῖς σιωπῆς γήσιος μᾶλλον, ὅτ' εἶναί πως νομίζω τὸν ἀνοσιοῦν ἐπὶ τὰ ὑπὸ σὺ τολμώμενα, καὶ ἃ χάρων ἄνθρωπος ἐς ἑαυτὸν πεπαινάνε φορσὰν & ſupervacaneum fuerit, erudiendi modo apud te dicendi libertate uti. Neque enim ipſe unquam melior futurus facilè es ex ea objurgatione, non magis quam ſcarabeus ſi monitus ſit, ut ne amplius in ſtercore ſe volutet, cui ſemel aſſueverit. Neque etiam quemquam eſſe arbitror, qui adhuc ignoret ea, quæ tu es aliquando auſus, quæque homo ætate jam confectus in te ipſum delin-

irritas, alioqui cauſas, & materiam ſuis jambis quærentem? Atque hæc tibi quoque nunc interminor, haud equidem per Iovem me ipſum cum Archilocho conferens: unde enim hoc poſſem, ut qui longè adeò inferior illi ſim? ſed quòd tibi conſcius ſim, innumera quædam jambis digna, abs te in vita perpetrata eſſe: ad quæ mihi videtur ne ipſe quidem Archilochus ſufficere, aſſumpto etiam Simonide, & Hipponacte, ut vel unum aliquod eorum, quæ in te ſunt, malorum deſcribant. Adeo ceu pueros quoſdam tecum collatos, malitia ſuperaſti & Orodœcidem, & Lycambem, & Bupalum, quibus jambos ille ſuos conſumit. Atque adeò videtur Deus quiſpiam riſum iſtum tunc tuis immiſiſſe labiis, quando Apophradis hujus mentio eſt facta: quo manifeſtius quam in Scythis fieret, & indoctum eſſe te magnopere, & communia hæc, atque ante pedes poſita ignorare: principium autem commodum orationis contra te inſtituendæ, ſuppeditares homini libero, teque familiariter, idque exactè noſcenti, nihilque veriturо quominus omnia foras eloquatur, imò verò proclamet quæcunque etiam nunc poſt multa illa ſuperiora noctu & interdiu agis. At

[1] Τὰς ἐκείνων ἰάμβους] Id eſt, jamborum illorum cauſam: qui malitiâ ſuâ jambos illorum provocarunt. *Les ſujets de leurs iambes.* Menagius.

καλοῦμεν ἢ, [1] τὸν ἐπιβουλὸν ἀγνοοῦντα. ὥσπερ γὰρ ἐν νυκτὶ πόλεως ἁλώσεως, καθεύδοντες οἱ διαβαλλόμενοι φονεύονται, καὶ τὰ πάντων οἰκεῖα, ὁ μὲν οὐκ εἰδὼς τὰ γεγενημένα, προσέρχεται τῷ φίλῳ φαιδρὸς, ἄττι μηδὲν φαῦλον ἑαυτῷ συνειδότι· καὶ τὰ σωθῆναι λέγει, καὶ ποιεῖ, πανὺ πρόσω ὁ ἄθλιος συνδρομῆς. ὁ δὲ, ὡς μὲν ἔχει τι γνησιαίτερον, καὶ ἐλεύθερον, καὶ παῤῥησιαστικὸν, οὕτως [2] ἐξέῤῥηξε τὴν ὀργὴν, καὶ τὸ θυμὸν ἐξήνεγκε. καὶ τέλος, τὴν ἀπλοΐαν προαισθόμενος, ἔγνω μισοῦντα καὶ φίλον παρωξυμμένον. ὡς δὲ ἀμβλυώτερος, καὶ παχυτέρους, προσίεται μὲν, καὶ προσμεδιᾷ [3] τοῖς χείλεσιν ἄκροις, μισεῖ δὲ, καὶ λάθρᾳ τοὺς ὀδόντας διαπρίει. καὶ [4] ὡς ὁ ποιητὴς φησι, [5] βυσσοδομεύει τὴν

vero accusatur, insidiarum est ignarus. Nam haud aliter qui deferuntur, atque qui captis urbibus pereunt, dormientes trucidantur. Et quod est omnium maxime miserabile, hic rerum actarum nescius, amicum hilari vultu adit, ut nullius mali sibi conscius, & consueta dicit, facitque, insidiis omnifariam miser obsessus. Tum ille, si homo ingenuus est, & liber, ac confidens, iram illico rumpit, animumque effundit: denique prævisa defensione, agnoscit se adversus amicum absre tuisse exacerbatum. Sin autem ignaviore est, & abjectiore animo, admittit quidem, summissque labiis arridet: verum odit, & clám dentibus frendet: ac, ut inquit Poëta, iram in animo molitur. Quo

Hic autem lubens legam; ἡδὺ πάντες πρὸς τὰς λαθρηδὸν λοιδορίας, καὶ μ. ὑπερδιαβολάς. Tollius.

1 Τὸν ἐπιβουλὸν ἀγνοοῦντα] Egregie Cicero Verrina 11. cap. 14: *Eum qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis: hoc vero occultum, intestinum, ac domesticum malum non modo non existit, verum etiam opprimit, antequam perspicere atque explorare potueris.* Facete Hispani,

*Del agua mansa me guarde Dios, que*
*de la brava me guardaré.*

Id est,

*A flumine leni ac placido me Deus tutum præstet:*
*A torrente facile me ipse tutabor.* Idem.

2 Ἐξέῤῥηξε τὴν ὀργὴν] Seneca de Ira l. 11. cap. 29: *Quid est inquies, quam secreto credere, palam irasci?* Idem.

3 Τοῖς χείλεσιν ἄκροις] Hoc est, non ex animo. Sic *summis labiis bospitem invitare*, dixit Hieronymus. noster autem, ἀπ' ἄκρων χειλέων φιλοσοφεῖν, in Apologia & in Dialog. Meretr. ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους ἔχειν. plura Erasm. in Adagiis. Idem.

4 Ὡς ὁ ποιητὴς φησι] Homerus Odyss. ρ.

Ἐσθλὰ μὲν ἀγορεύοντες, κακὰ δ' φρεσὶ βυσσοδομεύων.

*Bona prædicantes, mala autem in pectoribus occultabant loquentes.*

& Odyss. θ. in adult. Martis & Ven. de Vulcano: κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων. Est & apud Hesiodum, δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων. *Dolum mente occultens.* Hesychius: βυσσοδομεύει, ἐνθυμεῖται, μηχανᾶται, ἀποκρυπτομένως βουλεύεται, ἐκ τοῦ βάθους. Noster in Philopatride; μύχιον δὲ βυσσοδομεύεις, ἄνω δὲ κρότου περιπολῶν, κεφαλὴν φέρουσι ποικίλῃ. Idem.

5 Βυσσοδομεύει τὴν ὀργὴν] Namque, ut in Medea Seneca,

*Ira quæ tegitur, nocet*
*Professa perdunt odia vindictæ locum.* Idem.

1 Ἀ'δι-

ἀρχήν. ἢ δὴ ἐγὼ ἔδὴν οἵμην [1] ἀδικώτερον, ἢ δὴ θηλοπρεπέστερον, [2] σὺν δακόντα τὸ χεῖλος, ὑποτρίφειν τὸν χολὸν, καὶ τὸ μῖσος ἐν αὐτῷ κατακλείειν αὖξειν, [3] ἕτερα μὲν κεύθονθ' ἃ σὺν φρεσὶν, ἄλλα δ' λέγοντα. [4] καὶ ὑποκινούμενον [5] ἱλαρὸν ἐς κωμικὸν πρόσωπον, μύθῳ τραγικὸν πάθη, καὶ μίμοσιν τραγῳδίαν. [6] Μάλιστα δ' τοῦτο πάσχουσιν, [7] ὑπιδὼν πάλαι φίλος ὁ συδιαβάλλων δικὼν εἶναι τῷ συδιαβαλλομένῳ, ποιῆται

Quo utique homine nihil putem injustius, nihil servilius, qui admorso labro bilem intus alit, odiumque intra se conceptum auget, dum aliud in mente occulit, aliud in ore habet, & plenam affectibus tragœdiam in se commovet. Tuncque potissimum hoc faciunt, quum simile facit delator, qui delati olim amicus videtur

1 Ἀδικώτερον] Cæcilius apud A. Gellium lib. xv. cap. 9:

*Nam is sunt inimici pessimi, fronte hilaro,*
*Corde tristi: quos neque ut apprehendas, neque ut mittas, scias.* Tollius.

2 Ἐνδακόντα τὸ χεῖλος] More indignantium. Vide Erasm. in Adag. *Mordere Labium.* Idem.

3 Ἕτερα μὲν κεύθοντα] Achillis verba sunt apud Homerum Iliad. 1:

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
Ὅστις χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζῃ.
*Ille mihi invisus, non secus ac inferni porta,*
*Qui aliud in animo versat, aliud autem loquitur.*

Hinc Phocylides:

Μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἀλλ' ἀγορεύειν.
*Neque aliam occultes in corde sententiam, alia proloquens.*

Et tamen, ut P. Syrus ait:

*Homo semper in os fert aliud, aliud cogitat.* Idem.

4 Καὶ ὑποκινούμενον] Non cepit hæc interpres. Repone igitur; *& hilari mimicoque vultu tristia & tragica consilia versat.* Lege autem cum Cel. Græviο; ὑποκρινόμενον. mox lego: κακῶν γίμοσιν. Valer. Flaccus:

*Fingit placidis fera pectora dictis.* Idem.

5 Ἱλαρὸν δ' ἐς κωμικὸ] Claudianus in 1. Cons. Stiliconis lib. II. v. 34:

*Invisos odisse palam; non virus in alto*
*Condere; non' latam speciem pratendere fraudi:*
*Sed certum mentique parem componere vultum.* Idem.

6 Μάλιστα δ' τοῦτο πάσχουσιν] Verte: *Hoc autem tum illis maxime evenit, cum hic, qui calumniam struit, illi, quo calumnia appetitur, antehac amicus esse visus eodem modo facit.* Idem.

7 Ἐπιδὼν πάλαι φίλ@] Palladas lib. 1. Anthol. cap. 42:

Οὐχ ἕτω βλαπτει μισῶν ὁ λέγων ἀναφανδόν,
Πάντας ὁ δ' καθαρὸν φυλάττων φιλίαν.
Τὸν μὲν γὰρ μισοῦντα προσιδόντες ἐκτρεπόμεθα.
Τὸν δ' λέγοντα φιλεῖν ὑ προσφυλακτόμεθα.
Ἐχθρὸν ἐγὼ κεῖνον κρίνω βαρὺν, ὃς ποτε λάθρᾳ
Τλῶ δηὐ φιλίης κύριον ἔχων ἀδικεῖ.
*Non ita nocet, qui odium suum profert,*
*Atque ille, qui sinceram simulat amicitiam.*
*Nam inimicum prascientes evitamus.*
*At ab eo, qui se amicum profitetur, nobis non cavemus.*
*Illum ego gravem judico inimicum, qui clanculum*
*Per amicitia fidem injuriam facit.* Idem.

ὁμοίως. [1] τότε γὰρ ἔτι φοβοῦ ἀκούειν ἐπ᾽ ἴσης τὸ διαβαλλομένου, ἢ τὸ ὁμολογημένου, τὸ ἀξιόπιστον τῆς κατηγορίας ὡς τῆς πάλαι δοκούσης φιλίας πρόσοψιν φόβος. εἰδὲ τοῦτο λογίζονται, ὅτι πολλαὶ πολλάκις ἐν τοῖς φιλτάτοις μίσους ὑποβολαὶ γεγόνασιν αἰτίαι, τὰς ἄλλας λανθανούσας. καὶ σύνοιδε οἷς [2] αὐτός τις ὢν ἔχθρὸς ἦν, ταῦτα φθάσας κατηγόρησε τῶν πλησίον, συκοφαντῶν ὅτι πειρώμενος τῶν διαβολῶν. καὶ ὅλως, ἐχθρὸν μὲ οὐδεὶς ἂν τολμήσειε διαβάλλειν. ἄπιστος γὰρ αὐτὸν ἡ κατηγορία, πρόδηλον ἔχουσα τῷ αἰτίαν. τοῖς δοκοῦσι δ᾽ μάλιστα φίλοις ἐπιχαιρῶσι, [3] τῷ πρὸς τὰς ἀκούσας εὐνοίας ἀμφίλογον ἀφαιρεῖσθαι, ὅτι [4] ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ συμφέρεται δεῖ

tur fuisse. Tunc enim ne vocem quidem delati, tantum abest ut defensionem audire velint: tantum fidei calumniæ facit, præconcepta illa de veteri ipsorum amicitia opinio: cum non reputent inter amicissimos clam aliis non raro multas simultatum causas intercedere: interdum etiam eum, quorum ipse reus est, socium infimulare, dum sic antevertendo, calumniam nititur evitare: denique neminem audere inimico calumnias instruere. Nam ei accusationi non habetur fides, cujus manifesta est causa: verum eos, qui videntur amici, potissimum aggrediuntur, optantes suam erga auditores benevolentiam indicare, quod in ipsorum commoda neque familiarissimis

1 Τότε γὰρ ἔτι φοβοῦ] Seneca de Ira lib. 1. cap. 7: *Commota enim semel & concussa mens ei servit, à quo impellitur.* Tollius.

2 Αὐτός τις ὢν ἔχθρὸς] Sic apud Senecam in Hippolyto v. 720:

*Regeramus ipsi crimen, atque ultro impiam*
*Venerem arguamus. Scelere vincendum est scelus.*
*Tutissimum est inferre, cum timeas, gradum.*

Ita & Antoninus Caracalla, quum Getam fratrem obtruncâsset, per totam regiam currens, clamabat μεγάλην εὐεργεσίαν ἐπεφοιτηκέναι, μόλις τὸν σωθῆναι. *Magnum se effugisse periculum, vixque evasisse incolumem*, parricidio immanem superaddens calumniam, ut est apud Herodianum lib. IV. cap. 4. Sic Iugurtha, cum Hiempsalem interfici curasset, & Atherbalem bello invasisset, scelere velabat scelus, mentitus, *Hiempsalem ob savitiam suam ab Numidis interfectum: Atherbalem ultro bellum inferentem, postquam superatus sit, queri, quod injuriam facere nequisset*; teste Sallustio cap. XV. belli Iugurth. *Idem.*

γῆς ἀοίκητον, καὶ εἴ πως Ἀντίποδες ἡμῖν οἰκοῦσι, τὸν τόπον τῆς γῆς ἡμίσφαιρον ἔχοντες. ἔτι δὲ ἀστέρων φύσιν, καὶ σελήνης, καὶ αὐτοῦ ἡλίου, ῥᾳδίως ἂν ἔγνων, ἀπαθὴς ὢν τοῦ πυρός. καὶ τὸ πάντων ἥδιστον, αὐδημερὸν ἀσπάσασθαι εἰς Βαβυλῶνα τίς εἰσέσται Ὀλύμπια. καὶ ἀριστήσαιμι, εἰ τύχοιμι ἐν Συρίᾳ, διαπραξάμενος ὁ Ἰταλός. εἰ δέ τις ἐχθρὸς εἴη, ἀμυνοίμην δὲ τοῦτον ἐν ἀφανεῖ, πίτνων ἐμβαλόντα τῇ κεφαλῇ, ὡς ἐπιτετρίφθαι τὸ κρανίον. τίς τε αὖ φίλος, εὖ ποιεῖν, ἐπιχέοντα ἡδυμαθέως αὐτοῖς τὸ χρυσίον. καὶ μὴν εἴ τις ὑπερόπτης εἴη, ἢ τύραννος πλούσιος ὕβρεσης, ἀφεμένῳ αὐτὸν ὅσον ἐπὶ σταδίοις εἴκοσιν, ἀφῆκα φέρεσθαι κατὰ κρημνῶν. τοῖς παιδικοῖς δ' ὁμιλεῖν ἀκωλύτως ἂν ἔξῃ, εἰσίοντα ἀθίκτως, ἡμιμέτοπα ἅπαντας, ἀνδρὸς σκέπτου μόνου. οἷον δ' κακεῖνο λῷ, τὰς πολεμίδας ἐπισκοπεῖν ἔξω βέλους ὑπερασπιζόμενον. καὶ εἰ δόξειέ μοι, προθέμενον ἂν τοῖς ἐπημένοις, ἡμίσεας τὰς κραταιάς, νικᾶν παρεῖχον τοῖς φεύγουσιν, ἀναφρίψασιν ἀπὸ τροπῆς. καὶ τὸ ὅλον, παιδιὰν ἐποιούμην ἂν τὸν ἀνθρώπειον βίον, ὃ πάντα ἐμοὶ ἦν, ὃ γὰς ἐδόκουν τοῖς ἄλλοις. τοῦτο ἡ ἄκρα εὐδαιμονία ἐστὶ, μήτε ἀπολέσθαι, μήτε ἐπιβουλευθῆναι ἐνταῦθα. καὶ μάλιστα μὲν ὑγιαίνοντα ἐν ἀκμῇ τοῦ βίου. τί ἂν αὐτιάσαιο ὦ Λυκῖνε τὸν ὄγκον; Λυ. οὐδὲν ὦ Τιμόλαε. οὐδὲ γὰρ ἀσφαλὲς ἀκωλύτως ἀνδρὶ πτηνῷ, ὃ ὑπὲρ μυελὸς τῶν ὀχυῶ. τάχα δὲ καὶ ἐκεῖνο ἐρήσεται, εἴ τινα ἄλλον εἶδες ἐν τοσούτοις ἔθνεσιν, ὅστις ὑπερίπτης, γέροντα ἤδη ἄνδρα, ὕτω ἀφηκεπηκότα τὴν

est inhabitabile: & siqui Antipodes ex adverso habitant, australem terræ partem dimidiam tenentes. Præterea stellarum, lunæ, ipsiusque solis naturam facilè nossem, ut qui ab igne lædi non possem. Et quod omnium suavissimum fuerit, eodem die Babylonem delatus annuntiare possem, quis Olympia vicisset: & si fortè in Syria pransus essem, cœnare in Italia: & siquis mihi foret inimicus, istum ex occulto ulcisci, injecto in caput saxo, ita ut ipsi calvaria comminueretur: amicis contrà benefacere, aurum dormientibus ipsis effundendo. Quin siquis superbus foret, aut tyrannus, dives contumeliosus, sublatum ipsum ad stadia viginti, per præcipitia supernè dejicerem. Cum pusionibus autem, nemine prohibente conversari mihi liceret, cùm videri non possem ingressus, omnesque solis illis exceptis sopirem. Quale verò etiam illud foret, quòd belligerantes tutò spectare possem, extra teli jactum in altum sublatus? Et si videretur, adjungendo me victis, & sopiendo victores, fugientibus ex fuga reversis victoriam præberem. In summa, ludum quendam facerem vitam humanam, omniaque mea forent, Deusque cæteris viderer. Atque hæc summa fœlicitas est, quæ neque perire, neque insidiis peti potest: & maximè cum sanitate per longam ætatem. Quid igitur est, Lycine, quod in hoc voto culpare queas? *Lyc.* Nihil Timolaë: neque enim tutum fuerit adversari alato viro, & qui robore decem hominum millia superat. Verumtamen illud interrogabo te, ecquem alium videris inter tot gentes, quas volando oberrasti, virum jam senem mente à statu suo ita dimota, qui exiguo

γνώμλω, ἐπὶ δακτυλίῳ μικρῷ ὀχυ-
μῶσον, ὅρη ὅλα κινεῖν ἄκρου τοῦ δα-
κτύλου δυνάμενον, ἐπίφθονον πᾶσι,
καὶ παῦπα, φαλακρὸν ὄντα, καὶ τὴν
ῥῖνα σιμόν. ἀπόκρινά μοι ὃ τόδε.
τί δή ποτε οὐχ εἷς δακτύλιος ἅπαντα ταῦτα δυνατόν σοι, ἀλλὰ τοσούτοις ἐξεμμένος βαδίζῃ, τὴν ἀριστερὰν προφερισμένος καὶ δάκτυλον ἕνα. μᾶλλον ἢ ὑστεροπαὴς ὁ ἀριθμὸς, καὶ δεήσῃ ὃ τὴν δεξιὰν συνεπιλαβεῖν. καίτοι ἐνὸς ἂν ἀνεχόμενός σε ἀφεστῶτος, ὃς ἀφελήμενόν σε, παύσας μωραίνοντα, τὴν πολλὴν ταύτην κόρυζαν ἀπόξυσας. ἢ τοῦτο μὲν ὁ ἐλλέβορος ἰκανὸς ποιῆσαι, ζωμότερος πολύς. Τι. ἀλλὰ πάντως ὦ Λυκῖνε, καὶ αὐτὸς εὔξῃ τί ἤδη ποτὲ, ὡς ἂν μάθωμεν οἷα αἰτήσεις ἀνεπίληπτα, καὶ ἀνέγκλητα, ὁ συνοφαντῶν τὰς ἄλλας. Λυ. ἀλλ' ὁ δέομαι οὐχὶ ἐγώ. ἥκομεν γὰρ ἤδη πρὸς τὸ Δίπυλον. καὶ ὁ βέλτιστος ἡμῖν Σάμιππος, ἀμφὶ Βαβυλῶνα μονομαχῶν. καὶ σὺ ὦ Τιμόλαε, ἀρίστων μὲν ἐν Συρίᾳ, δειπνῶν δ' ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ τοῖς ἐμοὶ ἐπιβάλλουσι σταδίοις κεπτρεήσασθε, κἀλῶς ποιοῦντες, ἄλλως τε, οὐκ ἂν δεξαίμην πλουτήσας ἐπ' ὀλίγον, ὑπολιμίου τινὰ πλοῦτον ἀναζῆσαι, μετ' ὀλίγον ψαλλιῶ τὴν μάζαν ἐσθίων, οἷα ὑμεῖς πείσεσθε μετ' ὀλίγον, ἐπιδὰν ἡ σὺ δαιμονία μὴ ὑμῖν, καὶ ὁ πολὺς πλοῦτος οἰχήτω ἀπαξάμενος, αὖτις δ' ἡσθέντες ἀπὸ τῆ θησαυρῶν τε, καὶ διαδημάτων, ὥσπερ ἐξ ἡδέος ὀνείρατος ἀνερόμενοι, ἀνόμοια τὰ ἐπὶ τῆ οἰκίας εὑρήσετε, ὥσπερ οἱ τὰς βασιλέως ὑποκρινόμενοι τραγῳδοὶ ἐξελθόντες ἀπὸ τῆ θεάτρου, λιμώττοντες οἱ πολλοί. καὶ ταῦτα, πρὸ ὀλίγου Ἀγαμέμνονες ὄντες, ἢ Κρέοντες. λυπήσεσθε δ' ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ

annulo vectus, totos montes digito movere potuerit, amabilem omnibus, idque cùm calvus esset, simoque naso. At vero etiam hoc responde mihi: cur tandem unus annulus omnia ista tibi præstare non possit: sed tam multis revinctus incedes, sinistra per singulos digitos gravata. Imò verò excedit numerus, & necesse erit etiam dextram oneri ferendo succedere. Atqui unus, isque maximè necessarius deest, qui obductus, te à stultitia cohibeat, multo hoc fastu detersa: alioqui helleborus meracior hausta, hoc efficere potest. *Tim.* At omnino Lycine, tu quoque jam tandem aliquid optabis, quo discamus qualia sis postulaturus, quæ videlicet reprehendi & culpari nequeant tu qui alios refellis. *Lyc.* At ego voto non opus habeo. Iam enim Dipylum pervenimus: & optimus hic Samippus, dum circa Babylonem singulari prælio dimicat: & tu Timolaë, dum in Syria quidem prandes, in Italia autem cœnas, etiam ea stadia, quæ ad me pertinebant, absumpsistis, rectè sanè facientes: præsertim cùm non probem in breve tempus diteſcere, & subventaneam opulentiam dolendo, postmodum tenuem mazam comedere: quod vobis non multò pòst accidet, postquam hæc fœlicitas, magnæque divitiæ vobis relictis avolarint: ipsi autem digressi à thesauris & diadematibus istis, tanquam ex suavissimo aliquo somnio excitati, domi dissimilia omnia inveneritis, perinde ut histriones, regum personas agentes, quorum plerique ex theatro regredientes, fame conficiuntur: idque cùm paulò antè Agamemnones, aut Creontes fuerint. Mœrore igitur afficiemini, ut

δυσχέρεια ἔσεσθε τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας. καὶ μάλιστα σὺ ὦ Τιμόλαε, ὁπόταν δέῃ σε τὸ αὐτὸ παθεῖν τῷ Ἰκάρῳ, τὰ πτερώσεως λελυθείσης, καζακρεμάσθαι οὐ τῷ ὄρανῷ, χαμαὶ βαδίζειν, ἀπολέσαντα τοὺς δακτυλίους ἐκείνους, ἅπαντας ἀποῤῥύεντας, τῶν δακτύλων. ἐμοὶ γὰρ τοῦτο ἱκανὸν, ἀντὶ πάντων θησαυρῶν, καὶ Βαβυλῶνος αὐτῆς, τὸ γελάσαι μάλα ἡδέως ἐφ' οἷς ὑμεῖς ηὐήσασθε, τοιούτοις ὄσι, καὶ ταῦτα, φιλοσοφίαν ἐπαινέντες.

ut consentaneum est, vobisque res domesticæ displicebunt: & maximè tibi Timolaë, quando necesse tibi erit idem pati, quod Icarus olim, ut dissolutis alis de cœlo delapsus humi incedas, amissis illis annulis, qui de digitis ultro effluxerint. Mihi autem hoc sat erit, ut pro thesauris omnibus, ipsaque Babylone, suaviter admodum rideam ea quæ optastis, tam præclara scilicet: idque cùm ipsi Philosophiam laudetis.

---

## ΕΤΑΙΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

## DIALOGI MERETRICII.

### ΑRGVMENTVM.

*Vt in superioribus dialogis, brevioribus quidem illis, Lucianus, tum superorum, tum inferorum res irridet, sumpta, ut videtur, occasione partim ex Homero, & cæteris epicis, partim ex Tragœdiarum quoque scriptoribus, ita in hisce meretricum colloquiis, mulierum quoque vitia, amores, variamque lasciviam persequitur, idque accepta ejus rei occasione, atque materia ex Menandro, & ejus ætatis comœdiis. Eadem enim & illic argumenta tractata esse, ex Latinorum, Terentii ac Plauti conversionibus conjecturam facere licet.*

## ΓΛΥΚΕΡΑ, ΚΑΙ ΘΑΙΣ.

## GLYCERA ET THAIS.

### ΓΛΥΚΕΡΑ.

Τὸν τραλιώτην Θαὶ τὸν ἀκρατῆνα, ὃς πάλαι μὲ Ἀβρότονον εἶχε, μὴ ταῦτα γὰρ ἠρόμθη ἐμοῦ, τὸν πορφυροῦν λέγω, τὸν ἐν τῇ χλαμύδι, οἶσθα αὐτὸν, ἢ ἐπιλέλησαι τὸν ἄνθρωπον; Θα. οἶδα, ἀλλὰ οἶδα ὦ Γλυκέριον, καὶ

### GLYCERA.

Militem istum Thai, Acarnanem, qui quondam Abrotonum habebat, postea verò me amavit, purpuratum istum dico, nosti-ne ipsum, an oblita es hominis? *Th.* Quidni nossem Glycerium: cùm

σωίπτις μεθ' ὑμῶν πέρσιν [1] ἐν τοῖς ἀλῴοις. τί δ' ἔστι; ἐοίκεις γάρ τι καὶ αὐτὸς διηγεῖσθαι. Γλ. Γοργόνα αὐτὸν ἡ παμπόνηρος φίλη δοκοῦσα εἶναι, ἀπέσπασεν ἀπ' ἐμοῦ ὑπαγαγοῦσα. Θα. καὶ νῦν σοὶ μὲν οὐκέτι ξυνέστιν, Γοργόνας δὲ ἑταίραν πεποίηται; Γλ. ναὶ ὦ Θαΐ, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐ μετρίως με ἤνιαται. Θα. ποσηρὸν μὲν ὦ Γλυκέριον, οὐκ ἀδύνητον δέ, ἀλλὰ εἰωθός γίγνεσθαι ὑφ' ἡμῶν τῶν ἑταιρῶν. ὅκνει χρὴ ὅτι ἀνιᾶσθαι ἄρα, ὅτι μεμφίσθη τῇ Γοργόνῃ. οὐδὲ γὰρ σὲ Ἀβρότονον ἐπ' αὐτῇ πρότερον ἐμέμψατο. καίτοι φίλαι ἦτε. ἀπορῶ σκέψασθαι, τί ἐπήνεσεν αὐτῆς ὁ φαλακρὸς ἐκεῖνος, ὃς τοὺς εἰ μὴ παντάπασι τυφλοὺς ἐᾷ. ὃς οὐκ ἐωρᾷ, τὰς μὲ τρίχας αὐτῷ δρᾶκας ἔχουσα, καὶ ἐπικολλῶσα μετώπου ἀπημβλυμένας. τὰ χείλη δέ, πελιδνὰ, καὶ νεκρικὰ, καὶ τραχήλου λεπτοῦ, ἐπίσημοι δὲ αὐτῷ αἱ φλέβες, ἐν ἧς μόνον, σμικρὰς ἐστὶ, καὶ ὀρθὴ, ἐν μεσοδερμίῳ πάνυ ἐπαγωγόν. Γλ. οἶσθ' γὰρ ὦ Θαΐ τῷ κεφαλῇ πρᾶξαι τὴν Ἀκαρνᾶνα; οὐκ οἶσθα ὡς φαρμακὶς ἡ Χρυσάριον ἡ μήτηρ αὐτῆς, Θεσσαλάς τινας οἶδας ἐπιστεμμένη, καὶ τῷ σιλλύβῳ καθέλκουσα; φασὶ δ' αὐτῷ ἐν πίτνοθαι τὴν νυκτός. ἐκείνη ἐξέμηνε τὴν ἄνθρωπον, πιεῖν τὸ φάρμακον ἐγχέασα. καὶ νῦν τρυγῶσιν αὐτόν. Θα. καὶ σὺ ὦ Γλυκέριον, ἄλλον τρυγήσεις. τοῦτον δέ, χαίρειν ἔα.

anno ſuperiore vobiſcum in feſtis arvalibus potarit. Sed quid iſtud? Videris enim neſcio quid de illo narratura eſſe. *Gl.* Gorgona ipſum, ſceleſtiſſima iſta, quæ amica mea videbatur, ſubductum à me abſtraxit. *Th.* Et nunc ille tecum non amplius converſatur, ſed Gorgonam amicam aſcivit? *Gl.* Iſta eſt, Thai, nec me res hæc mediocriter afficit. *Th.* Malum quidem hoc eſt, Glycerium, non tamen inopinatum, ſed à nobis meretricibus fieri ſolitum. Proinde neque nimis mœrendum, neque de Gorgona conquerendum. Neque enim Abrotonum tibi priùs ob hoc ſuccenſuit: quanquam amicæ inter vos eratis. Sed illud miror, quidnam adeò laudet in ea miles iſte: niſi omnino cæcus eſt, qui non viderit illam raro, & in multam frontem deducto eſſe capillitio: deinde lividis, emortuiſque labiis, exili collo, & extantibus in eo venis, longoque naſo. Vnum ſolum habet, quòd procera eſt, & recta, ridetque illecebroſum admodum. *Gl.* An tu putas, Thai, Acarnanem illam formæ cauſa amaſſe? An neſcis, quòd venefica eſt Chryſarium, mater illius, quæ Theſſalas quaſdam incantationes callet, ac lunam deducit? Aiunt autem ipſam etiam volare noctu. Illa in inſaniam vertit hominem, ei temperato quod biberet, & nunc ipſum vindemiant. *Th.* Tu quoque Glycerium, alium vindemiabis: iſtum autem valere ſinas.

1 Ἐν τοῖς Ἀλῴοις] Ἄλωα Feſtum Athenienſium agricolarum dictum quod in areis hac die convivium perſonabat ἑορτὴ Ἀθήνησι μυστήριον περιέχουσα Δήμητρος. Tangit dial. Meretr. Mat. & Muſar. Cætera hujus Dialogi diligenter expoſui ad Petron. *Bourd.*

MYR-

## ΜΥΡΤΙΟΝ, ΠΑΜΦΙΛΟΣ, ΚΑΙ ΔΩΡΙΣ.

## MYRTIVM, PAMPHILVS, ET DORIS.

### MYRTION.

Γαμεῖς ὦ Πάμφιλε τὴν Φίλωνος τοῦ ναυκλήρου θυγατέρα. καὶ ἤδη σε γαμμμηκέναι φασίν. οἱ τοσοῦτοι ὁ ὅρκος ὡς ἄμοσας, καὶ τὰ δάκρυα! [1] ἐν ἡμέρᾳ πάντα οἴχεται, ἐπιλέλησαι Μυρτίου τοῦ. καὶ ταῦτα ὦ Πάμφιλε, ὀπότε κύω μῆνα ὄγδοον ἤδη. τοῦτο γὰρ ἐμὸν μόνον ἐπεμέλου σὺ ἔρωτος ὅτι μοι τηλικαύτην ἐπιθήκας, τὴν γαστέρα, καὶ μεγαλοπρεπῆ παιδοτροφεῖν δήσας. πρᾶγμα ἑταίρᾳ βαρύτατον. οὐ γὰρ ἐάσω τὸ πρᾶγμα, κἂν μάλιστα οἱ ἄρρεν γλύκιον ᾖ, ἀλλὰ Πάμφιλον ὀνομάσασα, ἐγὼ μὲν ἕξω φίλτατον καὶ ἐρασταῖον. σοὶ δ' ὀνειδεῖ ποτε ἐπεισελθὼν ἐκεῖνος, ὡς ἄπιστος γύναιον ἐστὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτὸς μητέρα. γαμεῖς δ' οὐ κακῶς παρθένον. εἰδὼς γὰρ αὐτὴν ἔναγχος ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις μὴ τὸ μητρὸς, ἐξέπιε εἰδέναι ὅπου δ' αὐτὴν σὺν ἔπαθον Πάμφιλον. καὶ σὺ δ' ἂν ἐπιτρέψειας αὐτῷ. καὶ τὸ ἐπίσωπον, ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἴδῃ, μή σε ἀνιάτου, εἰ πάνυ γλαυκοὺς ἔχει αὐτούς, μηδ' ὅτι ἀμφοφοί εἰσι, καὶ ἐς ἀλλήλους ὁρῶσι. μᾶλλον δ' τὴν Φίλαινα ἐώρακας τὸν πατέρα τὴν νύμφης. τὸ ἐπίσωπον αὐτῇ οἶσθα. ὥστε ἐδὲν ἔτι δεῖσαι τὴν θυγατέρα ἰδεῖν. Πα. ἔπου σε λαβέσθαι ὦ Μύρτιον, ἀκόσμως, παρθένου

### MYRTIVM.

Ducisne uxorem, Pamphile, Philonis naucleri filiam? imò jam duxisse te aiunt. Tot autem juramenta quæ præstitisti, & lachrymæ illæ, brevi momento evanuerunt omnia, & Myrtii nunc es oblitus, idque Pamphile, cùm octavum jam mensem ex te prægnans sim. Scilicet hoc solum ex tuo amore consecuta sum, quòd tam ingentem uterum gero: & me propediem oportebit prolem alere, rem meretrici gravissimam. Neque enim fœtum exponam, præcipuè si mas nascatur: sed eo nominato Pamphilo, equidem amoris solamen habebo. Tibi verò exprobrabit aliquando accedens ille ad te, quòd perfidus fueris in miseram ipsius matrem. Cæterùm non formosam virginem ducis. Vidi enim nuper ipsam in Thesmophoriis unà cum matre, nondum sciens quòd propter ipsam Pamphilum amplius visura non essem. Proin tu quoque antea ipsam contemplare, faciemque & oculos ipsius vide, ne te postea discrucict, quòd eos admodum cæsios habet, neque quòd distorti sunt, & se mutuò aspiciunt. Imò verò Philonem vidisti, patrem puellæ. Faciem igitur illius nosti: quare nihil amplius opus erit filiam videre. *Pam.* Adhuc te, Myrtium, nugantem audiam, ac nuptias nescio quas nau-

1 Ἐν ἡμέρᾳ πάντα οἴχ.] Proverb. *Bourd.*

νυς. καὶ γάμους ναυκληρικὰς διεξιούσης. ἐγὼ δ', ἢ σιμὴν τινα, ἢ κυλλὸν νύμφην οἶδα; ἢ ὅτι Φίλων ὁ Ἀλωπεκῆθεν, οἷμαι γὰρ ἐκεῖνον λέγειν σε, θυγατέρα ὅλως εἰς χεῖρας ἤδη γάμου; ἀλλ' οὐδὲ φίλῳ ἐστὶν ὅτῳ τοῦ πατρός. μέμνημαι γὰρ ὡς πρώην ἐδικάσατο [1] περὶ συμβολαίου ναυλικοῦ. τάλαντον γὰρ οἶμαι ὀφείλων τοῦ πατρὸς, οὐκ ἤθελεν ἀπολῦσαι. ὁ δὲ, ἐπεὶ τὰς ναυτοδίκας ἀπήγαγεν αὐτὸν, καὶ μόλις ἐξέτεισεν αὐτό. καὶ ὅλον, ὡς ὁ πατὴρ ἔφασκεν. εἰ δὲ γαμεῖν ἐδέδοκτό μοι, τὴν δὲ Δημέως θυγατέρα τὴν δὲ πέρυσιν ἰσπρατηγηκότος ἀφεὶς, καὶ ταῦτα, πρὸς μητρὸς ἀνεψιὰν οὖσαν, τὴν Φίλωνος ἐγάμουν ἄν. σὺ δὲ πόθεν ταῦτα ἤκουσας; ἢ σωτέθηκας αὐτὴ ὦ Μύρλιον πρωΐας τινας ζηλοτυπίας σκιαμαχοῦσα; *Myr.* σοβεῖν μ' γαμεῖς. ὦ Πάμφιλε; *Pa.* μέμηνας ὦ Μύρλιον, ἢ κραιπαλᾷς. καίτοι χθὲς μὲ πάνυ ἐμεθύσθημεν. *Myr.* ἢ Δωρὶς οὕτη ἐλύπησέ με. πεμφθεῖσα γὰρ ὡς ἔφασαν ἀνήσασθαί μοι ἐπὶ τὴν γαστέρα, καὶ εὐξαμένη [2] τῇ λοχείᾳ ὡς ὑγιὴς ἐμοὶ, λεσβίαν ἔφη σοι τὸν χιτῶνα αὐτῇ. μᾶλλον δὲ σὺ αὐτὸ ὦ Δωρὶ λέγε, ἅπερ ἀκήκοας, εἶπα μὴ ἐπιλάσω αὐτά. *Do.* ἀλλ' ἐπιτρέψειέν ὦ δέσποινα; εἴ τι ἐψεύσαμην. ἐπεὶ γὰρ κἀγὼ τὸ Πρυτανεῖον ἐψυόμην, συνέτυχέ μοι ἡ Λεσβία μειδιῶσα, καὶ φησὶν, ὁ ἐραστὴς ὑμῶν ὁ Πάμφιλος, γαμεῖ τὴν Φίλωνος θυγατέρα. εἰ δὲ ἀπιστοίην, ἕξειν με ἐπιδεικνύσασθαι ἐς τὸ γειτνιὸν ὑμῶν ἰδίᾳ πάντα κατεσκευασμένα, καὶ αὐλητρίδας, καὶ θορυβοῦ, καὶ ὑμέναιον ᾄδουσάς τινας. *Pa.* τί δ', παρέκυ-

nauticas commemorantem. Egon' autem, aut ſimam aliquam, aut formoſam ſponſam novi? aut Philonem Alopecenſem (illum enim opinor te dicere) filiam habere nubilem? At neque patri amicus hic eſt. Memini enim de pacto nautico eum cum hoc nuper judicio contendere. Nam talentum opinor debens patri, ſolvere nolebat. Pater autem ipſum apud nautarum judices accuſavit, tum ægre illud exolvit, neque totum, ut ajebat pater. Quòd ſi uxorem ducere mihi viſum eſſet, Demeæ relicta filia, ejus qui ſuperiore anno exercitum duxit, idque cum mihi ſit conſobrina Philonis filiam uxorem ducerem? Tu verò unde iſta audiſti? an fortè ipſa, Myrtium, hoc effinxiſti, cum novis quibuſdam zelotypiis umbratilem pugnam exercendo? *Myrt.* Nunquid eam uxorem non ducis Pamphile? *Pam.* Inſanis Myrtium, aut certè temulenta es: atqui heri non admodum inebriati ſumus. *Myrt.* Doris hæc mœrore iſto affecit me. miſſa enim ut lanas ad ventrem emeret mihi, & Dianæ vota pro me faceret, Lesbiam, ait, fortè conveniſſe ſe. Quin potiùs huic narra Dori, quæ audiſti, niſi tute finxiſti ea. *Dor.* At vapulem hera, ſi quicquam mentita ſum. Cùm enim ad Prytaneum veniſſem, obviam fit mihi Lesbia ſubridens, atque ait, Amator veſter Pamphilus, uxorem ducit Philonis filiam. Ac ſi credere nollem, juſſit ut in angiportum veſtrum intrò aſpicerem omnia ſertis ornata, tibicinas, tumultum, & aliquos qui canerent hymenæum. *Pam.* Quid igi-

1 Περὶ συμβολαίου ναυτικοῦ] Leg. Vlp. ad Demoſt. περὶ Ἀλοτίου. Bourd.
2 Τῇ λοχείᾳ] Ἀγείμοδι, quæ ptæſidet λοχείαις ἢ χρονίσιν. Idem.

1 Ἀκού-

ψας ὦ Δωρί; Δω. νὴ μάλα. ἦ εἶδον ἄπαντα ὡς ἔφη. Πα. μαινόμενον τὴν ἀπάτην. ἔτι γὰρ ἡ Λεσβία Δωρὶ, πρὸς σὲ ἐψεύσατο, νὴ σὺ, τἀληθῆ ἀπηλλάχθαι Μυρτίου. πάλαι μάτην γε ἐταράχθητε. ἔτι γὰρ παρ' ἡμῖν οἱ γάμοι. ἀλλὰ νυνὶ ἀνεμνήσθην ἀκούσας τὴν μητέρα. ἐκ τοῦ χθὲς ἀνίστημι παρ' ὑμῶν, ἔφη γάρ, ὦ Πάμφιλε, ὁ μὲν ἡλικιώτης σοι Χαρμίδης ὁ τοῦ γείτονος Ἀριστοίνου υἱὸς, γαμεῖ ἤδη, καὶ σωφρονεῖ. σὺ δ', μέχρι τίνος ἑταίρας σύνει; τοιαῦτα διδάσκων αὐτὸς, εἰς ὕπνον κατέκλινόν με. εἶτα ἔωθεν ἐξελθὼν λάθρᾳ τὴν οἰκίαν. ὥστε οὐδὲν εἶδον, ὧν ἡ Δωρὶς ὕστερον εἶδεν. εἰ δ' ἀπιστεῖς, αὐθις ἀπελθοῦσα ὦ Δωρὶ, ἀκριβῶς ἰδὶ, μὴ τὴν στωπὸν, ἀλλὰ τὴν θύραν, ποτέρα ἐστὶν ἡ κεκοσμημένη. διφθέρα γὰρ τὴν τοῦ γείτονος. Μυρ. ἀπίστουσας ὦ Πάμφιλε. ἀπαγξάμην γὰρ ἄν, εἴ τι τοιοῦτο ἐφρόνησα. Πα. ἀλλ' οὖν ἂν ἐφρόνησα. μηδ' ὅτου μαντεύου, ὡς ἐκλαθέσθαι Μυρτίου. νὴ ταῦτα, ἤδη μοι κυοῦσης παιδίον.

igitur? introſpexiſti Dori? *Dor.* Ita ſanè, vidique omnia quæ illa dixit. *Pam.* Intelligo errorem: neque tibi omnia, Dori, Lesbia mentita eſt: & tu vera quòque Myrtio renuntiaſti: verùm fruſtrà turbatæ eſtis. Neque enim nuptiæ illæ apud nos fiunt. Sed nunc in mentem venit quod ex matre audivi, quando à vobis heri domum reverſus fui. Nam dixit, tuus hic æqualis Charmides, Pamphile, vicini Ariſtæneti filius, uxorem jam ducit, & reſipiſcit: tu verò quouſque tandem cum meretrice conſuefces? His negligenter auditis, in ſomnum ſum prolapſus. Dein mane exurgens, domo ſtatim exivi. Itaque nihil eorum vidi, quæ poſtea Doris vidit. Quòd ſi mihi non credis, denuo hinc abiens Dori, diligenter inſpice, non angiportum, ſed januam, utra ſertis exornata ſit: vicinorum enim illam comperies. *Myrt.* Servaſti me Pamphile. Strangulaſſem equidem me, ſi tale quid factum fuiſſet. *Pam.* At factum non eſt: neque ita inſanivero, ut Myrtii obliviſcar, præſertim cùm ex me uterum jam gerat.

---

## ΜΗΤΗΡ, ΚΑΙ ΦΙΛΙΝΝΑ.

ΜΗΤΗΡ.

Ἐμάνης ὦ Φίλιννα, ἢ τί ἔπαθες ἐν τῷ ξυμποσίῳ ψθὲς; ἦκε γάρ παρ' ἐμὲ Διφίλου ἔωθεν δακρύων, καὶ διηγήσατό μοι ἃ ἔπαθεν ὑπὸ σοῦ. μεμεθύσθαι γάρ σε, καὶ ἐς τὸ μέσον ἀναστῆναι, ἐρχήσασθαι, αὐτὸν λάκω-

## MATER, ET PHILINNA.

MATER.

An inſaniviſti Philinna, vel quid heri in convivio tibi accidit? Venit enim ad me Diphilus mane lachrymans: & mihi acceptam à te injuriam narravit. Ebriam enim fuiſſe te, & in medium progreſſam ſaltaſſe ait,

λύοντος. καὶ μὴ ταῦτα, φιλῆσαι Λαμπρίαν τὴν ἑταίραν αὐτῆς. καὶ ἐπὶ ἐκαλίπηνί σοι, καθαλιπῆσαι αὐτὸν, ἀπιδεῖν πρὸς τὴν Λαμπρίαν, καὶ ἀσπάσασθαι ἐκεῖνον. ἐαυτὸν δὲ λυπήσειας, τύπτων γινόμενον. ἀλλ' ὅδε τε νυκτὸς οἴμοι σωκηφάδες. καθαλιπῆσαι δὲ δακρύουσα, μήτι ἐπὶ τῷ πλησίον σιμπόδῳ κατέκεισο ἄφθυτα, καὶ λυπῆσαι ἐκεῖνον. Φι. τὰ δὲ αὐτὰ σοι ὦ μῆτερ, ἃ διηγήσατο; ἃ δ' ἂν σωνηγόρευες αὐτῇ ὑβριστὴς ὄνος. ὃς ἐμοῦ ἀφίμβρου, ἐκκολοκύντου Θαΐδι τῇ Λαμπρίᾳ ἑταίρᾳ, μηδέπω ἐκείνης παρούσης. ἐπεὶ δὲ καλεπαίνησεν εἰδέ μι, καὶ δίνησεν αὐτῇ οἷα ποιεῖ, ὃ ὠτὸς ἄκρον ἐφαψάμβρου, ἀνακλάσας τὰ αὐχένα τῇ Θαΐδῃ, ἐφίλησεν ὕπτιος ἀποσφυᾶς, ὥστε μάλις ἀπέστησε τὰ χείλη, εἶτ' ἐγὼ μέ, ἐδάκρυον. ὁδί, ἐγέλα, καὶ ὡς τὴν Θαΐδα ποιᾷ πρὸς τὸ ἐς ἔλεγε, κατ' ἐμὲ δηλαδή. καὶ ἡ Θαΐς ἐμειδία, βλέπουσα πρὸς ἐμέ. ὡς δὲ ἀσπάσατο τὴν Λαμπρίαν, καὶ ἐκορέσθησάν ποτε φιλοῦντες ἀλλήλους, ἐγὼ μὲν ὅμως περὶ αὐτὸν κατεκλίθην, ὡς μὴ ἐς τοῦτο ἀσθενοῦς ὕστερον. ἡ Θαΐς δὲ ἀναστᾶσα, ὠρχήσατο πρώτη, λαμπυνθεῖσα ἐπιπολὺ τὰ σφυρά, ὡς μόνη καλὰ ἔχουσα. καὶ ἐπειδὴ ἐπαύσατο, ὁ Λαμπρίας μὲν ἐσίγα, καὶ εἶπεν οὐδέν. Διφίλα δὲ, ὑπερεπῄνεσε τὸν εὐρυθμον, καὶ τὸ κεχορηγημένον, ἐπὶ ὅτι εὖ πρὸς τὴν κιθάρην ὁ πούς, ἐπὶ τὸ σφυρὸν ὡς καλὸν, ἐπ' ἄλλα μυρία, καθαπερ τὴν Καλαμίδος Σωσανδραν ἐπαινῶν, ἀλλ' οὐχὶ Θαΐδα, ἣν ἐπὶ σὺ οἶσθα συλλουόμενον ἡμῖν, οἷα ἐστι. Θαΐς δὲ οἷα ἐπέκωψεν ἐμοὶ ἐς ἐμέ. εἰ χαρίεις ἔφη μὴ αἰσχυνεῖ ipso prohibente: postea etiam sodalem suum Lampriam osculatam fuisse, & quòd tibi succensuerit, ipso relicto ad Lampriam transiisse, eumque amplexatam esse: sese verò disperiisse cùm hæc fierent. Sed neque noctu, opinor, concubuisti cum eo relicto autem lachrymante, sola in proximo grabbato jacuisti, cantillans, & ægrè faciens illi. *Phil.* At ea quæ ipse fecit, mater, tibi nequaquam narravit: neque enim, cùm fuerit adeò contumeliosus, patrocinareris ipsi: qui me relicta, sermones subinde cum Thaide amica Lampriæ conferebat: cùm ille nondum adesset. Postquam autem videbat indignè ferre me, & hominem, eorum quæ faciebat nutu admonebam, ille summa auricula apprehensam, & cervice ad se reclinatam Thaidem osculatus est, ita impresso ore, ut vix inde labia retraheret. Proinde ego quidem lachrymabar, ille verò ridebat, multaque in aurem Thaidi susurrabat, de me videlicet. Et Thais quoque ad me respiciens, subridebat. Vbi autem advenire Lampriam animadverterunt, tandemque osculis mutuis satiati fuerunt, ego tamen accubui cum ipso, ut ne in posterum etiam hoc causari posset. Surgens autem Thais, prima saltavit, nudatis multum malleolis, quasi sola pulchros eos haberet: quæ postquam desiit, tacebat Lamprias: & nihil dicebat. Sed Diphilus laudibus extollebat concinnitatem gestus, rectéque actam saltationem, quodque ad citharam pes esset aptus, pulcherque malleolus, & alia infinita, perinde ac si Calamidis Sosandram laudaret, non Thaidem, quam tu quoque nosti satis qualis sit, cùm nobiscum nuper lavaret: quæque in me probrosè statim dixerit. Siquam enim, inquit, non pu-

τὴν λεπτὰ ἴχνια τὰ σκέλη, ὀρχήσατην δ' αὐτὴ ἐξανασῶσα. τί ἂν λέγοιμι ὦ μῆτερ; ἀνέστην γάρ, καὶ ὠρχησάμην. τί γὰρ ἔδει ποιεῖν; ἀναχέαι, ἢ ἐπαληθεύειν τὸ σκῶμμα, ἢ τῷ Θαΐδα ἐᾶν τυφᾶσθαι τὸ συμπόσιον; Μη. φιλοτιμότερον μὲ ἔδει γε πατέρ. νῦν δὲ φρονίζειν γὰρ ἐχρῆν. λέγε δ' ὅμως τὰ μὴ ταῦτα. Φι. οἱ μὲν ἄλλοι, ἐπῄνουν. ὁ Δίφιλος δ' μόνος ὑπῆν κεφαλὴν ἑαυτὸν, ἐς τὸν ὀροφὸν ἀνέβλεπεν, ἄχρι δὴ κοιμῶσα ἐπαυσάμην. Μη. τὸ φιλᾶσαι δ' ἢ τὴν Λαμπρίαν ἀληθῆς λέγῃς, ἢ τὸ μεταβᾶσαι τὰ σκληρότερα αὐτῇ; τί σιγᾷς; οὐκ ἔστι γὰρ ταῦτα συγγνώμης ἄξια. Φι. ἀνέλκυσόν σε βουλόμην αὐτόν. Μη. εἶτα δὲ συνεκάθευδες, ἀλλὰ ἢ ᾔδες, ἐκείνην δακρύουσ'; οὐκ αἰσθάνῃ ὦ γύναιον, ὅτι πεινῶμεν ἐσμὲν, δι' ἃ πεινῶμεν ἐσμὲν; Φι. τί δ', ἀνέχυμαι λέγ' ταῦτα, ὑβριζομένη ὑπ' αὐτῆς; Μη. ὀργίζει μὲ, μὴ ἀνθύβριζε δέ. οὐκ οἶσθα ὅτι ὑβριζόμενοι πανοῦνται οἱ ἐρῶντες, ἢ ἐπιλιμᾶσιν ἑαυτοῖς; σὺ δ' πάνυ χαλεπὴ ἀεὶ τῷ ἀνθρώπῳ γιγνόμενος. κἀγὼ ὄφελον μὴ κατὰ τὸν παροιμίαν, [1] ἀπορρήξαμεν πάνυ τείνουσαν τὸ καλώδιον.

pudet gracilium crurum quæ habet, surgat & saltet ipsa. Hîc tibi quid dicam mater? surrexi equidem atque saltavi. Quid enim facto opus erat? perferre scilicet, idque dicterium silentio comprobare, ac permittere ut sic in convivio regnaret Thais? *Mat.* Nimia quidem fuit hæc æmulatio, ô filia. Nam ne curare quidem hæc oportebat. Dic tamen quæ sequuta sunt. *Phil.* Alii quidem laudabant, solus autem Diphilus, jacens supinus ad lacunar respexit, donec ego defessa destiti. *Mat.* Quid autem quòd Lampriam osculata, quumque deflexisses, amplexa esse diceris, verum-ne istud fuit? quid taces? nam hæc non amplius digna sunt venia. *Phil.* Atqui volebam ipsi ægrè facere vicissim. *Mat.* Deinde neque cum ipso concubuisti, sed ipso lachrymante cantillasti. Non intelligis filia pauperes esse nos: neque meministi quam multa ab eo acceperimus: aut quo pacto hyeme superiore nobis fuisset vivendum, nisi Venus hunc nobis obtulisset? *Phil.* Nunquid igitur ob hoc ab eo affici me contumelia sustinerem? *Mat.* Irascere quidem, at contumeliam ne repende. An nescis læsos amatores desinere amare, & semet ipsos objurgare? Tu verò homini semper difficilis fuisti. At vide, ne quod vulgò fertur, intensum nimis funiculum abrumpamus.

1 Ἀπορρήξαμεν] Idem Proverbium apud Aristenet. Epist. 1. lib. 2. *Bourd.*

## ΜΕΛΙΤΤΑ, ΚΑΙ ΒΑΚΧΙΣ.

## MELISSA, ET BACCHIS.

ΜΕΛΙΤΤΑ.

Εἶπα οἶδα Βακχὶ χρεών, οἵαν πολλαὶ Θετταλαὶ λέγονται ἐπᾴδουσαι, καὶ ἐρασμίους ποιοῦσαι, εἰ δὲ πάνυ μισομήν γυνὴ τυγχάνοι, ὥστε ὁρᾶσθαι, ἥκέ μοι. ἁπαλὰ γὰρ ὅλα, καὶ τὰ χρυσία ταῦτα ὀφείλω· ἢ δῶς, εἰ μόνον ἴδωμι ἐν ἐμοὶ αὖθις ἀναρίψασα Χαρῖνον, μισήσασα Σιμμίχιον, ὡς νῦν ἐμέ. Βακ. τί φῄς; οὐκ ἔτι σωίζει, ἀλλὰ δῆτα τῷ Σιμμίχιῳ ὦ Μέλιττα, οἵαπερ Χαρῖνος, δι' ὃν τοσαύτας ὀργὰς τοῦ γάμου ἤνεγκε, καὶ βουλῆται τῷ πλούσιον οἰκεῖν γῆμαι, πέντε ὀφικὰς τάλαντα ὡς ἔλαττον, ἐπιφερομένῳ; μέμνημαι γὰρ ταῦτά σου ἀκούσασα. Με. ἅπαντα οἰκεῖα οἵαπερ ὦ Βακχί. καὶ πέμπτην ταύτην ἡμέραν ἐκ' ἐώρακα ὅλως αὐτόν. ἀλλὰ πίνουσι δῆτα τοῦ σωτηρίου Παμμένους αὐτός τε, καὶ Σιμμίχα. Βακ. δεινὰ ὦ Μέλιττα πέπονθας. ἀλλὰ τί σὲ ὑμᾶς διέφθειρεν; ἔοικε γὰρ μικρὸν τοῦτ' εἶναι. Με. τὸ μὲν ὅλον, οὐδὲ εἰπεῖν ἔχω. πρώην γὰρ ἀνελθὼν ἐκ Πειραιῶς, κατακλινόντι γὰρ οἴκοι χρόνον τινὰ ἀπαίτησον, πέμψαντος δὲ πατρὸς, ὅτι με βουλόμενον ἐκέλευεν ἐπελθεῖν, ὅτι ἐσπούδακτο ὡς ἔθος πρόσοδα μεῖσθαι. λάσιόν τι μέλος ἢ φαλακρὸν ᾄσαντα, ἅπτεσθαι φησὶ μου τοῦ ναυκλήρου Ἑρμότιμον, ἢ τὰ ἐπὶ τοῖς πίναξι γεγραμμένα ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἀναγνῶναι, ὅπου κατεκολλήσατο ὑμῶν τὰ

MELISSA.

Siquam, Bacchi, anum nosti, quales multæ Theſſalæ perhibentur eſſe, incantatrices, quæ amabiles reddunt, etſi prorſus odio habeatur mulier, eam acceptam ad me adducas quæſo. Veſtes enim omnes, atque hoc aurum lubenter amiſerim, ſi ſolùm ad me denuo reverſum videam Charinum, odio Simmichen perinde habentem, ac me nunc habet. *Bac.* Quid ais Meliſſa? non amplius tecum conſuetudinem habet, ſed ad Simmichen divertit Charinus? cujus gratia tantas parentum iras ſuſtinuit, cùm divitem illam, quinque talenta, ut ajebant, in dotem allaturam, uxorem nollet ducere: meminiſſe enim me iſta ex te audire. *Mel.* Cuncta hæc evanuerunt Bacchi, & jam quintus dies eſt, ex quo illum prorſus non vidi. Sed potant apud æqualem Pammenem, ipſe & Simmiche. *Bac.* Acerba tibi accidunt Meliſſa. Sed quid vos ad diſſidium impulit? nam hoc non exiguum videtur eſſe. *Mel.* In univerſum, neque dicere poſſum. Sed nuper ex Phiræo reverſus (eò namque deſcenderat, à patre miſſus, puta ut debitum exigeret) neque me ingrediendo eſt intuitus, neque pro more accurrentem excepit, ſed amplexari volentem repellens, abi, inquit, ad nauclerum Hermotimum, aut ea quæ in Ceramico parietibus inſcripta ſunt lege, ubi inciſa ſunt veſtra

ὀνόματα. τίνα Ἑρμότιμον, τίνα ἴφην; ἢ ποίαν σήλω λίχνις; ὁ δ', οὐδὲν ἀποκεναμμένος, οὐδὲ δεισήσας, ἐκκάθευδεν ἀπεστραμμένος. πόσα οἶμαι ἐπὶ τοῦτον μεμηχανῆσθαί με, περιβάλλοντα, ἐπιστρέφοντα, φιλοῦντα, ἀπεστραμμένου τὸ μέτωπον ὅσῃ ὅσῃ ὀπισθεν ὑπεμφλάκθη. ἀλλ' εἴ μοι φησὶν ἐπὶ πλέον ὀχλήσεως, ἄπειμι ἤδη, εἰ δὲ μέσῃ νύκτες εἰσίν. Βακ. ὅμως ἤδεις τὸ Ἑρμότιμον; Με. ἀλλά με ἴδοις ἂν Βακχί, ἀθλιώτερον ἀφῆναι ἢ νῦν ἔχω, εἴ τινα ἔχω ναύκληρον Ἑρμότιμον οἶδα. πάλαι ἀλλ' ὁ μέν, ἔωθεν ἀπελήλυθε, ἐξ ἀλεκτρυόνος ὄρθρου ἀνεγρόμενος. ἐγὼ δ', ἐμεμνήμην ὅτι κἀγὼ τύχοι ποὺ ἔλεγε καλεῖσθαι τὸν ἐμὸν κεραμεικόν. ἐπιψαύσας δὲ Ἀκίδα καλοῦσι γρόμμιον. ἤκουσα δ' ἄλλο μέν οὐδὲν εὖρε, τοῦτο δ' μόνον ἐπιγεγραμμένον ἑστῶτων ἐπὶ τοῦ δεξιᾶ τοῦ δι πύλου, Μέλιττα, φιλεῖ Ἑρμότιμον. κἀμικρὸν αὖθις ὑποκρύπτω, ὁ ναύκληρος Ἑρμότιμος, φιλεῖ Μέλισσαν. Βακ. ὦ τῆς πονηρᾶς νεανίσκου. συνίημι γάρ. λυπῆσαί τινα ζήλου τοῦ Χαρῖνον, ἐπιγράψαι, ζηλότυπον ὄντα εἰδώς. εὐθὺς, αὐτίκα ἐπίστευσεν. εἰ δὲ τῳ ἴδοιμι αὐτὸν, ἀναλίξομαι. ἄπιρός ἐστι, καὶ παῖς ἔτι. Με. πῶς δ' ἂν ἴδοις ἐκεῖνον, ὃς ἐγκλείσας ἐμαυτὸν, συώσῃ τῇ Σιμμίχῃ; οἱ γονεῖς δ' ἔτι παρ' ἐμοὶ ζητοῦσιν αὐτόν. ἀλλ' εἴ πινα εὕροιμι ὦ Βακχί χαῖν, ὡς ἔφλε, ἀπόσοι ἡδ' ἂν φανεῖσα. Βακ. ἔστι δ' φιλάκτη ὅτι χρησίμη φαρμακίς, σύρα τὸ γλῶττα, ἀμὴ ἔτι, καὶ συμπαιγνία. ἤ μοι ποτὲ Φανίαν καλεπαίνουσα κἀκεῖνον εἰκῇ, ὥσπερ Χαρῖνος, διήλλαξε μῆν μιᾶς ὅλης πέσσαρας, ὅτι ἐγὼ μὲν ἤδη ἀπεγνώ-

vestra nomina. Quem Hermotimum, quem inquam? aut quam columnam dicis? Sed ille nihil respondens, atque incœnatus, dormiebat aversus. Quàm multa hic me putas machinatam fuisse, amplectendo, convertendo, & osculando aversi illius cervicem? At ille ne ullo quidem pacto deliniri se passus est: sed si mihi, inquit, plus satis molesta fueris, abibo hinc, etiamsi nox intempesta sit. *Bac.* Attamen noras Hermotimum? *Mel.* At me videas, ô Bacchi, miseriorem multò quàm nunc sum, degere, si ullum ego nauclerum Hermotimum novi. Verùm ille summo mane à me discessit, statim ad galli cantum experrectus. Ego verò memineram dictum ab ipso, parieti cuidam in Ceramico inscriptum esse nomen meum. Tum misi statim Acidem, quæ illud videret. Illa verò nihil aliud, nisi hoc solum inscriptum reperit, juxta Dipylum ad dextram ingredientibus, Melissa amat Hermotimum: ac rursum paulò inferiùs, Nauclerus Hermotimus amat Melissam. *Bac.* O adolescentes ineptos! Intelligo enim: ægrè facere quispiam Charino volens, inscripsit hæc, zelotypum eum esse sciens. Ille verò statim credidit. Eum autem si cubi videam, alloquar. Imperitus est, & puer adhuc. *Mel.* At ubi videas illum, qui concluso cum Simmiche conversatur? Parentes autem eum etiamnum apud me quærunt. Sed Bacchi, siquam anum invenire possem, ut dixi, apparens ea me servaret. *Bac.* Est quædam venefica, ô dilectissima, ad hoc apta, gente Syra, cruda adhuc, & bene compacta, quæ mihi aliquando Phaniam, cùm & ille temerè succenseret, quemadmodum Charinus, post quatuor solidos menses reconciliavit, cùm jam planè de-

spe-

σειν. ὁ δ', ὑπὸ τῶ ἐπῳδῶν, ἦκεν αὖθις ἐπ' ἐμέ. *Mel.* τί δ' ἔπραξεν ἡ γραῦς, εἴπερ ἔτι μέμνησαι; *Bac.* λαμβάνε μὲ ὀβολὸν πολλοῦ· Μέλιτταν τὴν μισθὸν, ἀλλὰ δραχμὴν, καὶ ἄρτον. καὶ ἐπικνῆσαι δεῖ μὴ τῶν ἁλῶν, καὶ ὀβελοὺς ἑπτὰ, καὶ θύον, καὶ δᾷδα. ταῦτα δὲ ἡ γραῦς λαμβάνει. κἀ κρατῆρα κεκερασθαι δεῖ, καὶ πίνειν σοὶ μόνῳ. δεῖπνόν δέ τι αὐτῇ δεῖ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια, ἢ κρηπῖδας, ἢ ὁλίγας τρίχας, ἢ τί τοιοῦτον. *Mel.* ἔχω τὰς κρηπῖδας αὐτῆς. *Bac.* παύσας κερματίσασα σὺ πατζάλῃ, ὑποθυμιᾶ τῷ θύῳ, πάσσουσα ἐκ τῶν ἁλῶν ἐπὶ τὸ πῦρ. ἐπιλέγει δ' ἀμφοῖν τὰ ὀνόματα, καὶ τὸ σοὶνον, καὶ τὸ σόν. εἶτα σὺ δὲ κάλπιν ἀναμίσασα ῥόμβου, ἐπιφέρει ἐπῳδήν τινα λίγυσσα ἐπτοέχῳ τῇ γλώσσῃ, βαρβαρικὴ ἐκ φερνάδη ὀνόματα. πολλὰ ἐπείπετο τότε. καὶ μετ' ὀλίγον Φανίας ἄμα, καὶ τὼ σωφρονεστάτω ἐπιμεμφόντων αὐτῇ, καὶ τὼ Φοιβίδος, ἦλθε μοι, πολλὰ αἰτήσης, ἐκεῖ μοι, τὸ πλέον ὑπὸ τῶ ἐπῳδῆς ἀγόμενος. ἔτι δὲ κἀκεῖνό με σφόδρα κατέθελξε τῆς Φοιβίδος· τὸ [1] μίσηθρον ἰδιδάξατο, τηρήσασα τὸ ἴχνος ἐπεὶ ἀπολίποι, ἀμαυρώσασα, ἐπιβᾶσαι μὲ τῷ δεξιτερᾷ σαύρης, τὸ ἐμὸν δεξιόν. τῷ δεξιᾷ δ', τὸ δεξιτερὸν ἔμπαλιν. καὶ λέγειν, ἐπιβεβηκά σοι, καὶ ὑπερῴων εἰμί. καὶ ἐπόησα ὡς παρῄνεσε. *Mel.* μὴ μίμνε, μὴ μίμνε ὦ Βακχί, καὶ ἤδη τὴν Σύραν. σὺ δ' ὦ Ἄκι, [2] τὸν ἄρτον, καὶ τὸ θύον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα τὴν ἐπῳδὴν σύντριπτε.

sperarem. Ille autem incantationibus compulsus ad me rediit. *Mel.* Sed quid exegit anus, si modò adhuc meministi? *Bac.* Non magnam accipit mercedem, Melissa, sed drachmam, & panem: & sali oportet imponi obolos septem, & thyum, & facem. Ista quidem anus accipit. Craterem quoque ei misceri oportet, eamque solam bibere. Oportebit & ipsius viri aliquid adesse, uti vestem, aut crepidas, aut pauculos crines, aut id genus aliud quidpiam. *Mel.* Habeo crepidas illius. *Bac.* Has ex palo suspensas thyo suffit, aspergens igni salem quoque. Ad hæc, amborum nomina, illius & tuum pronuntiat. Deinde è sinu proferens rhombum, huc & illuc convertit, incantationem quandam dicens volubili lingua, barbara videlicet, atque horrenda vocabula. Hæc illa tum fecit: ac non multò pòst Phanias, cùm illum pariter & æquales ob hoc reprehenderent, & ipsa Phœbis, cum qua rem tum habebat multum postularet, venit mihi, incantatione ista prorsum attractus. Præterea etiam hanc odii conciliandi rationem me docuit adversus Phœbidem, ut observato, & quum discessisset, deleto ejus vestigio, in sinistrum illius pede dextro insisterem, contrà in dextrum, sinistro, & dicerem, te conscendi, & superior sum. Fecique ut illa præcepit. *Mel.* Ne morare, ne morare Bacchi, voca jam Syram illam. Tu verò Aci, panem & thyum, & cætera omnia, quæ ad incantationem pertinent, appara.

1 *Μίσηθρον*] Aliud odii poculum est apud Origenem lib. 7. contra Celsum. De utroque à me dictum alibi. *Bourd.*

2 *Τὸν ἄρτον, καὶ τὸ θύον*] Casparus Barthius putat legendum esse *θεῖον* & *sulfur* capiendum, quod in lustrationibus & incantationibus prorsus usitatissimum erat veteribus, &c. vide cap. III. l. VII. Adversar. *Alm.*

CLO-

## ΚΛΩΝΑΡΙΟΝ, ΚΑΙ ΛΕΑΙΝΑ.

## CLONARIVM, ET LEÆNA.

### ΚΛΩΝΑΡΙΟΝ.

Καινὰ περὶ σοῦ ἀκούομεν ὦ Λέαινα, τὴν Λεσβίαν Μέγιλλαν τὴν πλουσίαν, ἱρᾶν σε ὥσπερ ἄνδρα, καὶ συνεῖναι ὑμᾶς, οὐκ οἶδ' ὅ, τι ποιοῦσας μετ' ἀλλήλων. τί τοῦτο; ἠρυθριάσας; ἀλλ' εἰπὲ εἰ ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν. Λε. ἀληθῆ ὦ Κλεπάτερον. αἰσχύνομαι δέ. ἀλλόκοθον γὰρ τί ἐστι. Κλω. [1] πρὸς τὴν κυρητέρφ, τί τὸ πρᾶγμα, ἢ τί βούλεται ἡ γυνή; τί δ' ἐκ πράττετ' ὅταν συνῆτε; οὐ βᾷς; οὐ φιλεῖς με. οὐ γὰρ ἂν ἀπεκρύπτου τὰ τοιαῦτα. Λε. φιλῶ μέν, εἰ καί τινα ἄλλον. ἀγνοεῖ δ', δεινῶς ἀνδρεικὴ ἐστιν. Κλω. οἶμαι δῆτα ὅ, τι ἐκ λέγεις, εἰ μή τις [2] ἑταιρίσεια τυγχάνει οὖσα. τοιαύτας γὰρ τὰς Λέσβου λέγουσι γυναῖκας, ὑπὸ ἀνδρῶν μὲν οὐκ ἐθελούσας αὐτὸ πάσχειν, γυναιξὶ δ' αὐτὰς πλησιαζούσας, ὥσπερ ἄνδρας. Λε. τοιοῦτό τι. Κλω. σὺ δῆτ' ὦ Λέαινα, τοῦτο αὐτὸ ἐκ διήγησαι, ὅπως μὲν ἐπείρα τοῦ πρώτου, ὅπως δ' ἐκ συνεπείσθης, καὶ τὰ μὴ ταῦτα. Λε. πότου τινὰ συκροτοῦσα αὐτὴ, καὶ Δημώναξα ἡ Κορινθία, πλουσία δ' ἐκ αὐτὴ, καὶ ὁμότεχνος τῇ Μεγίλλῃ, παρειλήφασί με κιθαρίζειν αὐτάς. ἐπεὶ δ' ἐμεθύσθησα, καὶ ὡραῖα ἦν, καὶ ἤδη καθεύδειν, καὶ ἐμέλλομεν, ἄγε

### CLONARIVM.

Nova de te audimus Leæna, Lesbiam videlicet Megillam, divitem illam, amare te, perinde ut virum, vosque coire, nescio quid unà facientes. Quid istud? erubuisti? Sed dic mihi, vera-ne ista sunt? *Le.* Vera Clonarium. Pudet autem me. Alienum enim quiddam est. *Cl.* At per Cererem, quid hoc negotii, aut quid sibi vult mulier? Quid verò agitis quando coitis? Vides? non amas me? neque enim celares me talia. *Le.* Amo equidem te, quantum ullam aliam. Mulier autem illa, virilis supra modum est. *Cl.* Non intelligo quid dicas, nisi si tribas quæpiam est. Tales enim mulieres in Lesbo esse perhibent, quæ à viris quidem illud pati nolint, cum mulieribus autem ipsæ, perinde ac viri, congrediantur. *Le.* Tale quidpiam est. *Cl.* Proin Leæna, etiam hoc ipsum expone, quo pacto te solicitarit primum, quoque modo adducta sis ut morem gereres, & quæ secuta sunt deinceps. *Le.* Cùm ipsa compotationem quandam instituisset, & Demonassa Corinthia, dives & ipsa, in eadem arte exercitata cum Megilla, me assumpserunt ut ipsis cithara canerem. Postquam autem satis cecineram, & jam intempesta nox erat, cubitumque ire oportebat, illæque erant ebriæ. Tum Megilla, Age, in-

1 Πρὸς τ' κυρητέρφ] *Per Cererem.* Hesychius in κυρητέρφ· ὑπ' ἐνίων ἡ Δημήτης. Menagius.

2 Ἑταιρίσεια] Hesychius: ἑταιρισμὸς, πρόσκλησις. Idem.

δὴ ἔφη ὦ Λέαινα ἡ Μίγιλλα, κοιμᾶται γὰρ ἤδη κἀκεῖ, σύκαῦθα κἀθεύδει μεθ' ἡμῶν, μέση ἀμφοτέρων. Κλω. σκάθευδες; τὸ μὴ ταῦτα πί ἐγένετο; Λε. ἐφίλει με τὸ πρῶτον, ὥσπερ οἱ ἄνδρες, σὺν αὐτῷ μόνον προσαπομύζουσα τὰ χείλη, ἀλλ' ὑπανοίγουσα τὸ στόμα, καὶ περιεβάλλετο, καὶ τὰς μασχάλας ἔθλιβεν. ἡ Δημώναξ δ', καὶ ἐδάκνει μεζόξυ καπιφιλοῦσα. ἐγὼ δ', σὺν οἷς εἶχον εἰκάζουσα ὅ, τι τὸ πρᾶγμα ἦν. χρόνῳ δ' ἡ Μίγιλλα ὑπόθερμος ἤδη ἦν, τῷ μὲ παιγνίῳ ἀφείλε τὸ κεφαλῆς. ἐπικεῖτο δ' πάνυ ὁμοία, καὶ προσφυής, κοὐ σὺ χρὼ ὥφθη αὐτή, καθάπερ οἱ σφόδρα ἀνδρώδεις τὰ ἀθλητῶν, ἀποκεκαρμένη. κἀγὼ ἐπερρώχθην ἰδοῦσα. ἡ δ', ὦ Λέαινά φησιν, ἑώρακάς ἤδη ἄπυ καλὸν νεανίσκον; ἀλλ' οὐχ ὁρῶ ἔφλω σὺ ταῦθα νεανίσκον ὦ Μίγιλλα. μὴ καθαπίλωσί με ἔφη. Μίγιλλα δ' ἐγὼ λέγομαι, ἡ γαμάμενα προπάλαι ταυτῶν Δημώνακτα, καὶ ἔστιν ἐμὴ γυνή. ἐγέλασα ὦ Κλωπάτρα ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφην, σύκῶν σὺ ὦ Μίγιλλε, ἀπήρτις ὢν, ἐλελήθεις ἡμᾶς, καθάπερ τὰ Ἀχιλλέα φασὶ κρυπτόμενον σὺν παῖς παρθένοις. καὶ τὸ ἀνδρεῖον σὺ ἐκεῖνο ἔχεις, καὶ ποιεῖς τῷ Δημώνακτι

inquit, Leæna, Iam enim dormire æquum eſt, hìc nobiſcum cuba, media inter utramque. *Cl.* Concubuiſti-ne? Quid poſtea factum eſt? *Le.* Oſculabantur me primò, perinde atque viri ſolent, non ipſa modò labia applicantes, ſed os quoque ſubaperientes: deinde & amplexabantur, & papillas premebant mihi. Demonaſſa autem, etiam inter oſculandum, mordebat. Egò verò quidnam rei eſſet, conjicere non poteram. Cæterùm cum jam incaluiſſet Megilla, galericulum quidem à capite removit. Ipſa autem incumbebat, ſimilis & æquiparanda athletæ alicui vehementer virili, & robuſto, & cute ad vivum detonſa: quam ubi aſpexi, perturbata ſum. Illa verò, Leæna, inquit, ecquem adoleſcentem ita pulchrum unquam vidiſti? At non video, inquam ego, ullum hìc adoleſcentem Megilla. Tum illane me, inquit, mulierem facias. Megillus enim vocor ego, & jam olim Demonaſſam hanc uxorem duxi, eſtque ea uxor mea. Riſi equidem ad hæc, Clonarium: & dixi, Proinde Megille, virum eſſe te neſciebamus: quemadmodum aiunt Achillem inter virgines abditum fuiſſe: habes & virile illud, ac Demonaſſæ idem facis quod

1 Ἐφίλει με τὸ πρῶτον] Hæc & cætera hujus Dialogi interpretati ſunt ad Petronium. ad hæc verba, *commovebat valgiter labra.* Bourd.

2 Μασχάλας ἔθλιβεν] Plaut. Pſeud.

*Teneris labellis molles morſiuncula*
*Papillarum horridularum oppreſſiuncula.*

Ovid. 1. Amor.

*Forma papillarum qua fuit apta premi.* Idem.

3 Καὶ ἐδάκνει] Plaut. loc. cit. *Idem.*

4 Πανύκλω] De comis adſitiis copiosè dixi alibi. Iunge Cl. Alexand. Pæd. lib. 2. c. 11. Artemid. lib. 1. Firmic. Aſtro. c. 1. lib. 1. vide Herald. ad Martial. *Idem.*

5 Καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἐκεῖνο] Catullus: *Et quærendum unde, unde foret nervoſius illud.* Menagius.

1 Bour-

σου ὅσῳ οἱ ἄνδρες. σὺ μὲν ἔφη ὦ Λέαινα, οὐκ ἴσχυ. δόμῳ ἢ ὃ δὲ πάνυ αὐτῷ. ἴδιον δέ τινα τρόπον ἡδέως ὁμιλοῖμι ὀψὲ μὲν. ἀλλὰ μὴ ἑρμαφρόδιτός εἰ ἔφην, οἷοι πολλοί εἶναι λέγονται, ἀμφότερα ἔχοντες; ἵπ γάρ ἡγοῦμαι ὦ Κλωνάριον τὸ πρᾶγμα. ὅ φησιν, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἀνὴρ εἰμι. ἥκιστα ἔφην ἐγὼ φ. [1] Βοιωτίας αὐλητρίδος Γ᾽σμηνοδώρας, δηγημάτιά τινα Ἐφέστρια παρ᾽ αὐτοῖς, ὡς ἠκούσθη τις ἐν Θήβαις ὢν γυναικὸς ἀνήρ. ὁδὶ αὐτὸς, κἀμοὶ τις ἄρεσθ. οἶμαι Τειρεσίας τύχομα. μὴ δὴ τι ἐ σὺ τοιοῦτο πέπονθας; ἦκεν ὦ Λέαινα ἔφη, ἀλλὰ ἐβουπήγην μὲ ὁμοία ταῖς ἄλλαις ὑμῖν. ἡ γνώμη ἢ, καὶ ἡ ἐπιθυμία, καὶ τἆλλα πάντα, ἀνδρός ἐσί μοι. καὶ ἱκανὴ γοῦν σοι ἔφην ἐπιθυμία, [2] πάρεχε γοῦν ὦ Λέαινα εἰ ἀπιστεῖς ἔφη, καὶ γνώσῃ ἡδὺν ἐνδιδύσαν με τὸν ἀνδρῶν. ἴχω γάρ τι αὐτὰ δ᾽ ἀνδρεῖα. ἀλλὰ [2] πάρεχε. ὄψὲ γάρ. παρέχου ὦ Κλωνάριον, ἐπιτρίβεσθε πολλά.

quod viri ſolent. Idem ego Læna, inquit, nec eo admodum opus. Peculiari autem modo, ſuavius aliquanto congredi me videbis. At num hermaphroditus es, inquam ego, quales perhibentur eſſe multi, utrumque membrum habentes? rem enim ó Clonarium, adhuc ignorabam. Neque hoc, inquit illa, ſed per omnia vir ſum. Tum ego, audivi, inquam, ex Bœotia tibicina quadam Iſmenodora nomine, quæ apud ipſos ſunt epheſtria, narrante, quendam Thebis factum fuiſſe ex mulliere virum, qui idem vates quoque fuit optimus: Tireſias nimirum. Num tibi tale quid accidit? Haudquaquam Læna, inquit: ſed vobis aliis nata ſum ſimilis. Animus autem, & libido, cæteraque omnia, virilia mihi ſunt. Sufficiens ſaltem, inquam, eſt tibi libido. Tum illa: præbe igitur, inquit, Læna, & cognoſces me viris eſſe nihilo inferiorem. Nam aliquid loco virilis habeo. Sed præbe: nam videbis. Præbui itaque Clonarium, cùm illa diu multumque

1 Βοιωτίας αὐλητρίδος Γ᾽σμηνοδώρας, δηγημάτια τὰ Ἐφέστρια παρ᾽ αὐτοῖς, ὡς ἠκούσθη τις ἐν Θήβαις ὢν γυναικὸς ἀνήρ] Quid intellexerit per τὰ ἐφέστρια, non eſt facile divinare, ea vox alibi non legitur. Nihil igitur certi à me expectes, conjecturas nudas tibi proponam. Si bene ſe habet ea lectio, videtur ab ἔφεσις ea vox deduci debere: eſt autem veſtis quædam ſpecies, quæ ſuperinduebatur. Suidas μανδύαν & βίβλον interpretatur, & ὕφασμα ἐξ αἰγείων τρίχων, alii χλαμύδα, alii χλανίδα vertunt. Quidquid tamen fuerit, quoniam ab eo genere veſtis τὰ ἐφέστρια dicuntur, ſuſpicor eas veſtes texi ſolitas à mulieribus ſimul adunatis, quæ texendo fabulas lepidas ad vices narrabant, ut fallerent tempus & laborem, quæ ob id ἐφέστρια δηγήματα dicebantur. Sic noſtrates dicunt *les contes du veilleri.* At forte mendoſa eſt ea vox, & legendum vel ἐφ᾽ ἑστίᾳ disjunctim, & mutandum τὰ in τι, ſic, δηγημάτιά τι ἐφ᾽ ἑστίᾳ, id eſt, *ad lares, ad focum*, vel Ἡφαίστια ob eandem rationem, id eſt, *quæ ad ignem* hyeme narrantur, nam (ut notum eſt) Ἥφαιστος ſæpe pro igne ſumitur, & erant Ἡφαίστια fabulæ, quæ ad Vulcanum ſeu ignem aſſidentes fœminæ nendo vel texendo narrabant in Vulcani feſto quod Athenis Ἡφαίστια, ut ex Andocide patet in ſermone de myſteriis. Hæc ego tentabundus ut in tenebris. Tu forte meliora lector cogitabis, utinam & nobis impertiaris. *Palm.*

2 Πάρεχε] Ariſtophanes: Καλῶς παρίξω, κἀγὼ ἐχὶ φροντιῶ μαι. Menagius.

1 Τῇ

ἢ ὅρμον πά μοι δύσης τ̃ πολυτελῶν, ἢ οἰνίας τ̃ λεπτῶν. εἶπε ἐγὼ μ̃, ὥσπερ ἄνδρα ἀσπαλέμβαινον. ἡ δ̃, ἐποίησέ τε, ἢ ἐφίλησ, ἐ ἠνδρίσατο, ἢ ἐδωκέ μοι ἐς ὑπερβολὴν ἥδιστ. Κλω. τί ἐποίησ ὦ Λέαινα; ἢ πίνα τρόπον; τοῦτο γὰρ μᾶλιστα εἰπέ. Λε. μὴ ἀνάκεισο ἀκριβῶς. ἀμχεῖ γάρ. ὅτι μὲν τὴν Οὐρανίαν, ὀρθὸν ἂν εἴποιμι.

que supplicasset, & pretiosum monile dedisset, & tenuia velamina. Tum ego illam perinde atque virum complectebar. Illa autem, & faciebat, & osculabatur, & anhelabat, & summa voluptate affici videbatur. *Cl.* Quid faciebat Læna? aut quomodo? hoc enim in primis dicas. *Le.* Ne accuratiùs inquiras: turpia enim sunt. Quare per Vraniam, nolim dicere.

---

## ΚΡΩΒΥΛΗ, ΚΑΙ ΚΟΡΙΝΝΑ.

## CROBYLE, ET CORINNA.

### ΚΡΩΒΥΛΗ.

Ὡ Κόρινν, ὡς μ̃ ἀ πάνυ δι-
νὸν ἦν ὃ ὑμίζες, τὸ γυναῖ-
κα ἡβίσ ἐκ παρθένε, με-
μαθήκης ἤδη. μ̃ μειρακίσ μ̃ ὡ-
ραίσ ἠγωνμένε, μνᾶν ἢ τοιῶτον
μίσθωμα ἠμισαμένε, ἐξ ὧς ὅρμον
αὐτίκα ἀνήσαμέν σοι. Κο. ναὶ μᾶ-
νάριον. ἐχέτω ἢ ἐ ψήφις πᾶς πυ-
ραυγεῖς, οἷ ὁ Φιλαίνιδός ἐσιν.
Κρω. ἔσῃ τοιῶτ. ἄκουε ἐ τἄλ-
λα περ ἐμέ, ἃ σε χρὴ ποιεῖν, ἐ
ὅπως εὐσχήμονας τοῖς ἀνδράσιν. ἄλ-
λη μ̃ γὰρ ἡμῖν ἀποτροφὴ ἢ βίσ
οὐκ ἔσθ ὦ θύγατερ. ἀλλὰ δύο ἔτη
ταῦτα ἐξ ὃ τέθνηκεν ὁ μακαρίτης
σὸς πατὴρ, οὐκ οἶδα ὅπως ἀπεζή-
σαμεν, ὅτι ἢ ἐκεῖν ἔζη, πάντα
μῖν ἡμῖν ἐκαπά. ἐχάλκευε γὰ, ἐ μέ-
γα ἦν ὄνομα αὐτῦ ἐν Πειραιεῖ. νῦν
πάντων ἐσὶν, ἀκῆσαι δομυμένων,
ἢ μὲν μ̃ Φιλῖνος, μηκέτι ἔσιαζ ἄλ-
λον χαλκέα. μ̃ ἢ τὸν πλάστην,
τὸ μ̃ πρῶτον ἀποδεμένε τὰς πυρά-
γρας, νῦν τ̃ ἄκμονα, νῦν σφῦραν

### CROBYLE.

Non ita grave esse, Corinna, ceu tu putabas, ex virgine mulierem fieri, jam didicisti: siquidem cum formoso adolescente fuisti, & pro prima mercede minam accepisti, unde monile statim tibi comparabo. *Cor.* Ita amabo. Habeat autem splendoris ignei lapillos, cujusmodi Philænidis est. *Cro.* Erit ejusmodi. Sed audi etiam cætera ex me, quæ te facere, & quo pacto viris accommodare te oportet. Nam alia victus ratio nobis nulla est, filia: sed per duos hosce annos, ex quo pater tuus, piæ memoriæ, defunctus est, an nescis quo pacto vitam egerimus? At quando ille adhuc vivebat, abundè nobis omnia suppetebant. Artem enim ferrariam exercebat: magnumque erat nomen ejus in Piræo Ac plerosque audire licet dejerantes, nullum ampliùs post Philinum, talem fore ferrarium fabrum. Post mortem autem ejus, principio quidem divenditis forcipibus, incude, & malleo, dua-

δύο μησὶν, ἀπὸ τούτων διετράφημεν. εἶπε, νῦν μὲ, ὑφαίνουσα. νῦν ἤ, κερκίδα κρέκουσα, ἢ ἡμίονον κλώθουσα, ἐπανερχόμην τὴ σπιᾶ μόλις. ἔθρεπτον δέ σε ὦ θύγατερ, τὴν ἐλπίδα τοιεμένουσα. Κο. τὴν μητέρα λέγεις; Κρω. ὄκ. ἀλλὰ ἐλογιζόμην ὡς τηλικαύτη γένοιμην, θρίψεις μὲ ἐμὲ, σαυτὴν ἤ κρέκησομένης ῥαδίως, καὶ πλυνέσεις, καὶ ἐσθῆτας ἕξεις, ἀλουργεῖς, καὶ ἱματιοπαίνας. Κο. πῶς ἔφης μῆτερ, ἢ τί λέγεις; Κρω. συνιέναι μὲ τοῖς νεανίσκοις, καὶ συμπίνουσι μετ' αὐτῶν, καὶ συγκαθεύδουσι ἐπὶ μισθῷ. Κο. καθάπερ ἡ Δάφνιδος θυγάτηρ Λύρα; Κρω. ναί. Κο. ἀλλὰ ἑταίρη ἐπαιρὰ ἐστι. Κρω. ἐοὖν τοῦτο δεινόν. καὶ σὺ γὰρ πλυνέσεις ὡς ἐκείνη, καὶ πολλὰς ἐρασὰς ἕξεις. τί ἐδάκρυσας ὦ Κόρινθα; ἆρ' ὁρᾷς ὑπόσους, καὶ ὡς πενιχροὺς εἰσὶν αἱ ἑταῖραι, καὶ ὅσα χρήματα λαμβάνουσι; τὴν Δάφνιδος γὰρ ἐγὼ οἶδα τὴν φίλη Ἀδράστια, ῥάκη πρὶν αὐτὴν ἀκμάσαι τὴν ὥραν ἐφορέσασα. ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς οἷα φορεῖ, χρυσᾶς, καὶ ἐσθῆτας διαφανεῖς, καὶ ἱματιοπαίνας τέτταρας. Κο. πῶς ἤ ταῦτα ἐκτήσατο ἡ Λύρα; Κρω. ἐκεῖνο πρῶτον, καθάπερμεῖσα ἑαυτὴν διαφερόντως, καὶ δύσκολος ἦσα, καὶ φιλοῦσα τοὺς ἄνευθεν, ὅταν ἄρχῃ ἢ καλλίζειν ῥαδίως, καὶ ἱλαρῶς τὸ ἱλαρὸς, ἀλλὰ μειδιῶσα ἡδὺ, καὶ ἐπαγωγόν. εἶτα φορτικολογεῖσα δεξιῶς, καὶ μήτε φιλοκίνδυνος ἢ τις φορτίλλοι, ἢ φορτίωψοιτο, μήτε αὐτὴ ἐπιλαμβανομένη τῶν ἀνδρῶν. ἢν δέ ποτε ἢ ἀπίλθῃ ἐπὶ δεῖπνον λαβοῦσα μίσθωμα, ἔτι μεθύσκεται, καὶ ζηλάλαγον γὰ, καὶ μισεῖσι οἱ ἄνδρες τὰς τοιαύτας, ἔτι ὑπερμεφορεῖται ἢ ὄψα ἀπιερκόλως, ἀλλὰ φορτικόπτεται μὲ ἄκρεις τοῖς δακτύ-

duabus minis, ex illis tum vitam sustentavimus. Postea autem, aliàs quidem texendo, aliàs verò tramam deducendo, aut staminianendo, ægrè victum parabam: te verò, filia, nutriebam, spem expectans. *Cor.* Minam istam dicis? *Cro.* Non: verùm ita rationem inibam, quòd cùm ad istam ætatem perveniisses, & me facilè alere postea, & te ipsam exornare posses: dives ipsa futura, purpureas vestes, & ancillas habitura. *Cor.* Quomodo hoc mater? aut quid dicis? *Cro.* Si cum adolescentibus rem haberes, & cum ipsis potares, & pro mercede concumberes. *Cor.* Sicut Daphnidis filia Lyra? *Cro.* Ita. *Cor.* At illa meretrix est. *Cro.* Hoc nihil grave. Nam & tu, perinde ac illa diteſces, multosque amatores habebis. Quid fles Corinna? an non vides quàm multæ sint, & magno studio ambiantur meretrices? & quantum pecuniæ accipiant? Daphnidem enim, ô chara Adrastia; novi ego, quæ priusquam ad ætatem adultam perveniisset, pannosa erat. At nunc vides, qualis prodit, ut illi aurum, floridæ vestes, & ancillæ quatuor. *Cor.* Sed quo pacto hæc acquisivit Lyra? *Cro.* Primùm quidem exornando se eleganter, & facilem, hilaremque erga omnes se gerendo, non soluto, ut tu soles, cachinno, sed suave quiddam & blandum arridendo. Postea dextrè conversando, neque decipiendo, siquis accedit, aut accersit eam, neque viros increpando. Ac si quando ad cœnam it accepta mercede, neque inebriatur, ridiculum enim hoc, & viri oderunt tales, neque rusticè impletur opsonio: sed attingit quidem sum-

λοις, σιωπῇ ἢ πῶς οὐχὶ ἐπ' ἀμφοτέρας ἀναβύστην τὰς γναθους, πίνῃ ἢ ῥέμβῃ, ἀλλ' ἀναπνευμβήν. Ko. κἂν εἰ δίψῶσα ᾖ μῆτηρ τύχοι; Κρω. τίπι μᾶλιστα ὦ Κόρινπα. καὶ ὅτι πλέον ἢ δίκαιον φθέγξεται, ὅτι λάσκώπτει ἓς πια ἢ παρόντων. ἐς μόνον ἢ τὸ μιθωσάμενον βλέπῃ. καὶ λάβὼ τοῦτο σαφῶς φιλῶσιν αὐτὸν. καὶ ἐπειδὰν κραμβόθῃ δίοι, ἀσπάζας ᾠδὴν, ἀδὲ ἀμείλὲς σκοίνῃ ἂν πἰρχάσαιθ', ἀλλὰ ἐξ ἅπαντ@ ἐν τοῦτο ἠρεμοῦσι, ὡς ὑπαγάγοιθ', ἐ ἐρᾷσιν ποιήσειε σκεῖνον. τοῦτο γὰ αὐτὸν ἅπαντες ἐπαινοῦσιν. εἰ δὲ ἐ σὺ τοῦτο σκεμοθεῖς, μακρέαν ἐ ἡμεῖς ἐσόμεθα. ἐπὶ τάγε ἄλλα ἀναβὰπολὺ αὐτῆς. ἄλλο ᾠδὴν ὦ φίλη Ἀδρᾶστειά φημι, ζῶης μόνον. Ko. εἰπέ μοι ὦ μῆτερ, οἱ μιθάμβοι πάντες τοιοῦτοί εἰσιν, οἷ@ ὁ Εὐκρι@, μεθ' ἡ χθὲς σκάθὗδον; Κρω. ὦ πάντες ἀλ' ἴνιοι μ', ἀμείνους. οἶδὰ, ἢ ἥδη ἀνδρώδεις. οἶδὰ, καὶ ὦ πάνυ μορφῆς σὺφυοῦς ἔχοντες. Ko. καὶ τούτοις συγκαθεύδειν δῆτά; Κρω. μᾶλιστα ὦ ζήγαπερ. ὅτοι μόνοι ἐ πλείονα δίδασιν. οἱ καλοὶ ἢ. αὐτὸ μόνον, καλοὶ ἥλιοι εἶναι. καὶ σοὶ ἢ μελέτω ἀεὶ ἓ πλείον@, εἰ ἥλεις σὺ βραχεῖ λίχμῃ ἀπάσας, σὐδιξάσας σε τῷ δακτύλῳ, ἐχ ἁμᾶς τῶν Κόρινναν τῶ τ' Κρωβύλης ζηγατέρα; ὡς ὑπερπλυτεῖ, καὶ τελεσδιδάμενα πεποίηκε τῶ μητέρᾳ; τί φῄς; ποιήσεις τοῦτο, ποιήσεις; οἶδα ἐγώ. καὶ ῥᾳδίως ἀπασῶν ῥᾳδίως. νῶν δ' ἀπιθι λαβομβήν, εἰ ἀφίκοιθ' ἐ τήμερον τὸ μιρακίσιον ὁ Εὐκρι@. ὑπισχνεῖτο γάρ.

mis digitis, tacitè autem edendo non obturat utramque maxillam ingestis buccellis: bibit etiam sensim, non affatim, sed interquiescendo. *Cor.* Etiamsi sitiat mater? *Cro.* Tum præcipuè, Corinna: & neque plus æquo loquitur, neque in quenquam eorum qui adsunt, dicteria torquet. Eum solum à quo conducta est, respicit. Et ob hoc illi amant ipsam. Et postquam eundum est cubitum, nihil petulans, nihil ineptum admittit, sed ex cunctis unum hoc aucupatur, ut illum alliciat, suique amatorem reddat. Hoc enim nomine ipsam cuncti laudant. Quòd si tu etiam hæc didiceris, nos quoque fœlices erimus. Nam cætera quidem multò ipsa. Sed nihil, ô chara Adrastia, addam amplius: vivas modò. *Cor.* At dic mihi mater, -ii qui mercede nos conducunt, omnes-ne tales sunt, qualis est hic Eucritus cum quo heri concubui. *Cro.* Non omnes: sed alii quidem meliores, alii jam viriles: nonnulli verò non admodum liberali forma præditi. *Cor.* Et cum istis concumbere oportebit? *Cro.* Maximè, filia: nam hi plura quoque dant. Formosi autem, hoc solum, pulchri esse volunt. Tu verò ejus quod plus est, rationem semper habeas, si cupis ut omnes brevi te commonstrent digito, ac dicant. Annon vides Corinnam Crobylæ filiam, ut est diritissima, & matrem reddit fœliciſſimam? Quid ais? facies-ne ista? facies, novi ego & facilè omnibus anteibis. Nunc autem ito lotum, si fortè veniat, etiam hodie adolescens ille Eucritus: ita enim pollicitus est.

ΜΗΤΗΡ, ΚΑΙ ΜΟΥΣΑΡΙΟΝ.

MATER, ET MVSARIVM.

ΜΗΤΗΡ.

Ἆρ' ἔτι τοιοῦτον ἐραστὴν εὕρομεν ὦ Μυσάριον, οἷος ὁ Χαιρίας ἐστί, ὑβρισμένον τῇ παιδίσκῃ διὰ σὲ λοιμὸν μηκέτι, τῇ Ἀφροδίτῃ δὲ, καὶ τῇ οὐρανίᾳ, δάμαλιν ἱερωτέραν, στεφανώσει δὲ σὺ τὸν πλουτοδότειραν. καὶ ἅλως, μακαρίαν, καὶ τερασκόπους ἐσόμεθα. νυνὶ γὰρ ἐκ τοῦ δεῖνος ἐλπίδα λαμβάνομεν; ὃς οὐδαμοῦ μὲ ὠφέλησε πώποτε, οὐκ ἐδώρησε, οὐκ ὑπεδήσατο, ἀλλὰ σοφίσεις ἀεὶ, καὶ ὑποχίσεις; ἐ μακραὶ ἐλπίδες, καὶ πολὺ τὸ ἐὰν ὁ πατὴρ, ἐ εἰ κύριος γένωμαι τῶν πατρῴων, καὶ πάντα σά. σὺ δὲ, καὶ ὀμωμοκέναι αὐτὸν φῂς, ὅτι νόμῳ σε γαμετὴν ποιήσει; Μυ. ἄμοσε γὰρ ὦ μῆτερ, καὶ τὰν Δηὼ, καὶ τὰν Ἀθαναίαν. Μη. καὶ πιστεύεις δηλαδή; καὶ ἅμα τοῦτο πρώην οὐκ ἔχοντι αὐτῷ σύμβολόν σοι συνεβάλλετο, τὸ δακτύλιον δόντας, ἀγοντος ἐμοῦ; ὁ δὲ, ἀπέδοτο.

MATER.

Si talem amatorem post hac inveniamus, Musarium, qualis Chæreas hic est: oportebit nos immolare, Publicæ quidem Veneri capram candidam, Cœlesti autem, & ei quæ in hortis est, juvencam utrique tertis quoque coronare opum largitricem. In summa, beatæ, terque fœlices erimus. Quippe vides nunc ab adolescente isto quam multa accipiamus, qui ne obolum quidem tibi dedit unquam, neque vestem, neque soleas, neque unguentum: sed apud ipsum semper excusationes, & pollicitationes, & spes longæ, & illud crebrum, Si pater, &, si paternarum opum fiam dominus, &, omnia tua. Tu etiam juravisse ipsum dicis, quòd lege uxorem se suam sit facturus. *Mu.* Iuravit, mater, per Cererem, & Proserpinam, & Minervam. *Ma.* Et credis illi scilicet? & ob hoc nuper, cum non haberet unde daret symbolum, annulum illi me inscia dedisti? at hunc ille venditum

scio nolletis. Quo pacto igitur discernit hoc Proteus, & viris bonis est profecturus, improbos verò periculorum amantiores, & audaciores non redditurus? Esto sanè ad hoc tantùm concursuros esse eos qui sunt ad utilitatem spectaturi. Proinde vos iterum interrogabo, Cupitisne liberos vestros illius æmulos fieri? haudquaquam dicetis. Et cur hoc quærebam, siquidem neque ullus ex discipulis ejus ipsum imitari vellet? Quare hoc potissimum Theageni vitio verti potest, quòd cùm in aliis virum æmuletur, præceptorem non sequatur, & comes eat ad Herculem, ut ajunt, profecto: siquidem posset brevi fosliciissimus evadere, etiam se in ignem conjiciendo. Neque enim in pera, & baculo, tritoque pallio sita est æmulatio: sed hæc tuta sunt, facilia, & cujusvis: finem ipsum, & caput æmulari oportet, & pyra ex truncis siculneis, quàm maximè viridibus constructa, à fumo suffocari. Ignis enim ipse non solùm Herculi, & Æsculapio est proprius, sed etiam sacri-

legis, & homicidis, quos ad eum judicio damnari videre est. Ita-

vulos eorum qui ibi aderant: Sententia est: *Vos ego, Viri Graci, lubens percontor, non parricidam illum Peregrinum, velitisne sceleratos homines, qui usquam sint, injuscemodi præceptori tradi. Ah! Cavete istuc dicatis; ita enim fieret, ut in juventutem vestram involarent, nullo metu impendentis mortis à tanto scelere deterriti. Quid autem? an & is, qui in hoc cœtu patres sunt, liberos suos in disciplinam vellent tradere hujuscemodi magistro?* &c. Ceterum interpolator depravavit interpretem. *Numquid etiam*, ait, *maleficos & facinorosos, ejus discipulos fieri cupiatis in ejusmodi tolerantia perdiscenda & morte contemnenda?* Pœne omiseram legi in MS. R. χρύσους, non χρυσοῦς, quod in primis observandum. *Tan. Faber.*

1 Παρὰ τὸ Ἡρακλέα, ὡς φασιν, ἀπόντα] In tribus verbulis bis peccat interpolator: *Ad Herculem, ut ajunt, profecto.* Pessimè. Vertendum enim fuit, *ut ipsi ait proficiscenti. Ipse*, inquam, non, *illi ajunt.* Præterea *proficiscenti*, non *profecto*; quippe ea narrat quæ nondum evenerant. Neque enim quisquam est omnium, qui istuc ἀπόντα ad significationem elapsi temporis hoc loco traduci postulet. Cetersum & ratio & MS. Regii auctoritas me admonent, ut ex his verbis παιδοδαίμων καὶ

χοντας. ὥστε ἄμεινον τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ καπῆναι. [1] ἴδιον γὰρ ὑμῶν μόνων ἂν γένοιτο. ἄλλως τε, ὁ μὲν Ἡρακλῆς, εἴπερ ἄρα, ἐκ ἐπόλυπός τι τοιοῦτον, ὑπὸ νόσου αὐτὸ ἔδρασεν, ὑπὸ δὲ [2] Κενταυρείου αἵματος ὡς φασιν ἡ τραγῳδία κατεθεατρίσθη. ὁ δὲ τις ἂν αἰτίας ἕνεκεν ἐμβάλλοι φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ; νὴ Δί' ὅπως τῷ κατηφείᾳ ἐπιδείξηται, καθάπερ οἱ Βραχμᾶνες. [3] ἐκείνοις γὰρ ἑαυτὸν ἦξιε Θεαγένης εἰκάζειν, ὥσπερ οὐκ οὖσι δὲ οὐ γνῶρις εἶναί τινας μωρίᾳ καὶ κενοδοξίᾳ ἀνθρώπους. ὅμως οἵ γε ἂν, κἂν, ἐκείνης μιμεῖσθαι. ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς [4] Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης, ἰδὼν Κάλανον καόμενον φησίν. ἀλλ' ἐπειδὰν νήσωσι, κἀκεῖνοι ἀκίνητοι ἀκίνητα παραπεμψάμενοι. εἶτ' ἐπιβάντες καὶ χάμαι

Itaque satius sit per fumum mori: nam hoc vobis solis esset proprium. Præterea Hercules, si tale quid est ausus, morbi impatientia fecit, cùm à Centauri sanguine, ut testatur tragœdia, exederetur. Sed hic quam ob causam seipsum in ignem conjicit? Per Iovem ut suam tolerantiam ostentet, veluti Brachmanes. Illis enim se Theagenes volebat assimilare: quasi verò non inveniantur etiam apud Indos, homines stulti, & inanis gloriæ cupidi. Attamen illos imitetur licet. Illi enim non insiliunt in ignem ut Onesicritus Alexandri gubernator, cùm Calanum, ut ajunt, conflagrantem vidisset: sed postquam rogum construxerint, immoti propè stantes, ita assari patienter ferunt: deinde ordine dignitatis

ἐς συμπόσιον ὀπὴ κεφαλῆς, ejiciam istud καὶ, & emendem versionem, *posset brevi* felicissimus evadere, se in ignem tum ipso præcipitem mittens. *Tan. Faber.*

1 Ἴδιον γὰρ ὑμῶν μόνων γένοιτο] Locus est corruptissimus. Quid enim? Dicit hoc loco rhetor anonymus astantes omnes dignos esse qui fumo pereant. ridiculum. itaque adeo miror reperiri potuisse & interpretes & lectores, quibus hæc placerent. Legendum est non ὑμῶν, sed κυνῶν, id est κυνικῶν φιλοσόφων. Lucianus Philosophos Cynicos, in quibus est Peregrinus, dignos deputat qui fumo pereant. κύνες enim passim sunt κυνικοί. Sed, (ut semper doctus est Lucianus, &, quod de illo ait Eunapius Sardianus, ἀπὸ σπουδῆς ἐς τὸ γελοιῶδες,) hoc loco facetissime dicit Cynicos dignos esse qui διὰ καπνὸς pereant; Videlicet Attici τοὺς ἀλαζόνας & ἰδιώτας, quales hic describuntur Cynici, καπνὸς vocabant Id docebit Scholiastes Aristophanis ad Σφῆκας, & Suidas in καπνὸς, inde Æschines cognomento Capnus. Vide, si te amas, Aristophanem. *Idem.*

2 Κενταυρείου αἵματος] Intelligit cruorem Nessi Centauri. *Idem.*

3 Ἐκείνοις γὰρ ἑαυτὸν ἦξιε Θεαγένης εἰκάζειν] Fallùm est. Neque enim se Theagenes cum Hercule & Æsculapio comparavit, sed Peregrinum, quod ex superioribus patet. Emenda ἐκείνοις γὰρ αὐτόν. Interpolator non viderat, interpretemque corruperat, à quo hic locus ita fuerat conversus, *illis enim præceptorem suum assimilare contendit.* Idem.

4 Ὀνησίκριτος] Is est quem in hac narratione sequutus est Plutarchus & Strabo in xv. Quæ enim ab illo in vita Alexandri de Calano Indo scripta fuere, his planè ἀδελφὰ sunt. Erit itaque operæ pretium locum ipsum apponere. Ταῦτα δ' εἰπὼν, κατακλιθεὶς, καὶ συγκαλυψάμενος, ὡς ἐκινήθη τὸ πυρὸς σκληρότερον, ἀλλ' ἐπὶ τὸ κατακλιθὲν ἠνέσχετο, τοῦτο διατηρῶν, &c. Id est, *Ita cùm esset locutus, decubuit, seque operuit, neque, appropinquante igne, sese movit, sed cum servans habitum quo decubuerat,* &c. quem Plutarchi locum si quis diligenter considerabit, facile

καίονται, δεῖ ὅσον ὀλίγον ἐντρίψαντες τὸ καταλείσειν. οὕτω γὰρ πάμεγα, εἰ ἐμπεσὼν πεδηθείη τις, συναρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ πυρός; ἆρα οὐκ ἐπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπηδήσας αὐτὸν, καὶ ἡμίφλεκτον, εἰ μὴ ὅσον φασὶ μηχανήσεται, βαδίζειν ἡσυχάζ, καὶ ἐν βόθρῳ τινὶ πυρᾶν. εἰσὶ δέ οἱ καὶ μεταβαλλεσθαι φασὶν αὐτὸν, καὶ πάνυ ὀνείρατα διηγεῖσθαι, ὡς δὲ Διὸς ἐκ ἐῶντος μιαίνειν ἱερὸν χωρίον. ἀλλὰ διαρρήδην τοῦτο μὰ ἔνεκα. ἐγὼ γὰρ διομοσαίμην ἄν, ἢ μὴν μηδένα τῶν θεῶν ἀχαναντήσειν, εἰ περιχεῖτο κακῶς ἀπόντος. εἰ μὴν οὐδὲ ῥᾴδιον αὐτῷ ἔτ' ἀναδῦναι. οἱ γὰρ συνόντες Κυνῖς, παρορμῶσι, καὶ συνωθοῦσιν εἰς τὸ πῦρ, καὶ ὑπεκ-

gnitatis ingressi, uruntur, ne tantillum quidem ab accubitu se avertentes. Sed iste quid magni præstet, si ab igne in quem se conjecerit correptus moriatur? Non à spe non resiliturum ipsum, & semiustum, nisi, quod ajunt, moliatur ut etiam in fovea, profunda fiat pyra. Sunt quoque qui ipsum mutatum iri dicunt, & somnia quædam narrare, tanquam Iupiter non sit passurus ut sacrum locum contaminet. At bono sit animo quantum ad hoc attinet. Ego enim jurare non dubitarem, nullum ex Diis ægrè laturum si malè pereat Peregrinus. Enimvero non facile ipsi fuerit amplius emergere. Nam Cynici qui cum ipso versantur, incitant & impellunt in ignem, animumque succen-

cile ei fuerit intelligere, quid sibi hoc Luciani velit, κ' πάμεγα καίονται, quod ignoravit Interpolator, cùm scripsit, *deinde ordine dignitatu ingressi uruntur.* At non ita vertendum fuerat, sed, *cremantur immoti & corporis habitu servato*; quod Plutarch. dixit de Calano, ἐν ᾧ κατακλίσει σῶμα, τοῦτο διατηρῶν. Sed ne quis dubitet, adscribam Luciani ipsius locum ex libello sequenti, ubi de his ipsis Brachmanibus agit. ἀκούω γ, inquit, τά τε ἄλλα σέβει αὐτῶν, καὶ ὅτι θᾶττον μείζονι ἀναζέοντες, ἀνέχοντας καιόμενοι, ἀδὲν τῷ σώματος ἢ τῆς κεφάλης ἐκτρέποντες. Tan. Faber.

1 Ἐντρίψαντες] Ex iis quæ modò attulimus legendum ἐκτρίψαντες. Idem.

2 Οὐκ ἀπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπηδήσας αὐτὸν ἢ ἡμίφλεκτον] *Non à spe non resiliturum ipsum & semiustum.* Interpol. hoc quid sit, intelligere arbitror hominem natum neminem. Interpretandum fuerat, *Cùm extra spem non sit, quin semiustus quoque* (aut, *quin vel semiustus*) *ex igne sit resiliturus.* Mihi tamen Græca oratio magis facta magisque elegans videretur, si legeres μὴ ἀπ' ἀναπηδήσας. Idem.

3 Μεταβαλλεσθαι] *Mutatum iri.* Interpolat. malè. Vertendum fuit, *Mutare sententiam.* De re præsenti loquitur: jam enim tergiversabatur Peregrinus. *Idem.*

4 Ἀναδῦναι] *Emergere.* Interpol. non potuit pejus: hoc enim loco ἀναδῦναι est *subterfugere, tergiversari*, ut ii faciunt, quos promissi pœnitet. Quod vel Homerus docuisse potuit Iliad. α.

ἀλλ' ἄπος ἔτι εἶχον ὑποτρέσσας, δεῖ' ἀναδῦναι
ἀψ λαοὺς ἐς ὅμιλον ——

Ita in Odyss. ἀπλῶς.

μή τίς μοι ἀναδύῃ ——

Itaque dixit Eustathius, τὸ, ἀναδῦναι, ἐν ἴσῳ τῷ, ἀναποδίσαι, εἶπεν, ὑποχωρῆσαι, item esse atque ἀναποδίσαι seu ὑποχωρῆσαι. Hesychius autem vertit μεταβαλέσθαι, *consilium mutare.* Cæterum Interpolator corrupit interpretem, qui sic verterat: *Neque promptum jam illi est à proposito regredi.* Eat itaque corrector quo dignus est. *Idem.*

5 Συνόντες Κύνες] Cynici, quod suprà dicebam. *Idem.*

κοιάσει τῷ γνώμῳ, οὐκ ἐῶντες ἀποδειλιᾶν. ὧν εἰ δύο συγκαθαμάσας ἐμπέσοι εἰς τὴν πυρᾶν, τοῦτο μόνον χαλεπὸν ἐργάσαιτο. ἤκουον δέ, ὡς οὐδὲ Πρωτεὺς ἔτι καλεῖσθαι ἀξιοῖ, ἀλλὰ Φοίνικα μετωνόμασεν ἑαυτόν, ὅτι δὴ Φοῖνιξ τὸ Ἰνδικὸν ὄρνεον ἐπιβαίνειν πυρᾶς λέγεται, πορφυρίζοντα μήρως ἀσβεβηκώς. ἀλλὰ δὴ λογοποιεῖ, καὶ χρησμούς τινας δείκνυσι [1] παλαιοὺς δή, ὡς χρεὼν εἴη [2] δαίμονα νυκτοφύλακα μόνον ἐκφυγεῖν αὐτόν. καὶ δῆλός ἐστι βωμῶν ἤδη ἐπιθυμῶν, καὶ [3] χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων. ἦ μὰ Δία οὐδὲν ἄπικνος οὐ τοῖς πολλοῖς τοῖς ἀνοήτοις δύρθησθαί τινας τὸν δὲ τεταρταῖον ἐπηλλάχθαι δι' αὐτὸ φήσοντας, καὶ νύκτωρ σὺν τῇ τύχῃ τῷ δαίμονι τῷ νυκτοφύλακι. οἱ καλάμαται δ' ἂν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ χρησμῴδιον οἴμαι, δι' ἄδυτον ἐπὶ τῇ πυρᾷ μηχανήσαντο, διότι δὴ Πρωτεὺς σοφὸς ὁ Διὸς, ὁ [4] πατὴρ δ' ἀνόμαστο, μαντικὸς ὢν. μαρτύρομαι δ', ἢ μὴν δι' ἱερείας αὐτὸν ἀποδειχθήσεσθαι, μαντίζων, ἢ καυτηριάν, ἢ τινα τοιαύτης τερατουργίας, ἢ δι' νὴ Δία cendunt, non finentes formidare: ex quibus si duos secum in pyram irruens traheret, lepidum hoc solum faceret. Quinetiam inaudivi, eum nolle Proteum amplius appellari, sed Phœnicem se transnominasse, quòd Phœnix avis Indica, senio confecta rogum conscendere dicatur. Sed & verba serit in vulgus, & prisca quædam oracula recenset, adeò ut necesse sit, ipsum noctis custodem Deum evasisse. Iamque liquet eum aras cupere, & aureas sibi erectum iri, sperare. Ac per Iovem, absurdum non est inter tot stolidos repertum iri aliquos qui dicant se per ipsum quartana liberatos, & noctu in Deum illum noctis custodem incidisse. Porrò execrandi isti ejus discipuli, etiam oraculum & adytum, opinor, supra pyram molientur, quia & Proteus ille Iove natus nominis hujus propater, vates erat. Testor etiam certò futurum ut sacerdotes illi constituantur, flagellorum, vel cauteriorum, aut cujuspiam hujusmodi monstrosæ rei: aut ut nocturna sacra, per Iovem, in

1 Παλαιοὺς δή] Τὸ γέλοιον est in hac particula δή, innuit enim non esse antiqua illa oracula, sed ἐφευρετικῶς. Tan. Faber.

2 Δαίμονα νυκτοφύλακα] Haud dubiè adversus terrores nocturnos, lemures, larvas, spectra, &c. Est quidem apud Plautum Deus Nocturnus in Amphitruone, & passim apud veteres Nox Dea; sed nil ad hanc rem. *Idem.*

3 Χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων] *Et aureas sibi erectum iri.* Interpolator. Ridiculè. Existimavit videlicet, χρυσοῦς esse casus quarti, quod δι' ὑσίας est. *Sperat Peregrinus fore ut aureus stet*, id est, ut aurea statua sibi ponatur. Quòd ita tritum est, & tralatitium, ut pœne pudeat exempla proferre. Sed à Luciano ipso non abibo. Ἐδόκτα τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χρυσοῦν ἀναστῆναι τὸν Τίμωνα, *Senatui populoque placuit aureum Timonem statuere*, id est auream Timoni statuam ponere. Virgil.

*Nos te marmoreum pro tempore fecimus.*

Et Horat.

*Albanos prope, te, lacus*
*Ponet marmoreum.*

qui autem χρυσοῦν legi debere dicat næ is suam peritiam aperuerit. *Idem.*

4 Πατὴρ δ' ἀνόμαστο] Scio quidem ὄνομα sumi quandoque pro persona; sed nihil hic tale. Ingeniosa Luciani facetia est. Debuerat dicere, Proteus ille Deus

πλειτλώ πω ἐπ' αὐτῷ ῥήσιος νυκτίφοιτον, καὶ δαδὸς χάω ἐπὶ τῇ πυρᾷ. Θεαγένης γ' ἔναγχος, ὡς μοι τὰς τ' ἐταίρου ἀπήγγειλε, καὶ Σιβύλλαν ἔφη ταῦτα μαντικὴν ταῦτ' εἶναι. καὶ τὰ ἔπη δὲ ἀπεμνημόνευσεν.

Ἀλλ' ὁπόταν Πρωτεὺς Κυνικῶν ὄχ' ἄριστος ἁπάντων,
Ζηνὸς ἐριγδούπου μάλα καὶ πυρὸς ἀκαμάτοιο,
Εἰς φλόγα πηδήσας, ἔλθῃ εἰς μακρὸν Ὄλυμπον,
Δὴ τότε πάντως ὁμῶς, οἱ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσι,
Νυκτιπόλον τιμῶν κέλομαι ἥρωα μέγιστον,
Σωφρονέων Ἡφαίστῳ, καὶ Ἡφαιστείῃ ἀκαμάτῃ.
Ταῦτα μὲ Θεαγένης Σιβύλλης ἀκηκοέναι φησίν. ἐγὼ δ', Βακίδος αὐτοῦ χρησμὸν ἐκεῖνο τυγχάνειν ἐρῶ. φησὶ δ' [1] ὁ Βάκις οὕτω σφόδρα εὖ ἐπεπόνθειν,

Ἀλλ' ὁπόταν Κυνικὸς πολυώνυμος εἰς φλόγα πολλὴν
Πηδήσῃ δόξης ὑπ' ἐριννύι θυμὸν ἐρείσας,

Δὴ τότε τοὺς ἄλλους [2] κυναλώπεκας, οἱ δὲ ἕκοντες,
Μιμεῖσθ' χρὴ πάντων ἀποιχομένοιο λύκοιο.
Ὃς δέ κε δειλὸς ἐὼν, φεύγῃ μένος Ἡφαίστοιο,
Λάεσσι βαλέουσι τοῦτον πέλας πάντως Ἀχαιοί,
Ὡς μὴ ψυχρὸς ἐὼν, θερμηναίμην ἐπὶ χειρῇ,

in ejus gratiam, & facis geſtatio ad pyram inſtituantur. Cæterùm Theagenes nuper, ut mihi quidam ex ſociis retulit, etiam Sibyllam ait de his rebus eſſe vaticinatam: atque ipſos verſus commemorabat.

Aſt ubi jam Proteus Cynicos longè optimus inter,
Igni ſuccenſo Iovis altitonantis ad ædem,
In flammam inſiliens, magnum conſcendet Olympum,
Tunc omnes quotquot fructu veſcuntur agrorum,
Noctivagum, ſummumque colant heroa jubemus,
Et cum Vulcano ſimul Alcidaque ſedentem.

Hæc quidem Theagenes ex Sibylla audiſſe ſe dicit. At illi Bacidis reſponſum ſuper his referam. Ait autem ad hunc modum Bacis, admodum bene ſubdens,

Quum vario Cynicus cognomine proruet acrem
In flammam, à furiis vanum ob compulſus honorem,
Extincti tum ſæva lupi, hunc quicunque ſequuntur,
Vulpicanes alios imitari fata decebit.
At quicunque metu trepidus vitaverit ignem,
Protinus hunc ſaxis populus contundat Achivus,
Ne dum friget iners, tentet fervere loquela,

Vſu-

---

φωστὴρ fuit noſtri Protei; ſed quia ille Sophiſtes *κυρίως* vocabatur Peregrinus non Proteus, maluit dicere φωστὴρ τῷ ὀνόματι, *nominis progenitor*, vel *nominis primus auctor*. Nam quid ſit *propater* ignorare me fateor. *Tan. Faber.*

1 Ὁ Βάκις] Hujus χρησμολόγου meminit aliquoties Ariſtophanes, ut ὁ ἔρεισπν & ἐπαοιδόν. Scholiaſtes tres ejus nominis commemorat, ut & Suidas, qui Scholiaſtæ locum in ſeſe tranſtulit. Ejuſmodi hominem ætas patrum noſtrorum vidit, Noſtradamum. Cæterum duas aut tres ex ejus prædictionibus apud Herodotum legas in VIII. Sed multo plures apud Pauſaniam. *Idem.*

2 Κυναλώπεκας] Convicium Ariſtophanicum. Intelligit Lucianus impoſtores. *Id.*

Χρυσοῦ σακκάριον πήρᾳ, μέλα πολλὰ δανείζων,
[1] Ἐν καλαῖς Πάτραισιν ἔχων τρὶς πέντε τάλαντα.
Τί ὑμῖν δοκεῖ ἄνδρες; ἆρα φαυλότερος χρησμολόγος ὁ Βάκις τῆς Σιβύλλης εἶναι; ὥστε ὥρα τοὺς γυμνασιοὺς τῶν τοὺς ὁμιλητὰς Πρωτέως, περισκοπεῖν ἵνθα ἑαυτοὺς ἐκκαθάρσωσι. τοῦτο γὰρ τὸν κατύσιν καλοῦσι. [2] ταῦτ' εἰπόντος, ἀνεβόησαν οἱ περεστῶτες ἅπαντες, ἤδη καιόμενοι, ἄξιοι καὶ πυρός. κἀγὼ ὁ μέν, καταβὰς γελῶν. [3] Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ τὸ θεαγένους. ἀλλ' ὡς ἤκουσε τῆς βοῆς, ἦκεν οὐδύς, κἀναβὰς, σκεπαρνίῳ, καὶ μυελὸν κεκαὶ διεξῆλθε καὶ ἐξεβόησεν. ὁ γὰρ οἶδα ὅτις ὁ βάλλων σκεῖος ἐκάλει. ἐγὼ δ' ἀφεὶς αὐτὸν ἀμφηγνύμενον, ἀπῆειν ὀψόμενος τοὺς ἀθλητάς. ἤδη γὰρ οἱ Ἑλλανοδίκαι ἐλέγοντο εἶναι ἐν τῷ [4] Πλειρίῳ. [5] τοῦτο μὲν σοι τὸ ἐν Ἠλίδι. ἐπὶ δὲ εἰς τὸν Ὀλυμπίαν ἀφικόμεθα, μετὰ μὲν ὁ [6] ὀπισθόδαμος τῶν κατηγορούντων Πρωτέως, ἢ ἐπαινούντων τὸν ἀποδιόρετον αὐτῷ ὥστε ἐς χεῖρας αὐτῶν ἦλθον οἱ πολλοί, ἄχρι δὴ παρελθὼν αὐτὸς

Vſuram exercens, auri prædivite pera,
In Patris nummoſus habens ter quinque talenta.
Quid vobis videtur viri? num deterior Sibylla vates eſſe Bacis? Sed jam tempus eſt admirandis Protei diſcipulis, circumſpiciendi ubi ſe in aërem convertent. Nam hoc combuſtionem vocant. Cùm hæc dixiſſet, exclamavit omnis circunſtantium corona, Jam urantur, igne digni. Atque hic quidem, deſcendit ridens. Porrò Neſtorem, nempe Theagenem non latuit vociferatio: verùm audito clamore, venit illicò. Et cùm aſcendiſſet, vociferabatur, eumque qui deſcenderat innumeris maledictis inſectabatur. Non enim ſcio quodnam illi optimo eſſet nomen. Cæterùm ego relicto illo qui ſe vociferatione rumpebat, abibam viſurus athletas. Jam enim certaminum judices in Circo eſſe dicebantur. Et hæc quidem acta ſunt in Elide. Poſtquam autem Olympiam venimus, plenum erat poſticum accuſatorum Protei, aut ejus inſtituti laudatorum: adeò ut plerique ipſorum venerint ad manus: donec

1 Ἐν καλαῖς Πάτραισιν] Intelligit Theagenem Cynicum, quem infra deſignat, ὁ χθιζὰς, ὁ ἐκ Πατρῶν. inde enim domo erat. *Tan. Faber.*

2 Ταῦτ' εἰπόντος] Hucuſque anonymi continuata oratio eſt. Cetera Lucianus veluti ex ſeſe. *Idem.*

3 Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ] Locus ex Homero ad Theagenem tranſlatus. Eſt autem primus verſus ἐξ ἀφροδίας. Hujus loci venuſtas ei non apparet, qui verſum integrum non legit, propter ἀκροτελεύτιον, quòd mirificè ad ridiculum facit. Sic autem ſe habet;

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πόντονδε φερομένη,

id eſt, etiam ſi biberet Neſtor, eum tamen clamor non latuit. *Idem.*

4 Πλειρίῳ] *Circo.* Interp. retinendum fuit, *in Plethrio*; locus erat in Gymnaſio Eleorum. Pauſanias. ἔστι δὲ ἐν γυμνασίῳ τῷ καλουμένῳ Πλείριον. ἐν δὲ αὐτῷ συμβάλλουσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τοῦ, &c. *Idem.*

5 Τοῦτο τὸ μὲν σοι] Leg. τοῦτο μὲν τοι. *Idem.*

6 Ὀπισθόδαμος] Credibile eſt fuiſſe magnum aliquod atrium, aut quid tale, Jovis

ὁ Πρωτεὺς μυελῷ τῷ πλήθει παρεπέμπετο μέσῳ, καὶ τότε τὴν ἔριν τῶν κηρύκων ἀγῶνα, λόγους τινὰς διεξῆλθε περὶ αὐτοῦ, τὸν βίον τε ὡς εἶεν, καὶ τοὺς κινδύνους, ὃς ἐκινδύνευσε διηγούμενος, καὶ ὅσα πράγματα Φιλοσοφίας ἕνεκα ὑπέμεινε. τὰ μὲν

donec adveniens ipse Proteus comite innumera multitudine, retro præconum certamen, quandam de se orationem habuit, narrans quomodo vixisset, quibus in periculis versatus esset, quotque molestias Philosophiæ causa pertulisset. Et multa quidem disse-

Iovis templo anpexum. Eodem in loco Herodotus olim suas recitavit historias, ut auctor est Lucianus alibi. Ceterum ὁπλιτόδρομος & στάδιος opponuntur. Diodorus XIV. ἐ μόνον γὰρ ἐν τοῖς σταδίοις ἢ τοῖς ὁπλιτοδρόμοις τῷ ἱερῷ, &c. Legendus autem tibi omnino Lucianus in Fugitivis, ubi historiam hanc ἐκκεκυφὸς. Ibi de Cynicis dicitur: καὶ βοᾶς τὸ ὁπλιτόδρομον ἐμπλήσουσι γλαυκῶντες. Tan. Faber.

1 Κατόπιν τῶν τοῦ κηρύκων ἀγῶνος ] Hunc locum sollicitavit vir doctus, & contendit legendum esse κατόπιν τῶν Κιρκωφάκης ἀγωγέων. Ignoscat, si non possum accedere suæ sententiæ: locus enim Luciani sanus est, nec minimam recipit mendi suspicionem. Κηρύκων ἀγὼν locus erat, ubi præcones de artis excellentia & vocis contentione certabant. Testis Diodorus lib. 18. ubi de epistola regis Alexandri, quam miserat, ut in Olympica celebritate recitaretur, sic ait: ταύτην δὲ σχεδὸν ἁπάντων ἀναγνωσθῆναι διὰ τὸ νικᾶσαι τὸν κήρυκα ἐπαγγελλόμενον, id est, eam autem jussit in publico certu legi à præcone, qui victoriam obtinuisset. Iulius Pollux lib. 4. cap 12: σχεδὸν δὲ Ὀλυμπιάσι τῶν ὑπηρετούντων, οἱ τὰ ἱερουργίαις ὑπεδιηκόνουν, ἀφ' ὧν τὸν ἀγῶνα τὰ Ὀλύμπια Ἄγχας Τύλλου καὶ τρεῖς ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδας ἐνίκα, καὶ Πυθοῖ δὲ ἐνίκα, καὶ εἰκὼν τις αὐτοῦ Πυθικὴ.

Τύλλου κήρυκι τὸ σὸν Ἀγχία Εὐκλέος υἱῷ
Δείξας ἁλμ' ὕδωρ Φοίβε ἐπ' ἀπημοσύνῃ
Ὃς τρὶς ἐπάρυξε τὸ Ὀλυμπίας αὐτὸς ἀγῶνα
Οὐδ' ὑποσαλπίζων, ἀτ' ἀναδείγματ' ἔχων.

Id est, *Primum autem Olympia, cum soli ejus regionis præcones, qui in sacris ministrabant, admitterentur, Primus exterorum certavit Archias Hyblæus, qui tres continua Olympiadas vicit, & Delphis etiam Pythia vicit, & extat ejus quadam imago Pythica:*

*Hyblæi præconis hanc Archia Euclеis filii*
*Accipe flatuam lubens, Phœbe, ob ejus incolumitatem,*
*Qui ter ipse certavit præconio in agone Olympico,*
*Nec tubulum in ore habens nec circa collum ligacula.*

Ex his patet præcones etiam de voce certasse, & inde sequitur fuisse illi certamini locum assignatum, de quo hoc loco fit mentio apud Lucianum. Videndus Georgius Syncellus pag. 208. post Olympiadem 88, ubi inveniuntur hæc verba ex Africano: σαλπικτῶν & κηρύκων ἀγὼν ἐφεστήκει τῇ Ὀλυμπιάδι, id est, *Tubicinum & præconum certamen aliis certaminibus additum est Olympia.* Videsis Iosephi Scaligeri epistolam numero 448. Cæterum de interpretatione vocum ὑποσαλπίζων & ἀναδείγματα non contendam, si quis certiora docuerit, nam ex sola nostra conjectura eas interpretatus sum sine auctoritate, nisi quod Hesychius habet ἀναδείγματα ἀνίας ἀφεῖ πραχάλεις, quod satis firmat nostram interpretationem, scilicet collum fasciis comprimebant, ne rumperentur nimia contentione arteriæ, & ut sonus vocis elatior fieret. De voce ὑποσαλπίζων, quam ex sola conjectura interpretatus sum, expecto, qui me doceat: alibi enim non reperitur. Hesychius in voce Σάλπιγξ hæc habet: σημειοσάλπιγξ ἀντὶ τοῦ κῆρυξ. Vnde conjeci, præcones usos fuisse quodam ubulo argent eo vel æreo tamquam tuba, ut eorum vox major & clarior audiretur. *Palm.* Qui sint κήρυκες & Εὐμολπίδαι norunt omnes præter illum qui Lucia-

ὧν εἰρηκόμα, πρὸς λῶ. ἐγὼ δ' ὀλίγα ἤκουσα ὑπὸ πλήθους τῶ θεατῶν. εἶτα φοβηθεὶς μὴ σπουδεοίλω ἐν τοσούτῳ τύρβῃ, ἅτε δ' πολλὰς τοῦτο πάσχοντας ἑώρων, ἀπῆλθον, μακρὰν χαίρειν φράσας ἡναλωμένῃ σοφιῇ, τ' ἐπιτάφιον ἑαυτῷ πρὸ τελευτῆς διεξιόντα. Πάλαι πότε τοσοῦτον ἐπήκουσα. ἔφη γάρ βούλεσθ' χρυσοῦ βίῳ χρυσῆν κορώνην ἐπιθῆναι. χρῆναι γὰρ τ' Ἡρακλείους βεβιωκότα, Ἡρακλείους ἀποθανεῖν, καὶ ἀναμιχθῆναι τῇ αἰθέρι. καὶ ἀφελοῦσθαι ἔφη βούλομαι τοὺς ἀνθρώ-

disseruit, verùm audivi pauca præ circumstantium multitudine. Deinde metuens ne in tanta turba comprimerer, cùm plerisque id accidere viderem, abivi, longum valere jubens sophistam illum mori gestientem, suique funeris epitaphium ante mortem recitantem. Verùm tunc magnum hoc audivi: quòd diceret velle se aureæ vitæ, auream coronidem imponere. Par esse ut qui Herculeam vitam vixisset, Herculeam mortem oppeteret, & cum aëre misceretur. Et volo, inquit, hominibus pro-

ni Pseudomantim convertit. Cùm enim simpliciter interpretandum esset. *Cercyces & Eumolpida* (quemadmodum passim, præcipuè autem apud Æmil. Probum in Alcibiade) homo meus *præcones & egregios cantores* esse maluit. Hoc autem loco nil nobis cum ejusmodi κήρυξιν. Non esse autem hunc locum de iis intelligendum qui ἐν κύκλοις κηρύττουσιν, ludam, opinor, operam, si probem. Nec etiam de præconibus ludorum placet accipi. Deinde quid sit *retro præconum certamen?* Verum quidem est ἀγὼν significare non *certamen* tantùm, sed & *locum certaminis*, apud Homerum, notante Eustathio: quemadmodum οἶνος vinum & locum in quo venditur. ἅλως oleum & locum in quo venundatur, ex Polluce, & χορὸς apud Homerum in ο. θ. pro loco τῆ χορείας. ita δεῖγμα duplicem significationem habebat notante Schol. in orat. contra Polyclem; sed quid fiet τῷ, κηρύκων? Sanè locus hic à doctis examinari debuerat, quod quia nondum fecere, dicam quod mihi videtur. Legendum hic puto non κατὰ τὸν τῶν κηρύκων ἀγῶνα, sed κατὰ τὸ Κερκυραϊκὸς ἀγωνίας. Audi quæso Pausanian in Eliacis. τῇ γοῦν δὴ, ἔνθα οἱ Ἑλλανοδίκαι διημερεύουσιν, ἐστὶν ἰσχὺς ἀλλὰ γοῦν, τὸ μυπαξὺ αὐτῶν, ἀγυιὰ μία. ταύτην ὀνομάζουσι Κερκυραϊκὴν οἱ Ἠλεῖοι. Nemo non videt quàm rectè huic Luciani loco conveniant, quæ à Pausania dicuntur. In hujusmodi autem locorum appellationibus, vicorum, platearum, &c. quàm sæpe peccent exscriptores librorum, nimis multa exempla probant. Hæc nostra est de hoc loco sententia, donec aliquis meliora protulerit. *Tan. Faber.*

1 Πάλαι πότε τοσοῦτον ἐπήκουσα] *Tunc magnum hoc audivi.* Interpol. quod ridiculum ἐς τὸ ἄκρον. Neque enim hoc loco τοσοῦτο *magnum hoc* significat, & qui ita existimant, næ illi haud dum etiam multa Græcè legerunt. Quid cùm Græci dicunt, τοσαῦτα εἰπὼν ἐπαύσατο, &c, καὶ ταῦτα εἰπὼν ἀπῆλθε, & τοσοῦτα ὁ Κόμμοδος εἰπὼν εἰς τὴ αὐλαῖα ἐπανῆλθεν, & Ioseph. in 11. ἀρχαιολογ. ἐ τοσοῦτο ἀπεσόμεθα, &c. sub finem cap. 111. quomodo verteres? Videsis, hæc una vocula sensum pervertit. Nimirum non animadverterat Interpolator τοσοῦτο nil esse aliud in hujusmodi loquendi generibus, quàm τῶτο. Cujus rei pudet citare testes; Tamen si vacat, adi Suidam & Stephanum. Interpretem corrupit Interpolator. *Idem.*

2 Χρυσοῦ βίῳ] Ita Pindarus χρυσοῦς ἵππους vocavit eximios. ita Catullus *aureolos pedes* puellæ, & alia ὅσα χάρις. Sed non modò χρυσοῦς pro pulchro, verùm & ἀργυρᾶς. Ita plerumque exponit Interpres Homeri, quem ineruditum vulgus Didymum vocat. *Idem.*

3 Ἀναμιχθῆναι τῇ αἰθέρι] Quod suprà dixerat ἐξαερωθῆναι. Idem.

1 Πρὸ-

πως, δίξας αὐτοῖς ὃν χρὴ τρόπον θανάτῳ κολάζεσθαι. πάνυ γὰρ δεῖ μοι τοὺς ἀνθρώπους Φιλοκτήτας γενέσθαι. οἱ μὲν οὖν ἀνοητότεροι τῶν ἀνθρώπων, ἐδάκρυον, καὶ ἐβόων σώζειν τοὺς Ἕλληνας. οἱ δὲ εὐθυμοδιάτριτοι, ἐκελευσμάτιζον, πάλαι τι δεδραμμένα. ὑφ' ὧν ὁ περιβύτης ὑπερήσθη, ἐλπίζων πάντως ἐξελθεῖν αὐτῶν, καὶ μὴ προσήσεσθαι τῷ πυρί, ἀλλὰ ἄκοντα δὴ καθεῖξεν τὸ βία. τὸ δὲ πάλιν τὰ δεδραμμένα, ἀδύνατον αὐτῷ προσαγορεῦσαι, ἀχθεσθῆναι μᾶλλον ἐποίησε. καίτοι ἤδη τελευτηκὼς τὸν χρόνον ἔχων, καὶ τὴ Δίκη ὑπεξιέναι. ὅτε καταπαυσε τὸν λόγον. ἐγὼ δ', εἰκάζεις οἴμαι πῶς ἐγέλασα. ἐδεῖ γὰρ ἐλεεῖν ἄξιον ὄντα, ἔτι δυσπρόσιτα τὰ δόξης ἀνθρώπου ὑπὸ ἄπαντος, ὅσοι τῇ αὐτῇ ποινῇ ἁλώσονται. παρεπέμπετο δ' ὅμως ὑπὸ πολλῶν, καὶ συνεφέρετο τῇ δόξῃ, ἀποβλέπων εἰς τὸ πλῆθος τῶν συμπαραζόντων, ὅτι εἰδὼς ὁ ἄθλιος ὅτι ἐν τοῖς ἐπὶ τῷ σταυρῷ ἀπαγομένοις, ἢ ὑπὸ δημίῳ ἐχομένοις, πολλῷ πλείους ἕπονται. καὶ δὴ τὰ μὲν Ὀλύμπια, πάλαι εἶχε, κἀλλίστα Ὀλυμπίων γενόμενα, ὧν ἐγὼ εἶδον, πεπράκεις ἤδη ὁρῶν. ἐγὼ δ', ὃ γὰρ ἐδυσπρόσιτον ὀχήματι ἅμα πολλῶν ἐξιόντων, ἄκων ὑπελιπόμην. ὁ δ', ἀεὶ ἀναβαλλόμενος, prodesse, ostendendo ipsis quo pacto mors sit contemnenda. Itaque oportet ut omnes homines Philoctetæ mihi fiant. Quare stultiores homines flebant, & clamabant, serva te Græcis incolumem. Sed cordatiores exclamabant, perfice quæ decrevisti. Quibus ille senex non mediocriter est turbatus, cùm speraret fore ut ab omnibus cohiberetur, nec eum in ignem immitterent, sed invitum in vita retinerent. Sed cum ipsi ex insperato accidisset, ut quæ decreverat, essent peragenda, magis expalluit & cùm jam mortui colorem præ se ferret, per lovem etiam subtrepidavit. Itaque finem dicendi fecit. Quantum autem ego risserim, opinor, conjicis. Neque enim commiseratione dignus erat homo ita miserè supra omnes gloriæ cupidus, quotquot hac pœna exagitantur. A multis tamen deducebatur, & gloria saturabatur conversis ad multitudinem admirantium oculis, nescius miser ille, multò plures sequi eos qui ad crucem ducuntur, & à carnifice tenentur. Et jam Olympia finem habebant, quæ quatuor illorum quæ vidi Olympiorum fuerunt pulcherrima: quum ego (non enim multis simul abeuntibus currum habere licebat) invitus relinquebar. Ille verò sem-

1 Προήσεσθαι τῷ πυρί] *Nec eum in ignem mitterent.* Interpolat. falsò. Non metuebat Peregrinus ne in ignem ab astantibus mitteretur, (nil quidquam tale in toto libello) sed non arbitrabatur permissuros unquam, ut se se in ignem sponte & ultro conjiceret; qui sensus longe alius est. Interpretem sequi noluit corrector. *Tan. Faber.*

2 Διεδραμμένα, ἀδύνατον] Restitue ut in MS. R. δεδραμμένα, πάνυ ἀδύνατον αὐτῷ, &c. *Idem.*

3 Ἀχεσθῆναι μᾶλλον] Rectiùs & elegantiùs in Cod. MS. Bibl. Reg. ἀχεῖσθαι ἐπὶ μᾶλλον ἐποίησε. Idem.

4 Τῇ αὐτῇ ποινῇ ἁλώσονται] *Hac pœna exagitantur.* Interp. Sed vertendum fuit, *hac Furia exagitantur*; Ποινὴ enim hoc loco Furia est; res notior quàm ut probari debeat. Inde suprà dixit Lucianus δίξας ἐριννύι. Idem.

[1]νύκτα τὸ πελλάδιον προειρηκὼς ἐπιδείξασθαι τῷ κρῶσιν. καὶ με ἅτε ἐπείρων τὸν Θαλαττόνικον μέσας νύκτας, ἐξαναστὰς, ἀπῆγεν ἐπὶ [2]Ἁρπίνης, ἵνα ἦν ἡ πυρά. παῖδιοι πάντες ὅτοι εἴκοσιν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπίας κατὰ τὸ ἱπποδρόμιον, ἀπιόντων πρὸς ἕω. καὶ ἐπεὶ τάχιστα ἀφικόμεθα, καταλαμβάνομεν πυρὸν γενησόμενον οὐ βάθει, ὅσον ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος. [3]δᾷδες ἦσαν τὰ πολλά. καὶ παρεβέβυστο τὸ φρυγάνων, ὡς ἀναφλεγείη τάχιστα. καὶ ἐπειδὴ ἡ σελήνη ἀνέτειλεν, ἔδει γὰρ κἀκείνην θεάσασθαι τὸ κάλλιστον τοῦτο ἔργον, πρέπουσαν ἐκείνῳ ἐσκευασμένῳ ἐς τὰ αὐτὰ τρόπον, καὶ ξυὼ αὐτὸς τὴν τίλην τοῦ κυνῆν. καὶ μάλιστα ὁ γραῦδις [4]ὁ ὦν Πατρῶν, δᾷδα ἔχων, ὡ φαῦλος δημιουργικῆς. ἐδαδοφόρει δὲ ὁ Πρωτεύς. καὶ προσελθόντες, ἄλλος ἄλλοθεν ἀνῆψαν τὸ πῦρ μέγιστον, ἅτε δὴ δᾳδῶν, καὶ φρυγάνων. ὁδὶ, καί μοι πάνυ ἤδη προσέχε τὸν νοῦν, λιπόντες μὲν τὸν πήρην, καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ ἡρακλέειον σκέπαρνον ῥόπαλον, ἔχοντα δὲ ὀδύνην ἀνυπόστατον ἀκριβῶς. εἶτα ἧκεν λιβανωτὸν ὡς ἐπιθόλοι ἐπὶ τὸ πῦρ. καὶ

semper differens, nocte tandem præmonuit, se combustionem sui spectandam exhibiturum. Et cùm quidam ex sociis circa mediam noctem experrectum me assumpsisset, ad Harpinam ubi erat rogus, rectà contendi. Erant integra viginti stadia, ab Olympia per hippodromum, ad auroram euntibus. Et quumprimum advenimus, deprehendimus pyram in profundo congestam ad ulnæ circiter modum profundam. Crebræ inerant faces, eratque sarmentis referta, ut citissimè conflagraret. Et postquam exorta est luna, quam etiam pulcherrimi hujus facinoris spectatricem esse oportebat, prodit ille eo quo semper solebat modo exornatus, & cum ipso Cynicorum agmina & potissimùm generosus ille Patrianus, facem tenens, non malus secundarum partium actor. Facem quoque gestabat Proteus: & accedentes, alius alia ex parte, ignem maximum, ut pote ex facibus & sarmentis accenderunt. Hic verò, & jam mihi mentem penitus adverte, depolita pera, lacero pallio, herculeaque illa clava, stetit in amiculo planè sordido. Deinde postulato thure, quod in ignem injiceret, acce-

1 Νύκτα προειρηκὼς] *Noctu præmonuit.* Interpolator. malè. νύκτα enim hoc loco non est pro νυκτὸς, seu νύκτωρ, sed προειρηκὼς νύκτα dixit Lucianus, quemadmodum Iuvenalis, de Statio, opinor, *promisitque diem.* Apud Ciceronem est, & apud Varronem & Livium, *prodixit* seu *prædixit diem.* Interpres proximè ad verum, *noctem ei rei destinavit.* Tan. Faber.

2 Ἁρπίνης] Quid sit Harpina seu Harpinna, docebit Pausanias in Eliacis. *Idem.*

3 Δᾷδες ἦσαν τὰ πολλά] Interpres sic vertit, longe certe ab auctoris mente, qui pyræ formam & materiam describit. Putavit interpres δᾷδες non aliud significare quam *fax.* Sed est arboris species, quæ Latinis *tæda* dicitur, de qua Plinius passim, & ideo vertendum erat, *ita tæda ut plurimum constabat.* Palm.

4 Ὁ ὢν Πατρῶν] *Ille Patranus.* Interp. Stephanus, seu Hermolaus ὁ τῆς ἐθνικοῖς agnoscit Πατρεύς, at Πατρεανὸς non agnoscit. Itaque dicendum fuerat *Patrensis*, ut usurpavit Cicero. Ceterum locus hic de Theagene est intelligendus. *Tan. Faber.*

1 Ἀπι-

ἀναδύηται· πὸς, ἐπίβαλέ τι, καὶ εἴπηι ἐς τὸν μεσημβρίαν ἀποβλέπων, καὶ γὰρ ἐς τοῦτο ἐκ τῆς τραγῳδίας ἦκεν ἡ μεσημβρία, δεῦρο μοι πατρῷοι, καὶ πατρῷαι, δέξασθέ με δόμοις. ταῦτα εἰπὼν, ἐπήδησεν εἰς τὸ πῦρ. ὡ μὲν ἐφέρετό γε, ἀλλὰ διεκρίθη ὑπὸ τῆς φλογὸς, πολλῆς ἐρεμνῆς. αὖθις ὁρῶ γελῶντάς τινας ὦ πάλαι Κρόνιε, τὴν παλαιοφανῆ σου τραγῳδίαν. ἐγὼ γὰρ τοὺς μητρῴους μοι δαίμονας ἐπιβοώμενον, μετὰ τοῦ δὴ ἀσφόδελα ἠπείλουν. ὅτε δὲ τοὺς πατρῴους ἐπεκαλέσατο, ἀναμνησθεὶς τοῦ θεοῦ τοῦ φόνου εἰρημένου, οὐδὲ κατέχειν ἠδυνάμην τὸν γέλωτα. οἱ Κυνικοὶ δὲ περεστῶτες τὸν πυρὸν, οὐκ ἐδάκρυον μὲν, σιωπῇ δὲ συνδεδικνῦσθαι λύπην ποιᾷ, εἰς τὸ πῦρ ὁρῶντες, ἄχρι δὴ [1] ἀποπνιγείς ἐπ' αὐτοῖς, ἀπίωμεν φημὶ ὦ μάκαιροι. ὡς γὰρ ἡδὺ τὸ θέαμα ἀπτημένου γέροντα ὁρᾶν, κίναδος ἀναπιμπλαμένους πονηροῦ. ἢ πρεπέτω εἴς' ἂν ζωγράφος τις ἐπελθὼν, ἀπεικάσῃ ὑμᾶς, οἵους τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐπείρους τοῦ Σωκράτους διαζωγράφουσιν; ἐκεῖνοι μὲν ἀγανακτοῦσι, καὶ ἐλεοδορεῖσθαι μοι δοκοῦσι, καὶ [2] ἐπὶ τὰς βακτηρίας

acceptum à quodam, injecit, & ad meridiem respiciens (etenim meridies etiam ad tragœdiam hanc pertinebat) dixit O materni, paternique dæmones excipite me propitii. Quibus dictis in ignem insiliit: nec visus est amplius, sed à flamma, quæ se magnam attollebat, est circumfusus. Iterum video te ridentem, egregie Cronie, fabulæ catastrophem. Ego autem per Iovem, non magno vertebam vitio ipsi quòd maternos dæmonas inclamaret. Sed quando patrios quoque invocavit, recordatus eorum quæ de cæde patris dicta sunt, non potui risum continere. Porrò Cynici rogum circumstantes, non flebant quidem: sed silentio mœrorem quendam præ se ferebant, ignem inspicientes, donec odore malè affectus, abeamus inquam ô stolidi. Non enim jucundum est spectaculum senem torrefactum videre, cum nidore malo impleamur. An expectatis dum adveniat pictor qui vos depingat, quales in carcere Socrati amicos appingunt? Illi autem indignabantur, meque convitiis proscindebant: nonnulli etiam ad fustes venerunt.

1 Ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς] *Odore malo affectus.* Interp. sed nil tale. Vbi enim, quæso, odoxille malus in ἀποπνίγομαι? Quid autem? αὐτοῖς ad quid refertur nisi ad Cynicos περιεστῶτας τὸ πυρὸν, ut à Luciano describuntur? Sed ignoravit interpres quid sit ἀποπνίγομαι ἐπ' ἀνθρώπῳ aut quid tale, præsertim verò apud Atticos, quos hic noster studiosissimè imitatur. Exempla sunt passim apud Aristophanem, & Demosthenem, &, (quis Interp. indiligentiam non miretur?) apud ipsummet Lucianum in dialogis ἐπιτρεχοῖς. Est autem ἀποπίγομαι δὴ τούτῳ φησὶ μικτὰ quod Latini dicunt, *Ea res me urit, me enecat*, Terent. *Vro hominem.* Horat. *Vror seu tibi candidos*, &c. Aristophanes κόμαι. Sed in re ita perspicua sit φεισθῶ τῆς παροιμίας διὰ τὸ πλῆθος. Tan. Faber.

2 Ἐπὶ τὰς βακτηρίας ἦξαν] *Ad fustes venerunt.* Interpol. istud verbum non ita vertendum fuit, quia aliter scribendum, scilicet ἦξαν *irruerunt, involarunt*, &c. Estque Attica syncope ab ἀίσσω, ut apud Aristophanem linguæ Atticæ canonem legitur, ὁ Πλοῦτος.

Ἐξηκόντιζον ἓν δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεώ,
*Exiluerunt è templo dracones duo.*

ita alibi Aristophanes, & ei synchronos Euripides. atque ita legisse interpretem, fi-

ἤξειν. εἶτα ἐπειδὴ ἠπείλησε ξυναρπάσειν τινὰς ἐμβαλεῖν εἰς τὸ πῦρ, ἀσπὶς ἔπεισέ τε διδασκάλῳ, ἐπαύσατο, καὶ ἐφίλει με ἤδη. ἐγὼ δὲ ἐπαινῶν, ποικίλως ἐπῄειμι πρὸς ἐμαυτὸν σκοπῶν τὸ φιλόδοξον, οἷόν τί ἐστι ἀναλογιζόμενον, ὡς μόνῳ μοι ἦτος ὁ ἔρως ἀφυκτῳ, καὶ τοῖς πάνυ δοκοῦσιν. οὐχ ὅπως ἐκείνῳ τινὶ δῆλα, καὶ τἆλλα ἐμπεπλήκτως, καὶ ἀπρεπεστέρως βεβιωκότι, καὶ οὗτος ἀναξίως ἔτυχε. εἶτα σκοτοῦσθαι πολλοῖς ἀπιδοῦσιν, ὡς ἠπόρουν τὸ ἐμὸν αὐτοί. ᾤοντο γὰρ ἤδη κεκαλλιψεσθαι ζῶντα αὐτόν. καὶ γὰρ ἐς τὸν τῆς ἀστραπαίας διεδίδοτο, ὡς [1] πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασόμενον, ὥσπερ ἀμέλει ἐς τοὺς Βραχμᾶνας φασὶ ποιεῖν, ἐπιδησεσθαι τὸ πυρᾶς. ἀπέστρεφον οὖν τοὺς πολλοὺς αὐτῶν, λέγων ἤδη πεπλεῖσθαι τὸ ἔργον, οἷς μὴ ἐς τοῦτ' αὐτὸ σκεπτόμενον ἦν, καὶ αὐτὸν ἰδεῖν τὸν τόπον, καὶ πλείψανον κατιλαμβάνειν τοῦ πυρᾶς. ἔοικα δὲ ὦ ἐπεῖρε, μυρία περιεσκεμμένα εἶχον, ἅπασι διηλθόμενος ἀνακρίνουσι, καὶ ἀκριβῶς σκοπουμένοις. εἰ μὲ δεῖ ἰδιόμι τινα [2] χαρίεντα,

nerunt. Sed postquam minatus sum me correptos aliquos conjecturum in ignem, ut præceptorem sequerentur destiterunt, & pacem egerunt. Ego autem revertens, variis modis, amice, apud me cogitabam de gloriæ amore, qualis ille sit reputans, quàm solus hic amor sit inevitabilis, etiam iis qui admirandi esse censentur: nedum illi viro, qui inter cætera stolidè & insipienter vixit, & ita ut igne non esset indignus. Exinde in multos incidebam qui spectatum ibant, cùm putarent fore ut eum adhuc vivum invenirent. Nam hoc pridie divulgatum erat, eum salutato sole oriente, quemadmodum Brachmanas factitare dicunt, pyram conscensurum. Itaque plerosque illorum ab incepto itinere averti, dicens rem omnem esse jam confectam: quibus ne hoc ipsum quidem diligentia dignum erat, vel ut locum ipsum viderent, & aliquas ignis reliquias invenirent. Hìc amice, infinita negotia habebam, dum omnibus contantibus disserebam. Quòd si gratum aliquem vidissem, inquirentibus, & accuratè percorum

dem fecerit ejus versio, sic enim habet, *A nonnullis quoque eorum ad fustes concursum est.* Vides lector, quantum Interpolatori debeat Interpres. Quid si libellum aliquem absque ullo duce interpretandum susceperisset? *Tan. Faber.*

1 Πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασόμενον] Legendum est voce unica προσανίσχοντα, id enim postulat τὸ ἀσπάζεσθαι. προσανίσχω & προσανίσχω, error. Prius illud apud Suidam, qui προσανίσχοντι, vertit per ἐξίσχοντι, qui locus à Porto male intellectus est. Vertendum enim fuerat προσανίσχοντι *id est orienti*, ut ἔξοχ ὦ φίλ' ἥλιε. Apud eundem Suidam linea sequenti lego unica voce προσανίσχοντα ἥλιον, ἀνατέλλοντα. Quem locum esse Luciani puto, hunc ipsum, inquam, qui nunc nobis in manibus est. *Idem.*

2 Χαρίεντα] *Gratum.* Interp. Satis prodit nescire se quid sit χαρίεις. Est enim præter significationes vulgares *doctus, peritus, eruditus.* Id fusè ostendit Casaubonus in commentariis ad Athenæum, *doctus, Jupiter, & laberiosis.* Sed ne αὐτόμολον abeam, addam loca aliquot. Lucianus in libello cui titulus est, πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, ita scribit. πλὴν ἀλλὰ μετρεώτερός γε ὁ ἰδιώτης ἔτος ἐστὶ, καὶ τῆς μὲν αὐτίκα δῆλον ἂν εἴη, ἄλλο δέ τι χαρίεντα ἐν συνουσίῃ ἱστορίαν μετα-

χειρι-

[1] ψιλὰ ἂν ὥσπερ σοὶ τὰ πραχθέντα διηγούμην. ὡς δ' τοὺς [2] βλάκας, καὶ πρὸς τὸν ἀκροᾶσιν κεχηνότας, ἐπῳδήν τι παρ' ἐμαυτῷ, ὡς ἐπειδὴ ἀκμὴν μὴ ἡ πυρὰ, ἐπέβαλε δ' Φέρων ἑαυτὸν ὁ Πρωτεὺς, σεισμῷ πρότερον μεγάλῳ χρησάμενος, σὺν μυκηθμῷ τε γῆς, γὼψ ἀναπταίμενος διὰ μέσης τῆς φλογὸς, οἴχεται εἰς τὸ ἐξωτάτω, ἀνθρωπίνῃ μεγάλῃ τῇ φωνῇ λέγων, [3] ἔλιπον γᾶν, βαίνω δ' εἰς Ὄλυμπον. ἐκείνου μὲν δὴ ἐπιθηπευσον, καὶ προσεκύνουν, ὑποφρίττοντες. καὶ ἀνεκρίνόν με λέγοντες πότερον, πρὸς ἕω, ἢ πρὸς δυσμὰς ἐπέχοιεν ὁ χώλος; ἐγὼ δ', τὸ ἐπιπλὸν ἀπεκρινάμην αὐτοῖς. ἀπιὼν δ' εἰς τὸν πανήγυριν ἐπίτηδες πρὸ πολλοῦ ἀνδρὶ, καὶ μὴ τὸ Διὸς ἀξιοπίστῳ τὸ πρόσωπον ἐπὶ τοῦ κώμου, καὶ τῇ λευκῇ στεμνότητι, καὶ τι ἄλλο διηγουμένῳ ὡς ὁ Πρωτεὺς, καὶ ὡς μὴ τὸ κρυφθῆναι, ἀπασιθ αὐτὸν ἐν λόγοις ἐθέλοντα μικρὸν ἔμπροσθεν, καὶ νῦν ἀπολιπόντα ὡς-

eorum quæ gesta erant, vel tenuissima, quemadmodum tibi, exponebam. Sed stupidis, & narrationi inhiantibus, tragicum aliquid comminiscebar, ut postquam incensa est pyra, seque in ignem conjecit Proteus, magno terræ motu priùs orto cum mugitu, vultur è media flamma subvolans, in cœlum abiit, magna voce humana dicens, Reliqui terram, in Olympum commigro. Proinde obstupescebant illi, & subhorrescentes adorabant: & quærebant ex me, utrum ad ortum, an ad occasum subductus esset vultur: ego verò quicquid succurrebat, iis respondebam. Porrò profectus ad celebritatem, incidi in virum canum, ac per Iovem cui vultus authoritatem pariebat, ob barbam, reliquamque gravitatem, quique inter cætera de Proteo narrabat, se postquam conflagrasset, conspexisse eum paulò antè alba veste amictum, & nunc reliquisse ambulantem hilari

χειρίσασθαι πανουκῶς. Vide τὸ χαρίεντα & τὸ ἰδιώτην inter se opponi. Sed is locus Luciani pessimè conversus est. Apud Plutarchum cùm Periander quidam, medicinæ arte clarus, laudaretur, verùm mala poëmata scriberet, ei Archidamus, τί δὴ ποτε, inquit, ὦ Περίανδρε, ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι δὴ συμβαίνεις. Vbi iterum videre est, κακὸν ποιητὴν opponi χαρίεντι ἰατρῷ. Hunc locum male intellexit Raphaël Regius. *Tan. Faber.*

1 Ψιλὰ ἂν ὥσπερ σοὶ τὰ πραχθέντα διηγούμην] *Eorum quæ gesta erant vel tenuissima, quemadmodum tibi, exponebam.* Interpolator. Vbi, quis risum vel indignationem teneat? Hisce ne licere hominibus bonos scriptores attingere? & quæ optimè ab interprete erant conversa, depravare? Sic enim planè & diserte interpres. *Illi rem omnem nudè & simpliciter, ut acta erat, quemadmodum tibi, commemorabam.* Idem.

2 Βλάκας] Hos Dial. Alex. & Pseudom. vocabat πάχνης. Bourd.

3 Ἔλιπον γᾶν] Ex tragicorum aliquo. Sed cur opus fuit dicere γᾶν potiùs quàm γῆν? Facit ea res πρὸς τὸ σεμνὸν, novæque apotheosi magis convenit. Somnium, inquies. At sudi Eustathium ad Iliad. Quo loco ait Athenienses prætulisse τὸ, ὦ Δέμητερ Doricum τῷ, ὦ Δήμητερ, quod commune erat & Atticum etiam. Locum ipsum præstat apponere. Ἀθηναῖοι δὲ προσλόμβδοι τῷ, ὦ Δήμητερ, καὶ οὕτως ἐξ Ἀθηνᾶ, τὸ, ὦ Δέμητερ, Δωρικόν, ὅτε τὸ θυμαρχικῶς λέγουσι, μαρτυροῦσι ἐξ αὐτοῦ σεμνὸ τῇ φωνῇ τὸ Ἄ-λφα. Possem addere Hermogenis locum lib. 1. περὶ ἰδιῶν, cap. VI. ubi agit περὶ τοῦ σεμνότητος; Sed non vacat transcribere. *Tan. Faber.*

1 Ἔπει-

παστάδι Φαιδρὸν ὁρᾶν τὸν [1] Ἐπαφρόδιτον Στοᾷ, [2] κορίνῳ τὴν ἴσταμένον. εἶτ' ἐπὶ πᾶσι ὠφθείσης τῷ γύπι διομνύμενος, ἢ μὴν αὐτὸς ἐωρακέναι ἀναπτάμενον ὑπὸ τῆς πυρᾶς, [3] ὃν ἐγὼ μικρὸν ἐμπροσθεν ἀφῆκα πέτεσθαι, [4] κεφαλαλγοῦντα τὴν ἀνάπτων, ἐβλακικὼν τὸν τρόπον. ἐνταῦθα τελοίμην οἷα εἰκὸς ἐπ' αὐτῷ γλιχήσεσθαι. ποίας μὲν μελίττας ἐπιζήσεσθαι ἐπὶ τὸν τόπον, τίνας δὲ τίτθιγας σὺν ἐπαγαγέσθαι, [5] τίνας δὲ κορώνας σὺν ἐπικτήσεσθαι, κρᾶτα ὡς ἐπὶ τὸ Ἡσιόδου πέφον, καὶ τὰ τοιαῦτα; εἰκόνας μὲν γὰρ περί τε Ἡλείων αὐτῶν πυρά τε τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οἷς ἐπεστάλκεναι ἔλεγεν, αὐτίκα μάλα οἴδα πολλὰς ἀναστησομένας. φασὶ δὲ πάσαις χρῆσθαι ταῖς εὐδόξοις πόλεσιν ἐπιστολὰς ἀφικέσθαι αὐτὸν, [6] ἀθήνησι τινὰς, καὶ διαθήκας, καὶ νόμους.

hilari vultu in Heptaphono Stoa, & oleaſtri corona redimitum. Poſtremò addidit, vulturem dejerans, ſe ex pyra ſubvolantem conſpexiſſe, quem ego paùlò antè volare omiſi, ſtultos, ſtupidoſque deridentem. Cæterùm conſidera, quæ propter ipſum veriſimile eſt futura. Quales apes locum non ſunt frequentaturæ, quæ cicadæ non acceſſuræ, quæ cornices non advolaturæ, quemadmodum ad ſepulchrum Heſiodi, & ſimilia? Imagines enim ab Eleis ipſis, cæteriſque Græcis, quibus etiam ſcripſiſſe dicebat, ſcio multas protinus erectum iri. Ajunt autem ipſum omnibus ferme celebrioribus civitatibus epiſtolas miſiſſe, teſtamenta quædam, admonitiones, & leges. Et

1 Ἐπαφρόδιτον Στοᾷ] Pauſanias in Eliacis auctor eſt, dictam quoque fuiſſe σκιαλίαν, (cave cum Attica eandem eſſe putes) & à nonnullis Ἡχὼ Στοὰν appellatam. Rationem addit; βούσαντι δὲ ἀνδρὶ, ἐπήκοος τοῦ ἠχοῦς ἡ φωνὴ ὅτι πόρρω ἔσται πλέον ἢ ἀποδιδῷ. p. 170. Editionis Sylburgianæ. *Tan. Faber.*

2 Κορίνῳ] Videlicet corona Olympiaca. *Idem.*

3 Ὃν ἐγὼ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀφῆκα πέτεσθαι] *Quem ego paulo antè volare omiſi.* Interpol. quod quid poteſt eſſe deterius? Luciani facetiſſimum dictum aperiam. Dixerat ſuprà χαμέζηλος ſcriptor, ſe, dum Peregrini mortem fatuis quibuſdam & κιγκόσιν ἀνθρωπαρίοις narrat, paucula quædam ὑπηρεγωδῆσαι: inter cetera autem evolaſſe vulturem è rogo, &c. Quæ res citò in plures ſparſa eſt, ut eſt *humanum genus avidum auricalarum*, ait Lucretius. Itaque adeo hic ſenex, credulus & religioſe mendax, vidiſſe ſe dicit vulturem illum; & tamen, ait Lucianus, memor eris, optimè Croni, me auctorem fuiſſe illius fabellæ, neque τοῦ ὄντος quidquam tale factum fuiſſe; nam, neſciens ne ſis, vulturem ego illum ἀφῆκα πέτεσθαι, illum è ſinu emiſeram, id eſt, mendaciolum illud deridendis iſtis fungis aſperſeram, &c. Interpres corruptus ab Interpolatore ſcripſerat: *Quem ego paulo antè volantem dimiſeram.* Idem.

4 Κεφαλαλγοῦντα τὴν] Lego κεφαλαλγῶν τὴν, alioqui διὰ χάμαι@ dictus fuerit vultur κεφαλαλγὴν τὴν ἀνάπτων. Idem.

5 Τίνας δὲ κορώνας ὦν] Æ. Menagius in animadverſionibus ad Diogenem Laërtium multis ſcriptorum teſtimoniis confirmat legendum eſſe τίνας χαλδέας, quæ veriſſima & maxime congruens lectio eſt. *Alm.*

6 Διαθήκας τινὰς] *Teſtamenta.* Interp. διαθήκας δὲ παραινέσεις, verte, *præcepta & admonitiones.* Alludit ad Pythagoræos, à quibus ſua præcepta ita vocitabantur. At fortaſſe, dixerit quiſpiam, alluſerit ad καινὴν διαθήκην Chriſtianorum Lucianus, ut eſt ſemper deriſor. Et ſi id concederem, non tamen inde ſequeretur vocem hanc verti per *teſtamentum* debere. Nam ἡ καινὴ διαθήκη ſignificat novum fœdus, quem-

[1] καὶ τινας ἐπὶ τούτων πρεσβευτὰς τοῦ ἐξαίφνης ἐχειροτόνησεν, νεκροκήρυκας, καὶ περιοδόμους ἀποστηρόσας. τοῦτο τέλος τῷ δαιμονίῳ Πρωτέως ἐγένετο, ἀνδρὸς ὡς βραχεῖ λόγῳ ἀφελεῖν, ὃς οὐδὲ ἀληθείας μὲν ὑδαπώποτε ἀπολείψαντος, ἐπὶ δόξῃ δὲ, καὶ τῷ δοκεῖν τοῦ πολλῶν ἐπαίνου, ἅπαντα ἐποίει ἀεὶ, καὶ πεπράξεντος, ὡς ἐπὶ τοῦτο ἀλίσκ, ὅπως μήθ' ἁπολαύσειν τοῦ ἐπαίνου μελλοι, ἀναιδέστατος αὐτῶν γεύσαμενος. ἵν' ἤδη σοι ἀποδιηγησάμενος, παύσωμαι, ὡς ἔχῃς ἐπιπολὺ γελᾶν. οἶσθα μὲν γὰρ πάλαι οἶσθα δήπου ἀκούσας μου, ὅτι ἥκων ἀπὸ Συρίας διηγησάμην σοι, ὡς ἀπὸ Τροάδος συμπλεύσαιμι αὐτῷ, καὶ τὴν τε ἄλλην τὴν ἐπὶ τοῦ πλοὸς τρυφὴν, καὶ τὸ μεσόκτιον τὸ ἐφ' ἡμῖν, ὃ ἔπεισι Κυνίζειν, ὡς ἔχοι ἑαυτὸς πρὸς [2] Ἀλκιβιάδου, καὶ ὡς ἐπιπλέοντα χθὲς μὲν τὴν νύκτα τὸ μέσον τοῦ Αἰγαίου, [3] γνόφου καταβάντος, καὶ κῦμα παραμέγεθες ἐγειραντος, σκότους μὲν τοῦ γυναικῶν ὁ

Et quosdam ex ſociis ad hæc legatos deſignavit, quos mortui nuntios, & Orci curſores appellavit. Hic finis fuit infœlicis illius Protei, viri, ut paucis perſtringam, qui veritatis rationem nullam unquam habuit: ſed ad gloriam, laudemque à vulgo reportandam omnia ſemper dixit, & fecit adeò ut in ignem quoque inſilierit, tum quum neque laudibus erat frũiturus, dempto illi à morte ſenſu. Vno adhuc tibi narrato, finem faciam, quò habeas unde abundè rideas. Illa enim jamdudum noſti, ſiquidem me, quum primum ex Syria veni narrantem audiviſti, ut à Troade cum ipſo navigarim, aliaſque inter navigandum delicias, & formoſum adoleſcentem, cui perſuaſit ut Cynicæ ſectæ ſe addiceret, videlicet, ut eſſet etiam ipſi Alcibiades: utque noctu perturbatus fuerit medio in Ægro, caligine oborta, & fluctum ingentem excitante, utque cum mulieribus plorarit

quemadmodum ἡ παλαιὰ διαθήκη vetus fœdus. Quis enim ibi mortuus eſt, cujus ea lex dici queat teſtamentum? *Tan. Faber.*

1 Καί τινας ὅτι τούτων πρεσβευτὰς] Legendum eſt ὅτι τύπις finem enim & φοαίρεσιν deſignat iſtuc ἐπί. Cùm hæc ad oram libelli aſſcripſiſſem, animadverti in Cod. Reg. legi ἐπὶ τύπῳ Cujus lectionis ſententia eadem planè eſt. *Idem.*

2 Ἀλκιβιάδου τινός] Amores & παιδικὰ Socratis, ut vulgus ſcriptorum exiſtimat; ſed quàm ab hac fœditate remotus fuerit Socrates, omnium, quotquot unquam fuere, hominum optimus & ſanctiſſimus, ſatis ſuperque oſtendunt divina illa Xenophontis ὑπομνημονεύματα; Tum præterea ipſius vita nuper à viro doctiſſimo, & linguæ Græcæ peritiſſimo D. Carpentario conſcripta. Hoc itaque auſim aſſerere;

*Si quis morte obita ſenſus tellure ſub ima eſt,*
*Socratici gaudent Manes, & grandior Umbra:*
*Ambulat Elyſium, tanti ſcriptoris honore.* Idem.

3 Γνόφου καταβάντος καὶ κῦμα παραμέγεθες ἐγειραντος] *Caligine obortâ & fluctum ingentem excitante.* Interpol. peſſimè. γνόφος enim hoc loco *turbo* eſt. Idque ſatis oſtendit nomen appoſitum καταβάς. Deinde, qui quæſo fieri poſſit ut *caligo attollat mare*, quod diceret Lucianus, καὶ κῦμα παραμέγεθες ἐγειραντος? Rem verò terribilem; Caliginem noctu fuiſſe. Videlicet ſunt hæc ægri ſomnia. Intelligit enim Lucianus turbinem illum qui vulgò dicitur ἀνεμίας, de quo Apuleius, in libello de Mundo, & alii. Euſtathius enim vocem hanc (γνόφος) deducit à νέφος.

Ple-

θανάτου κρείττων εἶναι δικῶν. ἀλλὰ μικρὸν ὕστερον τῆς πλάνης, ὡς σύνοιδεν ἐμοὶ καὶ ἡμερῶν, πλείων οἴμοι δὴ ἐμοὶ ἐμφαγὼν, ἅμα τῇ τοῦ νυκτὸς, καὶ ἐάλω πυρετῷ μάλα σφοδρῷ. ταῦτα δή μοι Ἀλέξανδρος ὁ ἰατρὸς διηγήσατο, μεταπεμψάμενος ὡς ἐπισκοπήσειεν αὐτόν. ἔφη οὖν καθαλοῦν αὐτὸν χαμαὶ κυλιόμενον, καὶ τὸν φλοιμὸν ἐκφέρειν, καὶ ψυχρὸν αὐτῷ πόνυ ἐρωτᾶν, ἑαυτὸν δὲ μὴ δύνασθαι. καίτοι εἶπεν ἔφη ὡς αὐτὸν, ὡς εἰ πάντως θανάτῳ δοῖεν, ἥκειν αὐτὸν ἐπὶ τὰς θύρας αὐτόματον. ὥστε καλῶς ἔχειν ἔπαθε, μηδὲν δὲ πυρὸς δεόμενον. νοεῖ αὖ φάναι, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἔνδοξον ὁ τρόπος ἡγοῖτ' ἄν, πᾶσι κοινὸς ὤν. ταῦτα μὲν ὁ Ἀλέξανδρος. ἐγὼ δέ, εἰ αὐτὸς πρὸ πολλῶν ἡμερῶν εἶδον αὐτὸν ἐγκεχρισμένον, ὡς ἀποδακρύσαι τῇ δρεμιεῖ φαρμάκου. ὁρᾷς; εἰ πάντα τὰς ἀμβλυωπούσας ὁ Αἰακὸς παραδέχεται. ὅμοιον ὡς εἴ τις ἐπὶ σταυροῦ ἀναβήσας μέλλων, τὸ σὺν τῷ δακτύλῳ πρόσπαισμα θεραπεύοι. τί σοι δοκεῖ ὁ Δημόκριτος εἰ ταῦτα

rarit admirandus ille, & qui morte potior videbatur. Sed paulò ante obitum, dies circiter novem, cùm plus æquo, ut opinor, comediſſet, evomuit noctu, & febre admodum vehementi eſt correptus. Quæ mihi medicus Alexander narravit, ad eum viſendum accerſitus. Ait ergo ſe illum ſemet humi volutantem inveniſſe, atque æſtum non ferentem, & frigidam magno deſiderio poſtulantem, ſe autem non dediſſe: at ipſi dixiſſe, ſi omnino mortem optaret, illam ultro ad januam eſſe venturam: ita ut rectè haberet eam ſequi, igne nihil indigens. Eum autem reſpondiſſe, hunc mortis modum, cùm ſit omnibus communis, non fore perinde glorioſum. Hæc quidem Alexander. Cæterùm ego, neque ipſe ante paucos dies vidi ipſum acri pharmaco unctum, ut lachrymas cieret. Viden'? Non omnino cæcutientes Æaeus admittit. Perinde ac ſiquis in crucem aſcenſurus, digiti vulnuſculo medeatur. Quid tibi videtur facturus fuiſſe Democritus, ſi hæc vidiſſet?

Pleriſque omnibus dici videtur ἀνὴρ θανάτου κρείττων quaſi παρὰ τὸ δουλεύειν τῷ πάθει. Quæ tu paſſim reperies: neque juvat tranſcribere. *Tan. Faber.*

1 Θανάτου κρείττων] *Morte potior.* Interp. Quid ſit ἀνὴρ θανάτου κρείττων, omnes, opinor, norunt; quid ſit *Vir morte potior*, non item. Vertendum itaque fuerat, *Vir morte ſuperior, quem mortis metus non deprimit, non frangit*, ut è contra ἀνὴρ θανάτου ἥττων is eſt, qui mortis pavore debilitatur, proſternitur & planè abjicitur. *Idem.*

2 Καὶ ψυχρὸν αὐτῷ πόνυ] Supple ὕδωρ: ellipſi. Vſ πόνυ, pro πόντον ὕδωρ. Vide Etymologicum Magnum in πόντος. A πόντος, eſt Græcorhomaicum πόνυ. Menagius.

3 Τί σοι δοκεῖ ὁ Δημόκριτος] Hujus loci vennſtatem corrupit Interpolator. *Quid tibi*, inquit, *videtur facturus fuiſſe Democritus, ſi hæc vidiſſet? meritò virum irriſiſſet.* Interpres autem, antequam interpolatus fuiſſet, quanto melius? *Quid tibi*, inquit, *facturus fuiſſe videtur Democritus, ſi horum ſpectator contigiſſet? nunquid pro dignitate virum derideret?* Senſus eſt. Cùm tanta in Peregrino gloriæ ſitis fuerit, cenſentu, Croni, ſatis unquam & κατ' ἀξίαν δοξάριον τῷ ἀνθρωπίσκῳ deriſurum fuiſſe Democritum? Dii boni! unde illi tantus riſus ſuppetere potuiſſet? Haud dubiè piiùs ei fuiſſet emoriendum quàm hominem pro virtutibus, ut diceret Terentius, exagitare potuiſſet. *Tan. Faber.*

5 Πό-

τε εἶδε; καὶ ἀξίως γελάσειε ἂν ἐπὶ τῷ ἀνθρ. καίτοι πόθεν εἶχεν ἐκεῖνος τοσοῦτον γέλωτα; οὐδ' ἂν ὦ φιλότης, γέλα ἐ αὐτός. καὶ μᾶλιστα ὁπόταν τ' ἄλλων ἀκούσῃς θαυμαζόντων αὐτόν.

disset? meritò virum irrisisset. Quanquam unde tantus illi risus suppetivisset? Proinde, amice, ride tu quoque: & tum maxime quum audies alios eum admirantes.

1 Πόθεν εἶχεν ἐκεῖνος τοσοῦτον γέλωτα] Quod de risu Democriti dixit Lucianus, idem de lacrymis Heraclitii scripserat Iuvenalis;

*Mirandum est unde ille oculis suffecerit humor.* Tan. Faber.

---

## ΔΡΑΠΕΤΑΙ. | FVGITIVI.

### ARGVMENTVM.

*Sunt tibi.* Nam frugi quidem esse appares utique ex habitu. Tum ego:

ρεσθ. Ἰω δ' ἐγὼ, ὀλίγοι γε χρηστοί, ὥσπερ βλέπω πανταχοῦ. Κριτίας ὄνομα. πόλις δέ μοι ἔνθεν, ὅθεν κἀμὲ ὑμᾶς. ὡς δ' ἀεροβατοῦντες ἐπυνθάνοντο, πῶς τὰ τῆ πόλεως, καὶ τὰ τοῦ κόσμου, ἦν δ' ἐγὼ, χαίρουσί γε πάντες, καὶ ἔστι χαίρουσιν). οἱ δὲ, ἀνένευον ταῖς ὀφρύσιν, οὐκ ἔτω. δυσκολαίνει γὰρ ἡ πόλις. ἦν δ' ἐγὼ κατὰ τὴν αὐτῶν γνώμην, ὑμεῖς πεδάρσιοι ὄντες, καὶ ὡς ἀπὸ ὑψηλοῦ ἄπαντα καθορῶντες, ὀξυδερκέστατα καὶ τάδε γινώσκετε. πῶς δὲ τὰ τοῦ αἰθέρος; μῶν σκολιόν ἐ ὁ ἥλιος, ἢ ὁ σελήνη κατὰ κάθετον φαίνεται; ὁ Ἄρης εἰ τετραγωνήσει τὸν Δία, καὶ ὁ Κρόνος ἑξαμετρήσει τὸν ἥλιον, ἢ Ἀφροδίτη εἰ μὴ τοῦ Ἑρμοῦ συνοδεύσει, καὶ Ἑρμαφρόδιτος ἀποκυήσουσιν, ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἥδεσθε, εἰ ῥαδαίας ὑετὸς ἐπάμψουσι, εἰ νιφετὸν πολλὴν ἐπιφουσῶσι τῇ γῇ, χάλαζαν δὲ, ἐ ἐρυσίβην εἰ καταξήσει, λοιμὸν, ἐ λιμὸν εἰ ἐπιπέμψουσιν, εἰ τὸ κεραυνοβόλον ἀχλὺν ἀπημαλδῆ, καὶ τὸ βροντῶδες ἀχεῖον ἀπεμεσθῇ. οἱδὲ, ὡς ἄπαντα καταῤῥωκότες, καταφλυάρουν τὰ αὐτῶν ἐφόρμια, ὡς μεγαλαγῶσι τὰ πεδάρσια. ἀπεξέσας δὲ, καὶ ταραχὴ τὴν πόλιν καταλήψεσθαι. τὰ φαεθόπεδα, ἤτοι τὸ σκαῦλον φήσουσι). τοῦτο σκληραχθεὶς, καὶ ὥσπερ πεῖνῶν καρόμενον οἰδήσεις, ἀφόρητον ἀνεβόησα, ὦ δαιμόνιοι ἄνδρες, μὴ μεγάλα λίαν λέγετε, φέροντες ὀδύνας κατ' ἀνθρώπων θυμολεόντων, πνεόντων δόρυ, καὶ λόγχας, καὶ λασιηλόφους περιφαλείας. ἀλλὰ ταῦθ' ὑμῖν ἐπὶ κεφαλὴν καταζήσεται, ὡς τὴν πατρίδα ὑμῶν

ego: Pauci, inquam, frugi sunt, ut ubique video. Critias autem nomen mihi est, Civitas verò inde, unde & vobis. Vt autem illi in aëre gradientes interrogarunt, quo pacto se res civitatis, & mundus adeò totus haberet, respondens ego: Bene, inquam, habent, & insuper etiam habebunt. Illi autem abnuentes superciliis, haud ita, inquiunt, Malè enim parturit civitas. Tum ego secundum ipsorum mentem: Vos, inquam, supra terram, & in sublime sublati, & ceu ex alto cuncta intuentes, acutissimè & hæc intellectu assecuti estis scilicet. Sed quo pacto ea quæ in æthere sunt, habent sese? Num deficiet sol, & ad perpendiculum luna interponetur? Num Mars quadrangulo aspectu solem aspiciet, & Saturnus ex diametro eundem? Num Venus cum Mercurio congredietur, & Hermaphroditos procreabunt, quibus vos delectamini? num pluvias impetuosas ac vehementes demittent? num densa nive terram insternent? Grandinem autem & rubiginem devolvent? Num pestem ac famem immittent? num vas illud fulminiferum exundat, & tonitruficum receptaculum repletum est? At illi, quasi cunctis præclare gestis, deblaterabant sua ista amabilia, quòd videlicet res statim immutandæ essent, perturbationes autem & tumultus civitatem invasuræ, & exercitus ab hostibus mox superandi. Ob hæc itaque animo conturbatus, & quemadmodum ilex incensa, intumescens, magna voce exclamavi, ô miseri hominum, ne vana adeò loquacitate efferamini, acuentes dentes adversus virus, leonum animos præ se ferentes, spirantes hastam & lanceas, & candicantes cristis galeas. Sed ista in vestrum caput convertantur, quando ita

καὶ τεύξηται. ὁ γὰρ αἰτιεργόμενος, τοῦτο ἡκηκόησι. ἐ τὴν πολυάχολον μεθημοσύνην κατωρθώκασι. εἰ δέ γε μαντικὴν, καὶ ζηντικὴν ὑμῖν παρέπεσεν, διαλῦσαι τὸ τῆ ἀμαθίας. γυναικῶν γὰρ δύρεσθε τοῦτο χαίδιον, καὶ παίγνιον. ἐπιπολὺ γὰρ τὰ τοιοῦτα αἱ τῆ γυναικῶν ἐπίνοιαι μετέρχον). Τρ. τί ἦ φῆς ταῦτα ἔφησαν ὦ καλὶ Κριτία οἱ κεκαρμένοι τὴν γνάμην, καὶ τὴν ἀφρόνιαν; Κρ. ἅπαντα ταῦτα παρέθεμεν, εἰς ἐπίνοιαν πεπτωκυῖαν ἐμὲ καταφυγόντες. ἔλεγον γὰρ ἡλίκης δίκης ἄσιτοι ἀφεμένεμεν. καὶ ἐπὶ παννύχης ὑμνῳδίας ἐπαγρυπνοῦντες, ὀνειρώξεσθαι τὰ τοιοῦτα. Τρ. σὺ ἦ τί φῆς αὐτὸς εἰρηκὼς; μέγα γὰρ ἔφησε, καὶ διηπορημένον. Κρ. θαρρῶ. οὐκ ἀγνοῶ. ἀντεῖπον γὰρ τὰ παλαιστά. τὰ γὰρ ἔξω τῆ ἀσιτῶν ῥυθμάματα ἔφω τρέπειν ὑμῶν, ὑπόζωον ὀνειροπολεῖτε, τὰ τοιοῦτα πᾶν παρεισάγον). οἱ ἦ, σεσηρὸς ὑπομειδιῶντες, ἔξω πᾶν παρέρχονται ἦ κλινιδίου. ὧδ' ἐγὼ, εἰ ἀληθῆ εἰσὶ ταῦτα ὦ αἰθέριοι, οὐκ ἂν ποτε ἀσφαλῶς τὰ μέλοντα ἐξιχνεύσητε. ἀλλὰ καταθέντες ὑπ' αὐτῶν, ληρήσετε τὰ μὴ ὄντα, μὴ ἦ χρήσιμα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως ληρεῖτε, ὀνείρως πιθανοὶ ὄντες. ἐ τὰ καλλιστα βελτίστιοθε, τίς ἦ πονηρὸς ἤδεσθε, μηδὲν ὑπόμνοι ἦ βελτίσεσθαι. ὥστε ἑκάστη τὰς ἀλλοκότους ταύτας φαντασίας, καὶ τὰ πονηρὰ βιλεύσεσθε, καὶ μαντεύσεσθε μὴ πᾶν θεὸς ὑμᾶς ἐς πόρρω κακὰ βάλοι, ἀφ' τὸ τῆ πατρίδι ἐπαρᾶς, ἐ λόγως κιβδήλως ἐπιφημίζειν. ἦτοι ἦ ἅπαντες ἵνα ὑμὸν ἔχοντες, ἐμοὶ πολλὰ κατεμέμ-

patriam vestram deprimitis. Non enim in aëre gradientes ista audivistis, neque negotiosam mathematicam perfectè adeò allecuti estis. Quòd si verò vaticinia vos, & præstigiæ huc induxerunt, duplex ignorantiæ nomen sustinetis. Nam hæc mulierum atque aniculârum inventa sunt & ludicra, Plerunque enim hujusmodi res muliebres curæ prosequuntur. *Tri.* Quid autem ad hæc respondêrunt, ô optime Critia, isti mente pariter, & sententiis detonsi? *Cri.* Cuncta hæc prætérierunt ad cogitationes illas à se inventas & exercitatas confugientes. Dicebant enim, soles decem absque cibo perseverabimus, & ad hymnos tota nocte decantandos vigilantes, talia somniamus. *Tri.* Tu verò quid ad ipsos dixisti? Magnum enim & dubium quiddam dixerunt. *Cri.* Confide, nihil ignavum. Contrà enim respondi pulcherrimè. Nam quæ vulgo aburbanis, inquam, de vobis jactantur, quando somniatis, hujuscemodi scilicet proferuntur? Illi autem caninum subridentes, extra lectulum aliquantum progrediuntur. Ego verò, si vera sunt, inquam, talia, ô ætherii, haud unquam sanè tutò ea quæ futura sunt, investigabitis, sed persuasi ab ipsis nugabimini, quæ neque sunt neque futura sunt. Verùm hæc quidè nescio quo pacto nugamini, somniis credentes, & quæ optima sunt, abominamini, malis autem delectamini, haud sanè quicquam abominatione ista promoventes. Quamobrem missas facite alienas istas imaginationes, & prava consilia, vaticiniaque, necubi deus vos in malam rem hinc ejiciat, eo quòd patriæ mala imprecamini, & verbis adulterinis illam affamini. At isti unum eundemque omnes animum habentes, me multum increpabant.

Φοιτ. καὶ εἰ βάλῃ, κὴ τάχα σοι, ἅπιπά με κὴ ὡς ἡλίω ἀνέωδεν ἔδηκεν, μέχρις ἂν ἡ χρηστή σε λαλιὰ λιθάρμονι ἀνέλυσε, κὴ ἄνθρωπον ἀπηκρίβησε. Τρι. σίγα ὦ Κριτία, κὴ μὴ διατρέπτεινε τὰς ὕβλας. ὁρᾷς γὰρ ὡς ἐξώλωταί μου ἡ ἡδονὴ, κὴ ὥσπερ κυφορῶ. ἐδήχθην γὰρ τοῖς σοῖς λόγοις, ὡς ὑπὸ κωνώπων λυπηρῶν. κὴ εἰ μὴ φάρμακόν τι λήθεδανὸν ἐμπιὼν ἠρεμήσω, αὐτή μοι μνήμη οἰκήσεται ἐν ἐμοὶ, μέγα κακὸν ἐργάσηται. ὥστε ἔασον τοῦτο, τοῦ δύνη δὸς πατρὸς ἀφεμένου, κὴ τοῦ πολυούτμου ᾠδὴν ἐς τέλος ἐπάγειν. ἀλλά τί τοῦτο; ἦ καὶ Κλεόλαος ἥδ' ἐστὶν, ὁ τοῖς ποσὶ μακρὰ βιόας, σπουδῇ δ' ἥκει, κὴ κρατέρα; μῶν ἐπιφανήσομαι αὐτῷ; Κρι. κὴ μάλα. Τρι. Κλεόλαε, μή τι ἀθυμήσῃς με ποσὶ, μὴ δ' παρέλθῃς, ἀλλ' ἐλθὲ χαίρων, εἰ γέ τιν μῦθον φέρεις. Κλε. χαίρετ' ἄμφω ὦ καλὼ ξυνωρίς. Τρι. τίς ἡ σπουδή; ἀσθμαίνεις γὰρ ἐπὶ πολύ. μῶν τι κοινὸν πέπραχται; Κλε. πέπτωκεν ὀρθῶς ἡ πάλαι βουλὴ Περσῶν, κὴ Σῦσα, κλεινὸν ἄστυ. πᾶσά σ' ἔτι γε πᾶσα χθὼν Ἀραβίας, χειρὶ κραταιᾷ τῇδε νωθὴς κράτει. Κρι. τοῦτ' ἐκεῖνο ὡς ἀεὶ τὸ θεῖον οὐκ ἀμελεῖ τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' αὐξεῖ, ἄγον ἐπὶ τὰ κρείττονα. ἡμεῖς δ' ὦ Τριεφῶν, τὰ καλὰ λίαν ὠρηκότες ἐσθλὰ ἐλυκείφαινον γὰρ ἐν τῇ ἀποδιώσει τὰ τοῖς τέκνοις καλιπεῖν ἐπὶ ταῖς Ἀλθήκαις. οἶδας γὰρ τὴν ἐμὴν πενίαν, ὡς ἐγὼ τὰ σά. τοῦτο δοκεῖ τοῖς παισὶν, εἰ

bant. Ac si placet, ista quoque tibi addam, quæ me etiam perinde ut statuam, murum reddiderunt, donec me frugi ista tua loquela, cùm jam in lapidem converterer, resolvit, & in hominem rursus restituit. *Tri.* Tace Critia, neque nugas istas longiùs extenderis. Vides enim quomodo intumuerit mihi venter: & quasi uterum gero. Morsus enim sum verbis à te modò dictis, perinde ut à cane rabiosa, ac nisi medicamentum aliquod oblivionem inducens, hautero, atque ita conquiescam, memoria hæc mecum cohabitans & quasi domi apud me residens, magnum aliquod malum procreabit. Quamobrem missos istos facito; precationem à patre incipiens, & celebre illud carmen ad finem apponens. Sed quid hoc? an non Cleolaus hic est, is qui pedibus longum adeò incedit? Seriò autem venit & accedit. Num alloquemur ipsum? *Cri.* Atque admodum. *Tri.* Cleolaë, nequid cursu prætervehare, neque præteras nos: sed accede lætus, si quidem nuntium aliquod affers. *Cle.* Salvete ambo, ô præclarum par amicorum. *Tri.* Quæ autem est festinatio ista? per multum enim anhelas. Num novum aliquid gestum est? *Cle.* Cecidit supercilium illud olim Persidis Fama celebratum, atque Susa, urbs inclyta, Cadet autem & omnis terra nobilis Arabum, Valida imperantis dextera & vi roboris. *Cri.* Hoc illud est, ut semper deus non negligit bonos. Sed auget, provehens in melius Nos autem ô Triephon, pulcherrima invenimus. Sollicitus enim mecum ipse eram, quidnam in morte liberis meis testamento relicturus essem. Nosti enim paupertatem meam, quemadmodum ego tuas res quoque. Hoc igitur sufficit liberis, Dies videlicet imperato-

ἡμέραν δ' αὐτικρύ που. πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἀπολείψει, οὐδ' ἔθος ἡμᾶς ὑ καταπλήσει. Τρι. καίτοι ὦ Κριτία, ταῦτα καταλείπω τοῖς παισίν, οἷς ἴδωσι Βαβυλῶνα ἀπολωλυῖαν, Αἴγυπτον δυλωθῆναι, τὰ τῶν Περσῶν τέκνα δούλειον ἡμέραν ἄγοντα, τὰς καθόδους τῶν Σκυθῶν πεπομένας, εἴθ' ὡς οὐ καταπεφθείσας. ἡμεῖς δ', ὁ ὦ Ἀθηναῖοι ἄγνωστον εὑρόντες, καὶ σεσωκότι εὐξάμενοι, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἀπείναντες, τούτῳ εὐχαριστήσομεν, ὡς παλαιοῖς ἀνδράσι τοιούτοις κρᾶται, ὑπήκοοι γενέσθαι. τὰς δ' λοιπὰς, ληρεῖν ἐάσωμεν, δηκεῖ δέ τις ὑπὲρ αὐτῶν εἰπεῖν, τὸ, ὁ φρονεῖς Ἱπποκλείδη καὶ τοῦτο παροιμίαν.

Οὗτος ὁ λόγος, τοῦ Δίτης τῶν Λουκιανοῦ.

ratoris. Neque enim divitiæ nos deficient, neque nos populus perterrebit. *Tri.* Et ego, ô Critia, hæc relinquam liberis, ut videant Babylonem perditam, Ægyptum in servitutem redactam, Persárum liberos servilem ætatem agentes, excursiones Scytharum sedatas, utinam & prorsus propulsatas. Nos autem illum Athenis ignotum inventum, adorantes & manus in cœlum tendentes, gratias illi agemus, ut qui digni facti fuerimus, hujusmodi potestati atque virtuti subjecti esse. Reliquos autem istos, nugari sinamus, contenti pro ipsis dicere notum illud, quod proverbio dici solet: Non est curæ Hippoclidi.

*Hic Dialogus, inter nothos Luciani refertur.*

---

## ΧΑΡΙΔΗΜΟΣ, Η ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΟΥΣ.

## CHARIDEMVS, SIVE DE PVLCHRITVDINE.

### ARGVMENTVM.

*Neque hic dialogus Luciani videtur esse, id quod Aldus quoque annotavit: & cum ex stylo, quanquam is multo simplicior hic, quam in superiore est, tum ex reliquo totius corporis contextu appareat. Continet autem encomium pulchritudinis seu formæ, tribus orationibus divisum, ut pote à tribus personis in convivio tractatum, quarum priores duæ præstantiam ac dignitatem pulchritudinis commendant, multis ad hoc deorum pariter, & hominum adhibitis exemplis. Postrema autem etiam vim & effectum illius, ex mutua collatione reliquarum virtutum, & eorum quæ vulgo inter bona recensentur. Cætera plana sunt.*

HER-

ΕΡΜΙΠΠΟΣ.

Περιπάτης ἴσχυρον χθὲς ὦ Χαρίδημε ποιούμενος σὺν τῇ θεραπείᾳ, ἅμα μὲν, ἐς τὰ παρὰ τῶν ἀγρῶν χαίρειν βασάνης, ἅμα δ', ἴσχυρον γάρ τι μελιτῶν, ἐς διόμενος ἡσυχίας. σὺν τούτοις δὴ Πρόξενος τῷ Ἐπικράτης. θεσπέσιον ἦν, ὥσπερ εἰώθειν, ἡρώτων ὅθεν τι προσοίσοιτο, καὶ ὅποι βαδίζοι. ὁδὶ, ἤκειν μὲ ἔφη καὶ αὐτὸς σκεῦ ἀφελήσας χάριν, ἅτε εἰώθει θεὸς τοῖς ἄγαν γίνεσθαι τῶν ἀγρῶν, ἀπολαύσων δ' ἐς τὰ τούτου ἐπιτηδεύσεως Ἐπικράτει, καὶ κύφης αὔρας, λὰπ συμποσίου μέσου κεκμήσει γεγονότος σὺν πειρασιεῖ, σὺν Ἀνδροκλέους δ' Ἐπιχάρους, τὰ ἐπινίκια πεπωκότος Ἑρμῇ. ὅπ δ' βιβλίον ἀναγνοὺς, σύκηπσεν σὺν Δίφσίοις, ἔφασκε δὲ ἄλλά τε πολλὰ γεγράφθαι ἀστεῖα, καὶ χαρίεντα, καὶ δὴ καὶ κάλλιστ' ἐσκῶμεν εἰρῆσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἃ σκεῖνον μὲ μὴ δύνασθαι εἰπεῖν ὑπό τε γήρως ἐπιλελησμένον. ἄλλως τε δ', ἐ σὺν ἐπιπολὺ λόγων μετεχηκότα. σὲ δ' ἂν ῥᾴδιως εἰπεῖν, ἅτε καὶ αὐτὸν ἐσκεκωμικότα, ἐ τοῖς ἄλλοις παρ' ὅλον τὸ συμπόσιον σεσεχηκότα τὸν. Χα. γέγονε ταῦτα ὦ Ἑρμιππε, ἐ μάτοι γε ὑδ' ἐμοὶ ῥᾴδιον ἐπ' ἀκριβείας ἅπαντα διεξιέναι. ἐ γὰρ οἷόν τε ἦν πάντων ἀκούειν, θορύβου πολλοῦ γινομένου, τε παρατεινομένου, τῶν τε ἐσιωμένων, ἄλλως τε, καὶ τὰ δυσχερέστερα ὀν μεμνῆσθαι λόγους σὺν συμποσίῳ γιγνομένους. οἶσθα γὰρ ὡς ἐπιλήσμονας ποιεῖ καὶ

HERMIPPVS.

Deambulabam fortè heri, in ſuburbio, Charideme, ſimul ut ex agrorum aſpectu me aliquantulum reficerem, ſimul etiam quietis & otii gratia, fortè enim tum meditabar quippiam. Obviam igitur mihi fit Proxenus Epicratis filius. Allocutus autem ipſum, quemadmodum conſueveram, interrogabam, unde veniret ſcilicet, & quò iturus eſſet. Tum ille, venire ſe quidem etiam ipſum reſpondet, huc oblectationis gratia, quam ex agrorum aſpectu percipere conſueviſſet, refici autem velle etiam temperata ac levi aura, quæ illos afflaret. Cæterum redire ſe à convivio, quod pulcherrimum peractum fuiſſet in Piræo apud Androclem Epicharis filium, qui ob partam victoriam, Mercurio ſacrificaſſet. Viciſſe autem ipſum in Diaſiis, libro quodam recitato. Commemorabat autem cum alia multa, quæ ibi acta eſſent, urbana & feſtiva, tum verò & pulchritudinis encomia à viris dicta, quæ illum quidem non poſſe referre, oblitum eorum præ ſenectute, præterea non ita multum in dicendo verſatum. Te verò, facilè commemoraturum, ajebat ut qui & ipſe encomium dixiſſes, & cæteris per totum convivium, animum adverteſſes.

*Char.* Facta ſunt hæc Hermippe, ut dicis, Veruntamen neque mihi facile fuerit, accuratè cuncta perſequi. Neque enim poſſibile erat omnia exaudire, multo tumultu excitato, & ab iis qui miniſtrabant, & ab iis qui convivabantur, præterquam quod ex difficilioribus hoc eſt meminiſſe eorum verborum, quæ in conviviis fiunt. Noſti enim quàm oblivioſos reddant, etiam eos qui alioqui plurimum

τὰς λίαν μνημονικωτάτας. πλὴν ἀλλὰ σὴν χάριν, ὡσὰν οἷόν τε ὦ, τὴν διήγησιν ποιήσομαι, οὐδὲν παραλείπων, ἂν ἀναμνησθῶ. *Ερ.* τοῦτων μὲν δὴ ἕνεκα, οἶδά σοι χάριν. ἀλλ' εἴ μοι τὰ πάντα λόγου ἐξαρχῆς ἀποδίδοις, ὅ, τι τὴν ὥραν ἀνέγνω βιβλίον Ἀνδροκλῆς, τίνα τε νενίκηκε, καὶ πόσας ὑμᾶς εἰς τὸ συμπόσιον κέκληκεν, ὅτως ἂν ἐκπλήρη κατηθῆτε τὴν χάριν. *Χα.* τὸ μὲν δὴ βιβλίον, ὦ ἑσκάμιον Ἡρακλέους ἔκ τινος ὀνείρατος, ὡς ἔλεγε, πεποιημένον αὐτῷ. νενίκηκε δ' Διότιμον τὸ μεγαρέα, ἀνταγωνισάμενον αὐτῷ περὶ τῶν ἀσπιδίων. μᾶλλον δὲ περὶ τῆς δόξης. *Ερ.* τί οὖν ὦ σκεῖνον ἀνέγνω βιβλίον; *Χα.* ἑσκώμιον τῶν Διοσκούρων. ἔφασκε δὲ καὶ αὐτὸς σὺν μεγάλων κινδύνων ὑπ' ἐκείνων σεσωσμένος, ταύτην αὐτοῖς κεχαρίσεσθαι τὴν χάριν. ἄλλως τε, καὶ ὑπ' ἐκείνων ξενικλημένος, ἔτι ἄκρους ἰσίους ἐν τοῖς ἐσχάτοις κινδύνοις φανέντων. παρῆσαν μέντοι τῷ συμποσίῳ καὶ ἄλλοι πολλοί, οἱ μέν, συγγενεῖς αὐτῷ. οἱδὲ, ὡς ἄλλως συνήθεις. οἱ δὲ λόγου τε ἄξιοι, τό, τε συμπόσιον ὅλον κεκοσμηκότες, καὶ κάλλους ἐσκώμια διελθόντες, Φίλων τε ἦν ὁ Δεινίου, καὶ Ἀρίστιππος ὁ Ἀγαθένους, ὡς τέτου αὐτός. συνηντίλεκτο δ' ἡμῖν ὁ Κλεώνυμος ὁ καλὸς, ὁ δ' Ἀνδροκλέους ἀδελφιδοῦς, μειράκιον ἁπαλόν τι, καὶ πεθυμμένον. νῦν μέντοι γε ἐδοκεῖ ἔχειν. πάνυ γὰρ προθύμως ἠκροᾶτο τῶν λόγων. προῆτο δ' ὁ Φίλων περὶ ὧν κάλλους ἤρξατο λέγειν, προοιμιασάμενος ὧδε. *Ερ.* μηδαμῶς ὦ ἑταῖρε, μὴ πρὶν τὸ ἑσκώμιον

rimum memoria valent. Sed numen tui gratia, quoad potero, commemorare tibi illa conabor, nihil eorum prætermittens, quæcunque memoria consequi potuero. *Herm.* Proinde ob hanc rem gratiam tibi habeo. Verùm enim si mihi totam à principio narrationem repetiveris, puta & quis liber fuerit, quem recitaverit Androcles, & quem, recitato eo superaverit, postremò & quosnam vos, ad convivium vocarit, ita demum plenam apud me gratiam inibis. *Char.* Ipse quidem liber encomium Herculis erat, ex somnio quodam, ceu dicebat, ab ipso compositum. Vicit autem Diotimum Megarensem illum, prospicis, imò verò pro gloria cum eo certans. *Her.* Quid autem libri erat, quod ille recitavit? *Char.* Encomium Castoris & Pollucis. Dicebat autem se quoque, ex magnis periculis abilis servatum, hanc illis gratiam persolvisse: præsertim, cùm abilis etiam confirmatus fuisset, & summis navium velis in extremo discrimine ipsi apparentibus. Aderant autem in convivio & alii multi partim cognati ipsius, partim aliàs familiaritate juncti, quique verò memoratu digni sunt, quique totum convivium cohonestarunt, laudesque pulchritudinis verbis persecuti sunt. Philo erat, Diniæ filius, & Aristippus Agathenis, tertiusque ipse. Accumbebat autem nobiscum & Cleonymus, formosus ille, Androclis nepos, adolescentulus tener & delicatus, qui mentem tum habere utique videbatur. Admodum enim attentè auscultabat, quæ dicebantur. Primus itaque Philo de pulchritudine incipiebat dicere, facto in hunc modum exordio. *Her.* Nequaquam, amice, ne mihi priùs ipsa encomia exor-

ξη, πρὶν ἄν μοι καὶ τὴν αἰτίαν
πεδῶς, ὑφ' ἧς εἰς τοῦτος ἀφήχθη-
τοὺς λόγους. Χα. εἰπῆ λέγετέ
εἰς ἡμᾶς ὦ γαθέ, πάλαι δυνα-
ίνους τ' ἄπαυστα λόγον διελθόντας,
παλλαγῆναι. τὴν ἀλλὰ τί πες ἄν
χρήσειεθ', ὁπότε φίλος τίς ὢν, βιάζοι-
ς; ἀνάγκη γὰρ ὑφίστασθαι πᾶν ὁπιοῦν. ἦν δ'
ἔτις αἰτίαν τ' λόγων, αὐτὸς ἦν Κλεώ-
υμος ὁ καλός. καθημένων γὰρ αὐτῶν με-
αξὺ ἐμοῦ τε, ὦ Ἀνδροκλείης τ' ἡδέ,
τολὺς ἐγίνετο λόγος τοῖς ἰδιώταις
ερὶ αὐτῶν, ἀποβλέπουσί τε εἰς αὐτὸν,
ὑπερεκπεπληγμένοις τὸ καλλος.
γεθον δὲ πάντων ὀλιγωρήσαντες, κα-
ηνῶ δεικνύντες ἐσκώμια τ' μειρα-
ίου. ἀγαθοῦντες δ' ἡμεῖς τ' ἀνδρῶν
τὸ φιλοκαλίαν, καὶ ἅμα ἐπαινέ-
αντες αὐτὸς, ὀρχίας τε πολλῆς εἶ-
αι ὑπολαβόντες, λόγοις ἀπολείπε-
θαι τ' ἰδιωτῶν περὶ τ' καλλίστων,
ὧν μάνω τούτων οἰόμεθα σοφέχειν, καὶ
ὴ πρᾶσθαι τ' περὶ κάλλους λόγων.
δεξεν δ' ἡμῖν, σὺν ἐνόμισε λέγειν τ'
παντον τ' παιδὸς, ἐγγὺς ἀνέχειν καλῶς,
μβαλεῖν γὰρ ἂν αὐτὸν εἰς τολαίαν τῦ-
φὴν, ἀλλ' ὅδε μ' ὥσπερ ἐκείνους ἅπας
ἀπίκτως, ὅσῳ ἔκρος τυχὶ λέγειν,
ἀλλ' ἕκαστον εἰπεῖν ἰδίᾳ, ὅσ' ἂν ἀπομνη-
μονεύσε περὶ τ' προκειμένω. καὶ δὴ δε-
ξάμενος ὁ Φίλων οὕτως, ὥστε τ'
λόγον ἐποιεῖτο, Ὡς ἔστ δεινὸν, εἰ
παιθ' ὅσα πεπόμθαμεν ἐκείνης ἡμέρας,
ὡς περὶ καλῶν ποιούμενοι τὴν ἀπο-
δὴν, αὐτῶ δὲ τ' κάλλους ὀδένα ποιη-
σόμενοι λόγον, ἀλλ' ὥσπ καθεδού-
μενοι σιγῇ, ὥσπερ δεδοικότες, μὴ
λάβωμεν ἡμᾶς αὐτὸς, ὑφ' ὧ ἀπρο-

exordiare, quam causſam quoque expoſueris, qua adducti, ad hoc argumentum tractandum proceſſeritis. *Char.* Præter rem moraris nos, ô optime, qui tibi jamdudum potuiſſemus: univerſa oratione expoſita, hinc abire. Veruntamen quid agas, quando quiſpiam, amicus exiſtens, tantopere urgeat? Neceſſe enim eſt quidvis etiam amici cauſſa perpeti. Cauſſam igitur quam quæris, qua ad hoc argumentum compulſi ſumus, ipſe Cleonymus, formoſus ille fuit. Cùm enim medius inter me & Androclem, avunculum, ſederet multus ab idiotis ſermo de eo fiebat, qui & reſpiciebant ad ipſum, & ad formam ejus, plus quam obſtupeſcebant. Propemodum igitur cæteris omnibus poſtpoſitis, ſedebant encomia adoleſcentis perſequentes. Nos autem admirati illorum erga pulchritudinem amorem ac ſtudium, & ſimul collaudatis ipſis, ſegnitiem magnam arbitrati ſumus eſſe, verbis ab idiotis ſuperari, præcipuè de pulcherrimis dicendo, quo ſolo nos illis præſtare putaremus. Atque ita de pulchritudine verba facere cœpimus. Viſum igitur nobis eſt, haud nominatim dicere laudes pueri, neque enim honeſtum fore, nam hoc pacto præcipitaturos nos ipſum in majorem inſolentiam eſſe, ſed tamen neque, ut illos, incompoſitè adeò, & ut ſeorſim ſingulos, quacunque de re propoſita commeminiſſent. Atque ita Philo, primus exorſus, in hunc modum verba fecit: Quàm indignum verò eſt, quòd, cum quæcunque in ſingulos dies agimus, pro iis tanquam pulchris, omnem operam ac diligentiam adhibeamus, de ipſo pulchro ſermonem nullum habemus, ſed perinde ſilentes actaciti ſedemus, ac ſi metuamus, ne fortè verbum aliquod de iis, pro quibus tantopere laboramus, vel impru-

δύζομαι τ ἄπαυστα χρόνον εἰπόντες. καίτοι πῶ τις ἂν χρήσαιτο περὶ πόντως τοῖς λόγοις, εἰ περὶ τ μηδενὸς ἀξίων σπουδάζων, περὶ δ καλλίστου σιγᾶν τ ὄντων; ἢ πῶς ἂν τὸ λόγοις καλὸν, σώζοιτο κάλλιον μᾶλλον, ἢ πάντα τἄλλα παρίοντας, περὶ αὐτῦ λίσσειν δ τέλος ἡμᾶς τ ἐκόντα παιτομένων. ἀλλ' ἵνα μὴ δόξω λίσσειν μᾶ ὡς χρὴ περὶ τύτου ἀφικέσθαι εἰδέναι, εἰπεῖν ὃ μηδὲν ἐπίσασθαι περὶ αὐτῦ, ὡς οἷόν τε βραχέα περὶ τύτου πειρήσομαι διελθεῖν. κάλλιστα γὰρ δὴ πάντες μᾶλλον ἐπεθύμησαν τυχεῖν. πάνυ σ' ἠξιώθησαν ὀλίγοι πάνυ. οἱ δ' ταύτης ἔτυχον τ δωρεᾶς, ἀθανατισθέντες πάντων δόξαν γενέσθαι, κ ὡς θεὸς θεῶν, ἐ ὡς ἀνθρώπων τὸ εἰκότα πλειστιμήσοι. τιμήσαντο δ, τ γῶν θεῶν ἐξ ἡρώων ἡγεμόνων, Ἡρακλῆς τί ἐστιν ὁ Διὸς, ἐ Διόσκουροι, κὴ Ἑλένη. ὧν ὁ μᾶ, ἀνδρίας ἕνεκα ταύτης λίσσεται τυχεῖν τ τιμῆς. Ἑλένη δ, δ κάλλους χάριν, αὐτῷ τε μεγαλεῖν εἰς θεὸν, κὴ τοῖς Διοσκούροις αἰτία γενέσθαι αὖθις αὐτῶ εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν τοῖς ὑπὸ γῆν σωθεῖσιν. ἀλλὰ μὴν ὅσις ἀνθρώπων ἠξιώθη τοῖς θεοῖς ὁμιλεῖν, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, πλὴν ὅσοι μετασχήσει κάλλους. Πέλοψ τε γοῦν τύτου χάριν τοῖς θεοῖς ἀμβροσίας μετέσχε, ἐ Γανυμήδης ὁ δ Δαρδάνε ὕτω κεκραπκέναι λίσεται δ πάντων ὑπάτου θεῶν, ὡς αὐτὸν οὐκ ἀναχέσθαι συμμετασχεῖν αὐτῷ τινα τ ἄλλων θεῶν τ ἥρως τ παιδικῶν, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ περίσσευσαν ἐγκόμβωμα

imprudentibus nobis excidat. Atqui ubinam aliquis oratione meritò utatur, si, cùm de illis, quæ nullius pretii sunt, tantopere contendat, de eo quod omnium pulcherrimum est, planè conticescat? aut quomodo id quod in verbis pulchrum est, rectiùs quàm omnia alia servari poterit, si de ipso fine eorum, quæ quotidie-guntur dicere prætermittamus. Verùm ne videar monere quidem scire, quo pacto oporteat nos circa pulchrum affectos esse, dicere autem ipsum, de eo nihil posse, quoad fieri potest, de eo breviter disserere conabor. Nam pulchritudine omnes quidem cupierunt potiri: pauci autem omnino illam sunt assecuti. Qui verò donum hoc fortè adepti fuere, illi omnium beatissimi fuisse visi sunt, & apud deos, & apud homines meritò honore affecti. Atque hujus rei argumentum tale fuerit. Nam eorum qui ex Heroibus in numerum deorum recepti sunt, Hercules, & Dioscuri, & Helene, Iovis sunt proles: quorum ille quidem, fortitudinis causâ, honorem hunc consecutus esse dicitur. Helena autem pulchritudinis gratia, cum se ipsam in deam mutasse, tum fratribus Dioscuris, causâ fuisse, ut ante ipsam, in cœlum ascenderent, iis quæ cæteri vita functi sub terra obnoxii premuntur, exoluti. Quanquam etiam, quicunque hominum deorum consuetudine frueretur, qui pulchritudinis particeps fuisset. Nam & Pelops eadem hac causâ cum diis Ambrosiæ particeps fuit, & Ganymedes ille Dardani, dicitur omnium summo deorum ita potitus esse. Quare etiam ipsum neque ullum deorum cæterorum alium voluisse secum venationis hujus, amorum sacrorum videlicet, participem fieri, gnus unquam judicatus fuit, ut alium reperire non licet, quam sed sibi soli decorum arbitratus esse,

σθαι, εἰς Γάργαρον καταβῆναι τὴν Ἴδης, ἀναλαβεῖν ὅλεθρόν τι ποιμνικὸν, ὅπως σωφρονῇ τὰ ἄλλα μέλλοι χρόνον. τοσοῦτον δ' ἐπιμέλειαν ἀεὶ πεποίηται τῶν καλῶν, ὡς ἐκ μόνου αὐτοὺς ἠξίωσε τῶν ἐρωμένων ἀναλαβεῖν ὅλεθρον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐπὶ γῆς ὤν, τι τύχοι κινούμενος, σωφρονῆσαι ἐκέλευσε τοῖς ἐρωμένοις. καὶ τοῦτο μὲν, ἡνίκα μόνον κύκνος, σωφρονίζει λέγων. τοῦτο δ' ὅτε εἶδε ταῦρος τὴν Εὐρώπην ἁρπάζει. εἰκασθεὶς δ' Ἀμφιτρύωνι, ἡρωΐδα τὴν Ἡρακλέα. καὶ πολλά τις ἂν ἔχοι λέγειν τηνικάδε μετὰ Διὸς, ὅπως ἂν οἷς ἐπιθυμᾷ συνείη μηχανώμενον. τὸ δὲ μέγιστον, καὶ οἷον ἂν τις θαυμάσειεν. ὁμιλῶν γὰρ τοῖς θεοῖς, ὁ γὰρ ἀνθρώπων ἐν ἐθέλει, πλὴν εἰ μὴ τοῖς καλοῖς. ὅτε δ' ὢν τούτοις δημηγορῶν, ὅταν πεποίηται σφόδρα τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ποιητὴν, ἐφρασεν ἂν καταπληκτικὸς, ὡς ὅτε μὲν τὴν ὠκεανίδα θεμιστεύειν τὸν Ἥφαιστον, καίτοι ἀνδρεῖον πάνυ εἰωθυῖαν ἐπιμελεῖν αὐτοῦ, ὅμως δ' αὐτὸν ὅπως ἐφόβησεν, ὅς ἤρξατο αὐτῇ τὸ μηδὲν παθεῖν, ἀλλὰ μέχρι λόγου σῆναι τὸν ὀργὴν τοῦ Διί. τὸν δ' ἄπαυστον θεὸν ὃν τῇ ὑστέρᾳ πάλιν οὐχ ἥττον κατέφησε φοβεῖσθαι, μὴ ἀναστάσιν αὐτοῖς ἐνέβαλε, καὶ θάλασσαν ἀπειλήσας. μέλλοι δ' σωφρονεῖν καλοῖς, ὅταν γένηται πρὸς, ἐν ἡμέρᾳ, καὶ τοῖς πᾶσιν ἐπιεικὴς, ὥστε μηδὲν ἧττον τοῖς ἄλλοις; ἐν αὐτὸ τὸ Διὸς εἶναι καταλιπεῖν, ὅπως μὴ φαίνοιτο τοῖς παιδικοῖς ἀηδὴς, ἐτέρᾳ τινὶ τῶν ὑπηκόων χρῆσθαι. καὶ τίνα καλλίω, καὶ οἷα τ' ὁρῶντα θαυμαζόμενον εἶναι, in Gargarum Idæ devolare, atque inde amasium suum, in eum locum, ubi per omne tempus cum illo consuetudinem haberet, subducere. Tantam autem curam ille semper habuit pulchrorum, ut non solùm cœlo dignatus eos fuerit, illuc ipsos attollens: sed & ipse in terram quocunque fors tulit, descenderit, ut cum amatis singulis locis congrederetur. Ac eam quidem ob rem, in cygnum conversus, cum Leda rem habuit, ob eandem autē & Tauri facie Europam rapuit. Assimilatus autem Amphitryoni, procreavit Herculem, multaque alia Iovis vaframenta enumerare quispiam possit, quibus ille eorum congressu, quorum desiderio tenebatur, potitus fuit. Quod autem maximum est, quodque aliquis miretur, cùm ille cum diis versaretur (neque enim hominum ulli conversatus est, præterquam pulchris) quoties inter illos concionem aliquam habuit, ita austerus fingitur à communi Græcorum poeta, ut in priore quidem oratione, Iunonem, quanquam illa antea ubique increpare ipsum consuevisset, nihilominus tamen ita perterruerit, ut ea satis habuerit, quod nihil gravius pateretur, & intra verba duntaxat, illius ira consisteret. In posteriore autem, deos universos non minore terrore affecerit, terram unà cum ipsis hominibus, & mare quoque, in sublime sublaturum sese minatus. At verò quoties cum pulchris congressurus est, ita manſuetus, & blandus, omnibusque æquabilis redditur, ut apud omnes alios, etiam ipso eo, quod Iupiter est depositō, videlicet ne molestus aut ingratus cuiquam eorum, quos amat, videatur, alienam aliquam formam induat, eamque pulcherrimam, & qua maximè putat, intuentem allici posse.

ὅσα τοσοῦτον αἰδῶς, καὶ τιμὴς παρέχεται τῷ κάλλει. Ἐ οὐχ ὁ μὲν Ζεὺς οὕτω μόνῳ ἐκέλω ἔ κάλλως, ἕ δ' ἄλλων αἰδὼς ἦεν, ἵνα μᾶλλον ἔχοι δίκη ταῦτα κατηγορέων Διὸς οὐχ ὑφ' ἕ κάλλως εἰρῆαι, ἀλλ' εἴ τις ἀκριβῶς ἰδελήσῃ σκοπεῖν, πάνυ ἂν εὕροι θεὸς ταυτὶ πεπονθὼς δι. οἷον τ μὲ Ποσειδῶ, ἕ Πέλοπ@ ἡττημένον. Υ'ακίνθ ᾗ, τ Ἀπόλλω, τ Ε'ρμῆ ᾗ, ἕ Κάδμ. Ἐ θεαὶ δ' ἐλάτίους ἔτι αἰσχύνοντ φανόμεναι τούτῳ, ἀλλ' ὥσπερ φιλοτιμίαν αὐτοῖς ἔχειν δοκεῖ, τὸ τῷ δίνι συγκεκομένην καλῷ διηγεῖαι, παρεχηᾶι τοῖς ἀνθρώποις. ἐπ ᾗ, τ μὲ ἄλλων ἀπάντων, ἐφίεσθ ἐστότης ὄσα, ἀχ ἑτέρᾳ ἀμφισβητεῖ, ὡσὶ ἂν ἄρχῃ, ἀλλ' Ἀθηνᾶ μ', τοῖς ἀνθρώποις ἡσυχάζειν τε ἐς πολέμους, ὡσὶς Ἄρεσι ἐ ἁρμάτων ὡσὶ δηόφις. ὡς δ' αὖτος Ἀθηνᾶ κἀκείνη ἐδὲ χωρεῖ τῶν πολεμικῶν. ἕ ᾗ γάμων Ἥ Ἀφροδίτῃ, ὑδ' αὐτῇ ὡσὶς αὐτῆς ὁμοχλεμένη περὶ ὧν ἐφορᾷ. ἐφίεσθ δ' ἐπὶ κάλλ τοσοῦτον φρονεῖ, κἠ πάσας ὑπερβάλλεσθαι δοκεῖ, ὥστ κἠ ἡ ἔρις αὐτὶς ἀλλήλας ὁπόταν πολεμῶσιν βελομένη, ὑδὲν ἄλο πρᾶξαι αὐτοῖς, ἢ κάλλ@. ὅτως οἰομένη ῥᾳδίως ὕστ ἤθελε κρατήσειν ἐρίδος, κ φρονίμως τοῦτο λογιζομένη. σκέψασθ δ' ἄν τις ὑπτοῦσι τῷ ἕ κάλλως ἀθεισίαν. ὡς γὰ ἐλάσσοτο ἕ μήλ, κ τῷ ἐπιγραφὴν ἀνελίξασθ, ἑκάστης αὐτῆς ὑπολαβοῦσης εἶναι τὸ μῆλον, μὴ ᾗ μιᾶς ᾗ τολμώσης τῷ ψῆφον κατ' αὐτῆς ὑποσχεῖν, ὡς ἀρ' αἰσχρότερα τ ἐπέρας εἴη τῷ ὄψιν, ἀνέχοντας ἂν

Tantum reverentiæ & honoris pulchritudini exhibet. Ac non solum ipse quidem Iupiter ita pulchritudine captus est, cæterorum autem deorum nullus, ut hæc magis accusationem Iovis continere videantur, quàm pro pulchritudine dicta esse, sed si quis diligenter considerare volet, omnibus etiam diis eadem hæc accidisse deprehendet. Vt, verbi gratia, Neptunum Pelopis forma captum fuisse. Hyacinthi autem Apollinem, & Mercurium Cadmi. Præterea neque deas pudet pulchritudine captas videri, sed hanc quasi æmulationem quandam honoris inter se habent, puta eam quæ cum pulchro aliquo rem habuit, narrare posse, hominibus sese dedisse. Iam verò, cùm ex cæteris omnibus, unaquæque suæ ac certæ rei præses sit, de iis, quibus quæque præest, nulla cum altera contendit, sed Minerva quidem hominibus ad bella gerenda præit, haudquaquam cum Diana de venatione pugnat, eodemque modo & illa Minervæ de re militari concedit. De nuptiis autem Iuno Veneri, neque hæc illi molesta est ob ea, quibus illa præsidet. At contrà singulæ ob formam & pulchritudinem eò usque animo efferuntur, omnesque alias excellere sibi videntur, ut cum Eris ipsas inter se mutuo discordes & inimicas reddere vellet, nihil aliud objecerit illis, quam pulchritudinem, ratæ hoc pacto facilimè sese hoc quod volebat, effecturam esse. Ac prudenter sanè hoc excogitavit. Animadverteritque vel inde aliquis pulchritudinis potestatem. Nam postquam pomum illud accepissent, & inscriptionem legissent, cum unaquæque suum illud esse censeret, neque tamen ulla contra se ipsam suffragium ferre sustineret, quòd videlicet altera turpior

, τ μ πατέρα, τ δ' ἀδελφόν τ, κ συνοικησι Δία, ἐπιτρέψασι τὴν δίκην αὐτῶ. ἔχει γ κὴ αὐτὸς τίς ἐστι δεσφήναζ κάλλιστη, κὴ πολλῶν ἀνδρείων ὄντων, κ σοφῶν, κ φρονιμων ἔν τι Ἑλλάδι, κὴ τῆ βαρβάρω, ὅσοι ἐπιτρέπειν τὴν κρίσιν ἐδύναντο Ἀλεξάνδρω τῷ Πριάμε, ψῆφον ἐναρμόσαι, κ καθικέσθαι ἐξενεγκεῖν, ὅτι κὴ φρονήσεως, κ σοφίας, κὴ ῥώμης ὑπερέχει τὸ κάλλος. τοσαύτην δ' πιμέλειαν ἀεὶ ποιεῖσθαι, κ σπουδὴν, ἀκμὴν εἶναι καλῆ, ὥστε κὴ τ ἱρῶν τὸ κοσμιώτατον, κ θεῶν ποιητὴν, σὺκ ἄλλοθέν ποθεν, ἢ ἀπὸ τ κάλλους πεπεικέναι ὑπολαμβάνειν. ἥδιον ἂν ἐν ἀκούσαι λόγων ἢ Ἥρα, ἢ πρίσβα Διὸς, θυγάτηρ μεγάλε Κρόνε. Ἀθηνᾶ δ' σὺκ ἂν βουληθεῖη τριτογένεια ὠνομάσθαι μᾶλλον ἢ γλαυκῶπις καλεῖσθαι. Ἀφροδίτη τὶ μηχανᾶσθαι ἂν μᾶλλον ἢ πάντως καλεῖσθαι χρυσῆ. ἅπαξ ἅπαντ' εἰς κάλλος πίνει. καίτοι ταῦτ' ἐ μόνον δικαίως ἔχει πρὸς οἱ κρείττους ἔχειν περὶ τούτου, ἀλλὰ κὴ μαρτύριόν ἐστιν ἀψευδὲς, κ κρείττω εἶναι πάντων τ ἄλλων. σὺκοῦν Ἀθηνᾶ μ, ἀνδρίας ἕνεκα, κ φρονήσεως ὠφέλειν ἐπιψηφίζει. ἀμφοτέρων γὰρ ὠφέλητο τούτων. Ἥρα δ' ἁπάσης ἀρχῆς, κ δυναστείας αἱρετώτερον ἀποφαίνει, συναγωνιστὴν αὐτῆ κὴ τ Διὰ σεβαλεῦσαι. εἰ τοίνυν ὕτω μ θεῖον, κ σεμνὸν τὸ κάλλος ἐστὶν, ὕτω γ ἀξιοσπούδαστον τοῖς θεοῖς, πῶς ἂν ἡμῖν ἔχοι καλῶς, μὴ κὴ αὐτὰς μιμουμένοις τὰς θεὰς, ἔργῳ τι, κ λόγῳ πᾶν, ὅ π ἔχομεν συναίρεσθαι τῆ κάλλει, πεῖραμ

pior esset, ad Iovem, harum quidem patrem, illius autem etiam fratrem & conjugem deveniunt, litem hanc illi disceptandam committentes. Ille autem cùm & per se ipse sententiam, quænam earum pulcherrima foret, proferre posset, & multi fortes, & sapientes, & prudentes cùm in Græcia, tum inter Barbaros essent, quibus eadem caussa delegari potuisset, Iudicium hoc Paridi, Priami filio commisit, manifestum adeò calculum ferens, quod & prudentiam, & sapientiam, & vires pulchritudo anteiret. Porrò tanto semper studio tantaque cura, formosæ audire expetivere, ut & heroum pariter, & deorum exornatori poëtæ persuaserint, non aliunde magis, quàm à pulchritudine sese appellare. Proinde libentius audierit niveis lacertis Iuno, quàm, antiqua dea, & Saturni magni filia. Minerva autem neque Tritogenia, quàm Glaucopis vocari maluerit. Et Venus, universo etiam redemerit, nominari, Aurea. Quæ cuncta ad pulchritudinem pertinent. Atqui hæc non modò argumento sunt, quo pacto illi, qui potiores habentur, circa hanc se gerant: sed & testimonium perhibent neutiquam falsum, quòd cæteris omnibus, præstantior eadem sit. Proinde Minerva quidem fortitudine pariter & prudentia præstare illam suffragatur, utrique enim harum præsidet ipsa. Iuno autem universa dominatione, atque potentia, expetendam magis esse, sententia sua declarat, in partem etiam Iove tanquam patrono, advocato. Quòd si igitur divina adeò res & veneranda, pulchritudo est, deinde & diis tantopere affectata, quomodo tandem honestum nobis fuerit, si non & ipsi deos imitantes, cùm rebus tum verbis, quibuscunque modis poterimus, pulchritudini patrocinemur. Atque

• Φίλων περὶ τ̃ κάλλους εἶπεν, ἐπιθεὶς τοῦτο τῇ πλάστῃ, ὡς ἐκλείσ᾽ ἂν τάχιον εἰρήκει, εἰ μὴ τὸ μακρολογεῖν ἠπίστατο τ̃ ἀδοκίμων σύμβουλον. μετ᾽ ὀλίγον δ᾽ ὕστερον Ἀρίστιππος ἤρξατο τ̃ λόγων, πολλὰ προτρεπόμενος προκληθεὶς ὑπ᾽ Ἀνδροκλείους. ὁ γὰρ ἐβούλετο λέγειν τὸ μὲ̃ Φίλωνι σύμφορον λέγειν. ἤρξατο δ᾽ οὑτωσί. Πολλοὶ πολλάκις ἀνθρωποι τὸ πρὸς τ̃ βέλτιστον, κἀγὼ ἡμῖν συμφερόντων ἀφέντες λέγειν, ἐφ᾽ ἑτέρους τινὰς ὥρμησαν ὑποθήσεις. ἀφ᾽ ὧν αὐτοῖς μὲ, δοκοῦσι δόξαν σοφίσασθαι, τοῖς δ᾽ ἀκροατ̃ς τὰς λόγους ἥδιον λυσιτελοῦντας ποιοῦσι. καὶ διελαλοῦσιν, οἶμαι, περὶ τ̃ αὐτῶν ἐρίζοντες ἀλλήλοις. οἱ δὲ, διηγούμενοι τὰ σφῶν οἴοις. ἔστι δ᾽, περὶ τ̃ ἀδιαφόρως ἀναλισκόντων λογομαχοῦντες. ὃς ἐγὼ τοῦτο πάντα καθελὼν πάντα, ὅπως τὸ βέλτιον τύχωσιν εἰπόντες σκοπῶν. ὃς νῦν ἐγὼ περὶ τῶν ὄντων ἀδὲν ὑγιὲς ἐγνωκέναι νομίζων, ἅμα τε, καὶ τὸ πᾶν ἀγνοίας τῶν βελτίστων κατηγορεῖν τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν, τ̃ δύνασθαι οἰόμενον εἶναι πάντη, τῷ αὐτῷ λυσιτελεστάτῳ, ἐκ καλλίστην τοῖς ἀκούσασι ὑποθήσασι ποιήσομαι τ̃ λόγων, καὶ ἢν πᾶς ὁστισοῦν ἂν φαίη κάλλιστ᾽ ἂν ἔχειν ἀκούειν καλλίστην. εἰ μὲ δὴν περί τινων ἑτέρων τοὺς λόγους ἐποιούμεθα νῦν, ἀλλὰ μὴ περὶ κάλλους, ἔρχεσθαι ἂν ἡμῖν ἀκόπως εἰς εἰπεῖν, ἀπηλλάχθαι περὶ αὐτ̃. τὸ δ᾽ ἆρα τοσαύτῃ ἀφθονίᾳ παρέχειν τοῖς βουλομένοις ἅπτεσθαι περὶ τούτου λόγων, ὡς σὺν εἰ μὴ κατ᾽ ἀξίαν τις ἐφικνεῖται τ̃ λόγῳ νομίζειν δυσχερῶν, ἀλλ᾽ ἢν ὡς πολλὰ

hæc quidem Philo, de pulchritudine peroravit, hoc quoque ad finem addens, quòd etiam plura his dicturus fuisset, nisi sciret orationem in conviviis longiorem improbari. Cæterum post illum statim Aristippus verba facere cœpit, multis antea ab Androcle invitatus. Neque enim volebat, veritus proximo post Philonem loco dicere. Exorsus autem inde est: Multi sæpe homines (inquit) omittentes de rebus optimis & nobis conducentibus dicere, ad alia nescio quæ argumenta abripi consuevere, ex quibus sibi quidem famam comparaturos se putant, auditores autem verbis nihil conferentibus obtundunt. Ac dicere solent, alii quidem de iisdem rebus inter se verbis contendentes, alii autem ea, quæ non existunt, commemorantes, alii etiam de iis, de quibus minimè necesse est, verba facientes. Quos sanè decebat omnibus hisce relictis, quo pacto conducibile aliquid dicere fortè possint, apud animum cogitare. Hos igitur, quando nunc ego de iis, quæ existunt, nihil sani cognovisse existimo, præsertim cùm aliorum ignorantiam de rebus optimis, reprehendentem in eadem vis incurrere, omnino stultitiæ cujusdam esse putem: idem argumentum orationis utilissimum atque pulcherrimum auditoribus proponam, quodque quivis fatebitur dignissimum esse, quod pulcherrimum quoque vocetur. Quòd si igitur de alia aliqua re verba faceremus, & non de pulcritudine, satis fuisset unum aliquem dicentem audisse, & exinde argumento eo relicto, ad alia transisse: nunc autem præsens hoc, tantam dicendi copiam præbet iis, qui de eo orationem instituunt, ut haudquaquam si quis pro dignitate ipsum non tractarit, ob id infeliciter sibi successisse rem

λοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτός τ διανοηθῆ συμβαλέσθαι πρὸς τὰς ἐπαίνους τῆς ἀμείνονος εἶναι περιφθῆναι τύχης. τὸ γὰρ ὅτῳ μὲ περιφανῶς ὑπὸ τῶν κρειττόνων τετιμῆσθαι, ὅτῳ δ' τοῖς ἀνθρώποις θεῖον, καὶ θεοπρεπὲς δόξαι, πᾶσι δ' τοῖς ὅσοι οἰκειότατοι τοῦτο νόμοι, ἐ οἷς μὲ ἂν πρῆξ πρὸς πάντων ἀποδεξαμένων, ὧν δ' ἀφίστατο μισηθέντων, καὶ ὑπὸ πρωτολίπτου ἀξιωμένων, τίς ἂν εἴη τοσοῦτον λόγων μετοχικὸς, ὡς' ἐπαινέσαι πρὸς ἀξίαν δρίσαι; ὃ μὴ ἀλλ' ἐπειδήπερ ὅτῳ πολλῶν αὐτῷ δεῖ τ ἐπαινεσόντων; ὥστε μόλις ἂν τ ἀξίας τύχοι, ὑδὲν ἀπεικὸς ἐ ἡμᾶς εἰ χειρεῖν λέγειν περὶ αὐτοῦ, μάλιστ' ὡς γε μὴ Φίλωνα ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. ὅτῳ δὲ σμικρότιμον, ἐ θεοπρεπὲς τ ὅτῳ ἐστὶν, ὥστε ἐν ὅσοι θεοὶ καλὰς τετιμήκασι, πρέπειν. ἀλλ' ὧν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐκ Διὸς Ἑλένη γεγαμένη, ὅτως ἐπεμνήσθη πρὸς πᾶσιν ἀνθρώποις, ὡς' ἐπ τῆς ἡλικίας ἔσαν αὐτὸς, καλὸν τὰ χρεῖαν τὸ Πελοποννήσῳ γεγάμθαι ὁ Θησεὺς, ὅτῳ τ ὥρας ἰδὼν ἠγάσθη, ὡς' ὕσης αὐτῷ καὶ βασιλείας ἀσφαλεστάτης, ἐ δόξης ὑ τ τυχόσης, ὅμως οὐκ ἤστο βιαίου αὐτῷ, τούτης ἐστερημένῳ, παρελθεῖν ἂ πάντας εὐδαιμονίᾳ, εἰ πιστὸν αὐτῷ γεγοῖτο σωτηρίαν. ὅτῳ ἂ Ἀφροδίτης, τὸ μὲ πρὸς ἔ πατρὸς λαβεῖν ἀπιστῶν, μὴ γὰρ ἂν αὐτὸν αὐτὸν ἐκδῶναι κατὰ ἡλικίας ἠμέλει, τὸν δ' ἔχειν ὑπερφερῆσαι ἐκείνῳ, ἐ παρελθεῖν, ὀλίγω-

rem arbitrari debeat, ſed ſi poſt multos alios, nonnihil ad priores laudes etiam ipſe conferre potuerit, benigniorem fortunam experiri putetur. Nam quòd manifeſtè adeò, à ſuperioribus, in honore habitum ſemper eſt, ab hominibus autem ita pro re divina, & expetenda, exiſtimatum, omnibuſque quicunque vivunt, peculiare ornamentum exiſtit, præterea & eos, quibus adeſt, ab omnibus amari & coli: illos autem quibus abeſt, odio haberi, neque dignos quos aſpicias, videri, facit, quiſnam dicendi facultate præditus tanta fuerit, ut id pro eo ac dignum eſt, laudare ſufficiat? Veruntamen, quoniam ita multis ipſi opus eſt laudatoribus, ut vix unquam pro dignitate tractari queat, nihil alienum aut indecorum fuerit, etiam nos aliquid de eo dicere conari, quanquam verentes nonnihil, verba facere poſt Philonem. Adeò autem omnium quæ ſunt, veneratione digniſſima, maximeque divina res, pulchritudo eſt, ut etiamſi omittamus dicere, quibus honoribus dii pulchros affecere, ſuperioribus certè temporibus illis, Helena ex Iove nata, in tanta apud omnes homines admiratione fuerit, ut cum adhuc infra ætatem eſſet, Theſeus ob aliam quandam rem in Peloponneſum profectus, conſpecta illius forma, in tantam admirationem ipſius venerit, ut cum & regnum haberet maximè tutum, & gloria excelleret nequaquam vulgari, nihilominus tamen putarit, ſibi vitam vitalem, ut ille ait, non eſſe, ſi illa careret: rurſum autem ſe omnes alios felicitate ſupergreſſurum eſſe, ſi ſecum illam cohabitare contingeret. Atque hoc animo cùm eſſet, à patre quidem ipſius accipere illam deſperavit, neque enim elocaturum ipſum illam, cum nondum ad juſtam ætatem perveniſſet, cæterùm imperio illius contempto atque deſpecto, ſpretiſque inſuper etiam omni-

ρήσας ἡ κρὴ τὸ ὦ Πελοποννήσου πάντων δυνατῶν, κρατησὰς αὐτοῦ τῆς ἁρπαγῆς καὶ Περιθόου τοῦ Ἰξιονίδου, βίᾳ λαβὼν αὐτὸν ἐκ πατρὸς, εἰς Ἄφιδναν ἐκόμισε τῆς Ἀττικῆς. καὶ τοσαύτῃ ἔσχε χάριν αὐτῷ τῆς συμμαχίας ταύτης, ὥσθ' ἅπαντα χρόνον, ὥσπερ καὶ τοῖς ἐπιγενομένοις παράδειγμα γενέσθαι τὴν Θησέως καὶ Περιθόου φιλίαν. ἐπειδὴ δὲ ἔδει κἀκεῖνον τὸ ἆθλον γενέσθαι, τὴν Δήμητρος μνηστεύσόμενον κόρην, ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἀριστίνων ταύτης αὐτὸν ἐπῳχίζοντο κωλύσοντες, συμπηλάξαντες αὐτῷ, ταύτην πτίπτουσι σὺν μισθῷ αὐτῷ κωλύσοντες τὴν χάριν περὶ τῆς ψυχῆς, ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεύσας. ἐπανελθόντα δ' εἰς Ἄργος, οὐδεὶς ἐπεδημήσεν αὐτῷ, ἐπειδὴ καθ' ὥραν ἦν γάμων, καίτοιγε ἔχοντες καλάς τε, καὶ εὐγενοῦς ἐκ τῆς Ἑλλάδος· φάσιν αὐτοῖς ἄγεσθαι γυναῖκας αἱ τῆς Ἑλλάδος βασίλεις, οἱδὲ, φιλοῦντες, ἐμνηστεύοντο ταύτην, τὰς ἄλλας ἁπάσας ὑπερεμένοντες ὡς φαυλοτέρας, γνόντες δ' ἦτε διαμάχητον ἴσην, καὶ διίστασθαι μὲν πόλεμον ἡγούμενοι τῇ Ἑλλάδι, μαχομένων πρὸς ἀλλήλους, ὁμωμόκασιν ὅρκον τοιοῦτον ψήφῳ κοινῇ, ἢ μὴν ἐπικυρήσειν τῇ ταύτης ἀξιωθέντι, μηδ' ἐπιτρέψειν ἄν τις ἀδικεῖν ἁρπάσαντα, ἴσας δὲ ὁμοίως ταύτην αὐτῷ τὴν συμμαχίαν βεβαιώσειν, καὶ μὴ δὲν ἰδίας γαμήσας ἀπέτυχεν πάντες, πλὴν Μενελάου. καὶ κρινῆς δ' ἐπεφήνατο αὐτίκα. ὁ πολλῷ γὰρ ὕστερον ἦλθεν ἡγουμένης τῆς θείας περὶ κάλλους, ἐπιτρέψασι τὴν κρίσιν Πριάμῳ τῷ Λαομέδοντος. ὁδὲ, τὸ

bus, qui tum in Peloponneſo agebant potentibus, aſſumpto Pirithoo, raptus ſocio, à patre vi abreptam in Aphidnam, Atticæ regionis oppidum aſportavit. Tantâ autem gratiam habuit Pirithoo pro hoc auxilio præſtito, ut ipſum per omne deinde tempus ita amarit, ut etiam poſteris in exemplum abierit, Theſei & Pirithoi amicitia. At poſtquam etiam illum oportebat ad Plutonis proficiſci regnum, ambientem filiam Cereris Proſerpinam, poſtquam multis ipſum dehortatus à propoſito, ne quid tale tentaret, avertere non potuit, unà cum ipſo profectus eſt, arbitratus debere ſe hanc illi referre gratiam, ut pro eo etiam animam in periculum poneret. Cæterùm ubi hoc profecto peregrè, illa Argos mox rediiſſet, poſtquam ætate nubilis facta eſt, quanquam principes Græciæ, & formoſas alias, & ex parentibus præclaris natas, ex tota ea terra ducere uxores ſibi poſſent, nihilominus tamen convenientes, hujus proci facti ſunt, cæteris omnibus, perinde ut vilioribus contemptis. Scientes autem, quod non abſque certamine ab uno aliquo ducenda eſſet, metuenteſque ne pugnantibus inter ſe aliquibus, bellum inde toti Græciæ oriretur, de communi ſententia in hæc verba jurarunt, quòd omnes auxilium ferre vellent ei, quicunque uxorem hanc ducere dignatus fuiſſet, neque cuiquam concedere, qui injuria aliqua afficere illum aggreſſus eſſet: exiſtimantes videlicet, quiſque ſibi auxilium & ſocietatem hanc parari. Propria quidem igitur ſententia fruſtrati omnes ſunt, præter Menelaum, communis autem pacti experimentum ſtatim dederunt. Non enim multò pòſt, cum contentio inter deas de pulchritudine orta eſſet, diſceptatio ejus litis Paridi Priami

filio

filio delegata fuit. Qui cum judicio inferior esset, quàm ut inter corpora dearum cognoscere posset, donorum autem cogeretur judex fieri. Ac Iuno quidem offerret illi totius Asiæ imperium, Minerva robur & vires ad bella, Venus autem Helenæ hujus nuptias. Ipse verò contrà secum ita cogitaret, quòd imperia quidem etiam vilibus & contemptis hominibus obvenire possent, Helena autem, non statim ullus posterorum dignus futurus esset, nuptias hujus cæteris rebus omnibus antepositi. Postea verò exorta celebri illa expeditione contra Trojanos, & Europa tunc primum contra Asiam bello concitata, cùm Trojani possent Helena reddita, sine periculo ac metu terram suam retinere, Græci autem hanc illis habendam permittentes, omnibus illis difficultatibus, quæ ex bello & expeditionibus percipiuntur, liberari: neutri consulere sibi ipsi voluerunt, rati non aliam pulchriorem belli caussam, ob quam morerentur, invenire se posse. Iam verò & dii, cùm certò scirent liberos suos in eodem bello perituros esse, haudquaquam illos ab eo absterruerunt, sed ad id ultro proficisci fecerunt, rati non minorem illi gloriam consecuturos eos esse, si pro Helena mortem obiissent, quàm quòd deorum filii procreati essent. Et quid attinet de filiis deorum dicere? cùm ipsi dii majore gravioreque certamine inter se eodem bello congressi fuerint, quam tunc, cùm contra gigantes bellum gessere. Nam in illo contra Gigantes, communibus ac mutuis auxiliis dimicarunt: hîc autem ipsi contra se ipsos arma tulerunt. Quo sanè argumento, quodnam aliud clarius esse potest, quanto etiam ipsis Diis judicibus, cæteras mortalium res omnes antecellat pulchritudo? Nam cùm pro aliarum quidem rerum nun-

τοπαρόντας φαίνοντας διενεχθέντες, ὑπὲρ ἧς ἡμῖν ἐπιδεδειγότες, ἀλλ' ἤδη ἔνιοι καὶ ἀλλήλοις σφαγὰς πεπολεμηκότες, ἔνιοι δὲ καὶ τραυθέντες, πᾶς οὐχ ἅπασαις ψήφοις σεσῶσθαι ἀπάντων τὸ κάλλος; ἀλλ' ἴσως μὲν δεξιᾷ δικαίᾳ τὸ περὶ κάλλους λόγον τοῦτο ταύτῃ διαφερέσθαι ἀεί, ἐφ' ἕτερον βούλομαι μεταβῆναι, ὀλιγωρίας ἕνεκεν ἧττον ἴσως ἐστί, ὥστε δίκαιον τῷ περὶ κάλλους ἀξίωμα, τὸ σωφρονεῖν εἰρημένον, τῷ Χαρικλέους Ἱππολύτειον Οἰνομάου. ὅσους δὲ ταύτης κάλλους ἀλόντας, μᾶλλον αἰρομένους ἀπέφηνεν ἀκαθησίους, ἢ ταύτης ἀνοικτιζομένους, ἧττον ἀθυμοῦντας. ὡς γὰρ ἐλάττῳ τῆς ἡλικίας ἡ παῖς, καὶ τῆς ἄλλας ὁ πατὴρ ἐν πολλῷ τῷ μέσῳ παρεισπεσοῦσα ἐώρᾳ, τῆς μὲν ὥρας αὐτῆς ἀλγεῖν, τοιαύτην γὰρ αὐτὴν θεᾶσθαι, ὥστε καὶ τὴν μακροκάρηνον ἀνταγάλλεσθαι τῇ φύσει, καὶ ἀφ' ταύτ' ἀξιοῦν αὐτῷ ἴσχειν παρ' ἑαυτῷ. βούλεσθαι δ' ἐνδιδόναι τηλικούτῳ αὐτῷ τῷ παύτης ἀξίῳ, τοῖς παρ' ἀνθρώποις φόβοις αἰτίας, μηχανᾶσθαι ἵνα μηχανᾶται τὴν ἐπιθυμίας ἀδικοτέρας. καὶ δὴ ὅπῃ ἐμφανῶς, ὅπερ ἐβούλετο, κρύπτεσθαι. ἐπεὶ γὰρ ἅρμασι ὡς οἷόν τε μάλιστα ἦν εἰς πάχος τὸ τέχνης ἐξειργασμένῳ, τοῖς ὧν Ἀρκαδίας ζῴοις σὺν τῷ τότε ταχίστοις ἵπποις, ἡμιλλᾶτο σφῶν τοῖς μνηστῆρσι τὸ κέρδος, ἆθλον τῆς νίκης παρελθόντας αὐτοῖς αὐτῷ σφαλῆναι, ἢ τέρασθαι τῆς κεφαλῆς ἐπιθυμοῦντας. ἐξῆν δ' αὐτῷ αὐτοῖς

quam ulla ullo modo inter sese discordes fuerint, pro pulchritudine autem, non solùm filios suos in mortem obtulerint, sed ipsi inter se dimicarint, nonnulli autem etiam vulnerati fuerint: an non omnibus calculis pulchritudinem cæteris rebus universis antepositam? At enim ne penuria quadam de pulchritudine dicendi circa hunc locum commorari diutius videamur, ad alium hinc transire volo, haudquaquam his quæ antè dicta sunt, ad comprobandam pulchritudinis dignitatem, inferiorem, nempe ad Hippodamiam Arcadis illius Oenomai filiam. Quam multos enim ille, pulchritudine hujus captos, ostendit, mortem subire voluisse potiùs, quàm ab hac dissociatos, lucem intueri. Nam postquam adultam ætatem attigit puella, illamque pater non parvo intervallo cæteras omnes anteire conspexit, ipse quoque forma illius captus est. Tanta enim hæc in illa excellebat, ut etiam eum, à quo nata fuerat, præter naturam illexerit. Proinde cùm ipse quidem illam, apud sese retinere cuperet, elocare autem velle ei, qui dignus illa foret, simularet ut hominum accusationem evitaret, technam quandam machinatur, cupiditate sua multò injustiorem, per quam putabat, id quod animo intendebat, facilimè sese conficere posse. Nam currui, quem quoad fieri maximè potuerat, ad celeritatem arte compararat, equis, qui ea tum ætate in Arcadia omnium velocissimi erant, junctis, cum procis puellæ, aurigatione certabat, ei videlicet, qui certamine superasset, sponsam illam proponens: qui verò victus esset, illum capite privandum edicens. Iubebat autem etiam ipsam unà conscen-

1 Παρεισπεσοῦσαν] Id est, ὑπερεισπεσοῦσαν. Aristides in Panathenaïco: ἡ πάντων βασιλέως παρεισπεσοῦσα ταῖς ἐπιτιμίαις. Menag.

1 Καὶ

πωσανακαίνειν τὸ ἅρμα, ὅπως ἀποχολάψωμοι περὶ ταύτην, ἀμελοῖεν τῆς ἱππικῆς. οἱ δ', ἀποτυχόντος τοῦ πρώτου ἀψαμένου τοῦ δρόμου, καὶ τὸν κήρυκα ἐκπεσόντα μὴ δὲ ζῆν, τὸ μὲ ἀποκτῆναι αὐτὸς τὸν ἀγῶνα, ἢ μεθῆναι τὴν τε βεβλαβῆσθαι, μεμφομένους εἶναι ὑπολαβόντες, τῷ δ' ὠμότητι μισήσαντες Οἰνομάου, ἄλλον ἄλλοι ἔφθασαν ἀποθνήσκοντα, ὥσπερ βεβαίως μὴ δὲ πιθάνως περὶ τὸ κῆρυκα ἀμφέρεται. [1] καὶ τοσοῦτος μὲ χρόνος τετρακαίδεκα νέων ὁ φόνος. ἤδει δ' ἐκεῖνον τὸν πονηρίας μισήσαντες ταῦτησι, τούς τε τεθνεῶτας ἅμα, καὶ τῷ κήρῳ ἐλεήσαντες, τὸν μὲ, ὅτι κτήματος ἀπεστέρωντο τοιούτου, τῷ κήρῳ δ' ὅτι τὸ ἔρως ἐκ τοῦ καιροῦ ἀπολαύσει, καὶ δόμοι τε δὲ νέοι, ὅστις ἔμελλε, Πέλοψ δ' ἦν ἐκεῖνος, ἀγωνιεῖσθαι. ἅρμα τε χαλίζοντα τούτῳ κάλλιον τέχνης πεποιημένον, ἵππους τε ἀθανάτους, οἱ ἔμελλε τὸν κήρυκα νικᾶν εἶναι. ἐκ γάρτοι με, τὸν κηδεστὴν ἐπὶ τέρμασι τὸ νίκης ἀπεκτονώς. ὅπου τοῦ δὲ κάλλους χρῆμα, ἀνθρώποις τε θεῖον εἶναι δοκεῖ, καὶ πρώτιστον τῶν πάντων, καὶ θεοῖς ἐπιτέδευμα πολλαχόσι. διὸ δὴ καὶ ἡμῖν οὐκ ἂν ἔχοι τις μεμφεσθαι δικαίως, σοφιζόμενοις τὸ ταῦτα περὶ κάλλους διεξελθεῖν. ὅπου μὲ δὴ καὶ Ἀριστίππου διῆλθε τὸ λόγον. Ερ. σὺ δ' λοιπὸς εἰ Χαρίδημε. ὅπος δ' ὥσπερ κορωνίδα τοῦ δὲ κάλλους κάλλει ἐπιθήσῃ τὸ λόγον.

scendere currum, quòd videlicet illi, huic intenti, aurigationis oblivisce rentur. Cæterùm cùm qui primus certamen hoc iniisset, successu caruisset, & præterquam quod à puella, etiam vita excidisset, reliqui cùm ad certamen obeundum cunctari, & eorum quæ semel decrevissent, quicquam detractare futile ac juvenile quiddam esse censerent: rursum autem crudelitatem Oenomai detestarentur, alius alium prævertit moriendo, perinde ac si metuerent, ne non pro puella illa mori possent. Ac processit cedes ea, donec tredecim eorum juvenum interficerentur. At dii, cùm illum ob pravitatem hanc odissent, pariter autem & eos qui mortui fuerant, & puellam miserarentur, alteros videlicet, quòd tantæ rei possessione privati essent, puellam autem, quòd forma sua per ætatem frui non posset, pro juvene eo, quicunque mox certaturus esset (erat autem is Pelops) curam advertentes, & currum illi donant pulchriorem arte factum, & equos immortales, quorum ope puella potiturus, ac dominus illius futurus esset. Et sanè factus quoque est, socero ad terminos victoriæ occiso. Adeò pulchritudo ipsa, cum hominibus divinum quiddam esse videtur, & ab omnibus coli consuevit, tum à diis quoque sæpenumero cum summo studio observata est. Quam ob rem nemo nos meritò reprehenderit, quòd operæ pretium putamus, hæc de pulchritudine disseruisse. Atque ad hunc modum & Aristippus orationem suam peregit. *Her.* At tu etiam restas Charideme: quare fac, ut quasi quandam coronidem imponas oratione tua, pulchris hisce de pulchritudine dictis.

1 Καὶ τοσοῦτος μὲ χρόνος τετρακαίδεκα νέων ὁ φόνος] Non concordat Pausanias de numero procorum ab Oenomao interfectorum, sexdecim enim ponit, quorum nomina videsis apud eum auctorem Heliacorum 2. *Palm.*

rigationem exercui: atque ita exercui ut nihil illa gravius, nihil riclitatius contingere mortalibus putem: propter quod credibile igis tibi vidèri poteſt, ſi angebat me utique fatigatio tua, repetenn animo antiquas, quas juvenis etiam ſuſtinebam nauticas fatigaines meas: quarum experientia jam edoctus ſciebam probè pari alo tuo condolere. *Cha.* Fruſtra propter me dolebas, Palinure, m nihil moleſta mihi eſt ars mea. *Pal.* Quid ais? *Cha.* Aio gram me habere & jucundam artem meam. Vides ut cruda viridiſque nectus eſt mihi? nemini haud unquam ab ipſa, qua jam omnium nos ſupero, longæva ætate mea pertæſum me eſſe laboris mei, qui iotidie inſto alacrior atque valentior: ſed intelligo cur tu aliter tibi rſuadeas. Eſt enim communis hic morbus mortalium, ut ſortis æ quemque diſtædeat, vivatque contentus nemo ſtudiis ſuis, launt verò longè, ac beatiores exiſtiment omnes, qui diverſas à ſe ars atque actiones ſequuntur, verùm falluntur maximè opinione ſua. am ſi rectè intueri velint, cognoſcent perſpicuè nullum eſſe in vita orum ſtatum qui non magnis ſcateat miſeriis, quem non magnæ raveſque perturbent undique moleſtiæ & vexationes. Et ſi detur aliquando ut alter in alterius ſtudia transferatur, quàm videas tunc ſua ique levia vidèri, quæ priùs præ gravitate accuſabat, contraque ea raviora quæ priùs levia vidèbantur. Itaque ſi benè conſideres, Palinure, non eſt ita gravis mea conditio, ut cenſes, neque propterea uòd nauclerus ſim, ſum eo mirabilior. Sed tu (ut video) ſequeris nos errores mortalium, ego verò integritatem tantùm, judiciique ri lucem ſecutus, dego contentus ac lætus ſorte mea, neque adribo mihi calamitatem, quòd deſudem quotidie navigando & detiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horum, qui mecum ſinul ultimas ſedes colunt, me eſſe beatiorem, non ipſos judices Minoëm, Rhadamanthum & Æacum, quanquam magna omnes emineant poteſtate, non ipſum Ditem: quanquam ſceptro potens ſit, tque regna iſta moderetur. Sunt nanque & illi ſui labores ſuæque oleſtiæ, & majores fortè, quo & majore regiminis ſarcina preuntur. *Pal.* Potes de te tibi Charon perſuadere, ut libet, mihi nim de me nunquam perſuadere poteris, quin ars noſtra ſine ulla omparatione cæteras laboribus & periculis excedat. Quod liquiò tibi probarem, niſi quòd vereor tædio te afficeret fortaſſe longior arratio noſtra. *Cha.* Imò ſumma me afficeret recreatione. Nam : delectat me tecum ſermocinari, & navigantibus etiam magnam aniiorum refocillationem afferre ſolent hujuſmodi confabulationes. *al.* Quando igitur non eſt tibi injucundum, proſequar ſuſcepti ſerionis noſtri rationem, ut intelligamus, non eſſe duriorem ullam, uàm nautarum ſortem: quod tibi facilè perſuadebo, ſi animadvers, quos æſtus & frigora tolerare eos, quos perhorreſcere tonitrus : fulgura, quibus perfundi imbribus, qua ventorum rabie agitari uotidie neceſſe ſit. Si cognoſcas quoties eos torqueri fame & ſiti, uoties ſqualore etiam teterrimo conſumi contingat: ſi attendas habita-

bitationem eorum instar carceris supellectilem, vel nullam vel sordidissimam, strata dura, cibaria aspera, potum immundissimum, indumenta spurca, incommoditatem rerum omnium, noctes insomnes, & sub divo semper, & inquietas. taceo perpetuum alioqui quoddam eorum exilium. Quos patriæ eorum exteros profugos, vagos, palantes, ignaros quietis, privatos omni (quo nihil est in vita dulcius) conjugis soboliſque fructu ac jucunditate: quis non abjectissimos, longeque omnium mortalium miserrimos esse judicabit? Prætereo Scyllam, Charybdim, Syrtes, Symplegades, tot infesta navigantibus maris pericula. Omitto tempestates, quibus nec vita quicquam est tristius, nec horribilius, quibus & ad summum vitæ usque descrimen quotidie jactantur, quatiuntur, & (quod sæpe accidit) submersi tandem obruuntur. In qua re nemo est, qui idoneus magis, quàm ego, testis adhiberi queat: qui cùm multis fuerim quassatus tempestatibus, tum ea maximè quæ me ex Sicilia in Italiam navigantem invasit, tam sæva atque horrens, ut horrori sit adhuc mihi ejus recordatio. Non possum certè (ut par esset) explicare tibi acerbitatem illius tempestatis, sed quanta extiterit, ex hoc facile conjecturam facere potes, quòd Æneam ducem, cujus summa constantia & animi fortitudo ubique decantatur, vidi ego contremescentem graviter atque ingementem, extentisque ad cœlum manibus beatos longè inclamantem eos, quibus ad Trojam oppetere contigisset, lamentantemque pari ab eorum morte ac fortissima, à Diomedis gladio se ereptum extitisse, crudelem equidem diem illuxisse omnibus ultimum, neque ex numero nostro quenquam putavi evasurum. Non ipsum Æneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandævumve Aletem, quorum naves longè disjectas, ad summumque penè exitium adductas, nescio quæ vis illa, nisi divina liberavit. *Chæ.* Non incognita mihi narras: hæc ea ipsa dire scivi. *Pal.* Quo id modo? *Chæ.* Quo id modo rogas? An acrem illum fidumque Orontem ignoras, ductorem Lyciæ navis, isquidem tunc submersus concessit ad me, illico exponens mihi ex ordine omnia, quæ tu disseruisti, implorans deinde opem, rogitansque multum, ut se ulteriore in ripa sisterem, quòd nunquam passus fuisset, quum inter fluctus adhuc corpus suum sine sepulchri honore jactaretur. Nunc agit se se circum hæc stagna mœstus, atque errabundus. vidisti illum? *Pal.* Et tum vidi, & unicum meorum solatium habui, dum tantisper in ripa moratus, paricum eo detinebar infelicitate. Nec enim falsa de tristi ejus interitu retulisti, cujus adhuc imago subit mihi, dum excussum è puppi, contortumque ter eum atque circumactum, horrendum, à fluctu rapidus tandem æquore vortex absorpsit. Sanè quod ad me pertinet, nihil edisseram: qui licèt eam evaserim tempestatem, amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inveni, excussus & ipse, pariter atque jactatus inter undas (quod deerat) insuper ferro præterea obtruncatus. Ex quo nec tantùm mihi timui, quàm Æneæ, meo, ne tantis undis surgentibus, spo-

ſpoliata magiſtro navis deficeret: hæccine eorum deliciæ, opes, tranquillitas, ſic illis vivitur, ſic moritur. Tui nunc & aliorum defende ſtudia, & artes, contendeque, ſi libet, majorem eſſe etiam eorum miſeriam & calamitatem, qui patrias incolentes ſuas, uxorumque ac filiorum ſocietate beati quieſcunt, gaudent, ludunt, hortantur, amicitias colunt, exercentur commodè, habitant magnificè, veſtiuntur cultè, convivantur lætè, cubant molliter, jucundos ſuos ac geniales agunt dies. Adde qui in urbibus optimates & primarii magnam ſibi vendicant autoritatem, habenturque ſummo in precio atque honore, qui jus dicunt, qui cauſſas agunt aliorum, qui faſces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel aſſiſtunt principibus, vel principes ipſi magni illuſtreſque ſunt. Quibus nec optabilius quicquam in vita eſſe video, neque beatius. *Cha.* Falleris longè Palinure, nam quos beatiores eſſe arbitraris, miſeriores illi ſunt ulla ſine dubitatione. Neque enim negaverim ſortem ſubjectam eſſe nautarum magnis malis: ſed ita ſubjectam, ne comparatione aliarum, quæ majoribus etiam gravantur incommodis, minùs certè miſera judicanda ſit. Quid enim triſtius (ut ad tuos veniam) qui patrias ſuas colunt, quid miſerabilius, quàm domi ſuæ agere, & ita agere, ut jucundiorem aliquando quàm vitam mortem optes? Quæ ulla major calamitas, quàm circundari urbem hoſtibus, ingruere bellum, volitare tela, ſtringi enſes, perfodi muros, fremere tormentis, ſaxo dirui domos, tremefieri & concuti? quemque fame ſitique deficere, corrumpi aërem, occupari mœnia, ſpoliari templa, dirumpi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici conviciis, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, deportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati uxores, ſtuprari gnatas. Videntur an hæc tibi mala, Palinure, & an his quæ tu meminiſti, ulla ex parte comparanda? *Pal.* Quàm vera narras, ô Charon, quàm nunc vel audiens iſta perhorreſco. Venit enim mihi in mentem, gravis illa & deploranda patriæ meæ deſolatio, Trojæ inquam, tam præpotentis olim atque prædivitis, cujus everſione nihil credo referri poſſe crudelius, aut lachrymabilius, tantaque fuit calamitatis ejus magnitudo, ut longè plura etiam atque triſtiora quàm tu ſuprà memoraveris, ſibi contigerint: quæ ſi velis, omnia tibi, ut rem certiùs agnoſcas, explicabo. *Cha.* Haud opus eſt, Palinure, quoniam & tempus non patitur, & ego hæc omnia non ſecus ac tu nota atque comperta habeo. Nam & mihi renunciaverunt, ut quæque adventabant animæ, ex illo bello profectæ. Nihil certè, ut nunc tu dixiſti, pervenit ad aures meas crudelius aut lachrymabilius. *Pal.* Faxo ut jubeas, ſed advertas Charon, graviſſima licèt hæc ſint, rariora tamen contingere, quàm ea nautarum, quæ ſuprà expoſui. *Cha.* Referam ergo alia frequentiora, & ex ipſis quidemmet civitatibus, quarum relatio augebit etiam earum miſeriam. Vade oro, & per civitatem, plateas porticuſque diſcurre, quid aliud offendes, quàm oblatrantium maledicta, inſimulationes

peſtilentiſſimas, optimi cujuſque dilacerationem, quid non? exploratorum inſidias, invidentiumque venena. Diverte modò greſſum, & artificum, mercatorumque tabernas ac conventus pete: quid aliud deprehendes, quàm ſermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptioneſque manifeſtas. Transfer dehinc te in fora publica, ſedeſque judiciarias: quid aliud audis, quàm undique omnia magno ſtrepitu ac clamore miſceri? Quid intelliges aliud, quàm cædes, hominum compilationes, furta, graſſationes, conſpirationes, proditiones? Quæ alia occurrent tibi, niſi litigatorum jurgia, & contentiones, teſtium perjurationes, cauſidicorum prævaricationes, judicum corruptiones, præſidum ambitiones ac rapinæ? Quos ibi alios obviam tibi habebis, quàm exultantes improbos, lugentes bonos, oppreſſas viduas, proculcatos pupillos, egentes proſtratos? Attolle poſtea altiùs oculos, & atria principum perſcrutare, quam non videbis ibi aſſentatorum exaltationem, ſpeculatorum acceptionem, militum audaciam, fœneratorum voracitatem, quæſtorum improbitatem: quam non potentum hominum in tenuiores vim atque inſolentiam? Quas non concuſſiones? quas non populationes? quos non innocentes accuſari, criminari, carcerari, proſcribi? *Pal.* Gravia hæc nimis ac miſerabilia. *Cha.* At reſtant alia, quæ non minùs tibi graviora & miſerabiliora videbuntur. *Pal.* Perge. *Cha.* Quæ fortaſſis etiam graviora & miſerabiliora judicabis, quoniam domeſtica ac frequens magna eſt eorum peſtis *Pal.* Fare. *Cha.* Nolo tibi Palinure afferre in medium graves longoſque artificum & negotiatorum labores: non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus cauſidici, cæterarumque diſciplinarum ſectatores, æſtus, algores, inediam, peregrinationes, anxietates vel pericula, vulnera, cædes, diſtrictas habitationes, infinitaque agendi, cubandi, veſcendi incommoda vel faſtidia, laſſitudines, vigilias, ſollicitudines, odia, & infamationes. Nam ſi complecti cuncta ſermone meo atque exequi voluerim, tot tantaque dicenda ſe offerent, ut præ longitudine malorum ac mole, citiùs navigatio noſtra quàm oratio finem poſſit invenire. Omittam itaque & *commemorabo tantum*, quas *inter domeſticos parietes*, tum ſervorum, tum uxorum ac filiorum moleſtias ac turbationes peſſimas perferre ſolent, qui gubernationi præſunt rei familiaris. Cujus ſi ita ut navalis expertus, facilè quicquid dicturus ſum, me etiam tacente, & intelligeres & approbares. Nam ſervorum primò in dominos ſemper prompta maledicta, furta, impoſitiones, fugas, arrogantiam, negligentiam rerum dominorum, temulentiam, edacitatem, ſomnolentiam, tarditatem, ignaviam: nemo eſt qui non videat magnam afferre his, qui patiuntur, infelicitatem. Deinde filios quorum amore nihil dulcius eſſe fertur, quanta animi cum amaritudine aſpiciant parentes, vel ægrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodum fit, ſatis exiſtimo etiam te intelligere. Quàm verò *gravem & anxiam credis eſſe eorum vel parturitionem*, vel educationem, vel inſtitutionem? Quoties pro eis bonos parentes

ge-

gemere, ſuſpirare, dolere, torqueri? Quanta etiam putas pertur-
bationeaffici, dum quos progenuerunt, immenſaque adeò cura a-
uerunt, vel parum ſibi audientes, vel rebelles ac infeſtos, poſtea ha-
bere contingat, quæ dolenter eos ferre arbitraris, dum inſani & ve-
cordes ſunt, dum hebetis & craſſi ingenii, dum effœminati & mol-
es, dum dilapidant & evertunt patrimonia, dum nullo bono operi
& ſtudio intendunt, dum per præcipitia vitiorum omnium vitam du-
unt ſuam? Quid de uxoribus loquar, quas dos tumidas, genus in-
olentes, forma ſuſpectas, deformitas reddit inviſas? Quarum lin-
ua nihil perniciоſius, quarum audacia nihil prodigioſius, quarum
mprobitate nihil execrabilius. Quæ jurgiis ſemper & contentioni-
us obtundunt viros, quæ ſemper conqueruntur, ſemper expro-
rant, ſemper inſidiantur. Quibus quum deſint cætera, nunquam
amen lachrymæ, gemitus, & ſuſpiria: quæ cæca ſua, qua tantum
rdent ornamentorum ambitione exhauriunt opes, labefactant do-
nos, cogunt maritos in malos quæſtus, in dira ſcelera. Non refero
urpiſſima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis
uicquam, ea quanto dolore afficiant bonos conjuges, nemo ſatis
nquam, meo judicio, enarrare poſſet, ſed magnum doloris argu-
nentum præſtant, & graviſſimas cædes, & ingentia, quæ ſæpè pro-
ter corruptas uxores, bella exarſerunt. *Pal.* Hoc plus, quàm vel-
em, ſcio; nam arduum illud, quod ego vidi, Græcorum & Tro-
anorum bellum propter Helenæ raptum, in eam excrevit rabiem,
uam nulla mundi regio ignoravit. *Cha.* Quæ toti mundo manifeſta
unt, ea tantùm noſti Palinure, at ſi ſingula, quorum nihil me latet,
ntelligeres, adducereris in tantum ſtuporem, ut ſtupeſcens, etiam
ræ miſeratione conjugalem vitam lachrymares. *Pal.* Hui quid nar-
as? *Cha.* Narro quæ quotidie video, & pertracto. *Pal.* Ergo con-
iubia putas polluta & coinquinata? *Cha.* Minimè, id nunquam
ixerim. *Pal.* Atqui multas memini me vidiſſe ea præditas hone-
tate, ea religione ac vitæ integritate, ut divinum quiddam magis
uàm humanum redolere viderentur. *Cha.* Et multas utique ejuſ-
emodi eſſe confiteor, ſed eas quidem, quæ optimis honeſtiſſimiſ-
ue ortæ parentibus, ebiberunt à primis annis ſobrios & caſtos mo-
es: quæ ſanctis parentum ſuorum exemplis educatæ vitam inſtitue-
unt, peccare caſtigatæ, ſapienter ad manſuetudinem edoctæ, ad
ietatem, ad fidem, ad divinum cultum, ad rectum compoſitum-
ue regimen rei familiaris. Quæ ſe à thiaſis, ſaltibus, jocis: quæ
e à ſpectaculis, ab immodeſtiore cultu, ab licentiore colloquio ab-
licarunt. Cæterùm quæ contra ſanctitatem, quæ malis inſtitutis,
erverſiſque parentum exemplis imbutæ, molliter vixerint, aſſue-
actæ deliciis, atque turpi ocio, quæ nihil niſi ſaltare, canere, fides
ulſare didicerunt, quæ præterea oculis ſuis auxerunt matrum præ-
ertim obſcœnitates & immunditias. Haſce qua fide & integritate eſſe
utas erga maritos? Illabuntur ſiquidem tanquam venena tenellis
entibus parentum exempla, inde rarior etiam, quàm reris, eſt

hymenalis honeſtas: quò qui eas vel emendatis inſtituant moribus, vel ſancto invitent exemplo, parentes ſimul rariores habeantur. Prodeunt poſtea in publicum quæque etiam procaciores, aperta fronte, directo greſſu, quaſi pudicitiam ipſæ conſecraſſe videantur. Et quæ ſecretum intra cubile probra geſſerunt, cùm veſtem induerint, illa contexiſſe atque occultaſſe exiſtimant. Voſque ea, vanum vulgus, ita ut cernitis, vera ducentes eſſe arbitramini. At ego nihil quam quod res habet de eis judico, nuda enim hîc omnia atque aperta ſunt. Non veſte hîc teguntur maculæ, non pallio obnubuntur ſcelera, exertos omnes ac nudatos, rerumque omnium vacuos prorſus huc ingredi oportet. Quicquid in vita malè tentatum maleque actum eſt, hîc fronte coram ipſa demum geſtatur, diſpoliatur, oſtentatur. Quare non mirum tibi videatur, ſi quorumcunque nota habeo crimina, qui quorumcunque etiam nudas, ita ut prædixi, tranſveho umbras. Quin proinde ingentem video earum turbam, quæ cum impudicitiam longè apertam oſtendant ſuam, pudiciſſimæ tamen in vita habeantur. Quantas ſecum in maritos fraudes gerunt, quot ſimulationes, quot proditiones, quantam hyphocriſim, quot aliorum obſcœnos amores, quot pollutiones, quot ſuppoſititios partus, quot mentitas enutritiones, quot alieni ſeminis ſuſceptas meſſes. At, quod ridiculum magis eſt, lugent poſtea ignari mariti haſce ſibi extinctas uxores. Laudant inter cœtus & prædicant, quaſi pudicitiæ principes: Statuunt mauſolea, plurimi quoque epigrammata condi, orationes ſcribi, & pronunciari curant in laudem ac memoriam caſtitatis fideique earum ſempiternam. An hæc triſtia & amara eſſe cenſes, Palinure? Et an comparationem ullam habere putas, cum his nautarum, quæ ea ſeveritate & acrimonia recenſuiſti, ut cætera læta, fauſta, deliciarumque plena (ſi tibi fides daretur) exiſtimanda eſſent. *Pal.* Haud equidem tanta in civitatibus privatiſque domibus, quanta modò enumeraſti mala regnare credidiſſem. *Cha.* Ita proficit inexpertos ſermonem aliquando inire cum his qui multarum rerum uſum atque experientiam habent. *Pal.* Ita fit. *Cha.* Quid ſi animadvertas labores quos præferunt nautæ, corpori magis quàm animo infenſos ire, concedes amplius etiam ſententiam meam. Nam hujuſmodi res duræ aſſiduo quodam uſu & aſſuefactione mitiores fiunt, & quodammodo domantur, quas verò ego memoravi, cùm animum magis affligunt, non ita uſus & aſſuefactio mitigare atque edomare poteſt. *Pal.* Conſentio tibi jam, gaudeoque in eam lucem te illuſtrante perveniſſe, ut intelligam tam magnam aliorum & majorem etiam, quàm nautarum miſeriam. Sed illud non poſſum intelligere, quin principes ſaltem ac magni viri, non dicam, nautis, ſed cæteris inſuper quibuſcunque mortalibus beatiores ſint. *Cha.* Cur? *Pal.* Quoniam omnibus abundent atque affluant bonis. *Cha* Quibus? *Pal.* Honore, gloria, opibus, deliciis, amicis, potentatu, imperio. *Cha.* Hiſce? *Pal.* Hiſce & multò pluribus. *Cha.* Erras. *Pal.* Errorem hunc optaſſem in vita mihi. *Cha.* Deliras. *Pal.* Maluiſſem ita delirare, quàm tua cum ſententia ſpere.

ere. *Cha.* Quid, si nihil illis miserius? *Pal.* Quid, si nihil beatius? *Cha.* Haud unquam hoc mihi demonstrabis. *Pal.* Non tibi ii beati videntur, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequuntur? quibus convivandi, cubandi, ungendi, lavandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnem nitorem atque satietatem semper facultas it? Quibus quotquot velint concubitus fœminarum, quotquot velint rva, equi, canes: quibus tot sunt servi, tot exculta palatia, tot muitæ arces y oppida? Qui tantum possideant auri, gemmarum, vetium, suppellectilis? Quibus audiant omnes, adsurgant, inclinent? Quos populi vereantur, timeant, laudent, decantent? Qui leges dicant, mandent, exerceant, proscribant, puniant, extollant amicos, indicent inimicos, trucident rebelles? *Cha.* Non est tam magna, ut xistimas Palinure, eorum beatitudo. Non parit certè fastidium tanta onorum continuatio, tantaque affluentia: neque sapit tantū, quæ non liquando intermittitur voluptas. Præterea quomodo eos tu beatos judicare potes, qui tantis opibus atque deliciis suis nunquā fruuntur cum ucunditate, nunquam cum gaudio? Qui in tanta rerum copia nunquam xhilarent se, nunquam relevent animum, nunquam exultent? Qui tanta licet bonorum ubertate redundantes, tristitia tamen semer obducantur, sollicitudine premantur, anxietate torqueantur? Non tibi multò optabilior videtur privatorum conditio, quorum & ita securior, & voluptates etiam, si mentem intendes, majores unt? Quos summa semper condit hilaritas, mulcet festivitas, exlet alacritas? Quantam putas afferre delectationem communis, quæ um uxoribus & filiis vita exigitur. Dum cubant tutè, vescuntur lætè, ocantur modestè? Quàm dulcem esse arbitraris amicorum inter se & equalium parem vitam, domesticum usum, frequentem conventum? Quid eorum amore suavius, confabulatione gratius, curis meius atque commodius? Quantum credis lætitiæ & exultationis abeant eorum convivia, ludi, cantus, solationes? quantum diarent animos & permulceant? quantum emanet mellis, cujus nec illam principum aliquis degustavit? *Pal.* Haud intelligo Charon, anc quam refers, regum tristitiam atque anxietatem, qui inter isus tantùm, blanditias, jocosque versentur, quibus semper psalatur, canatur, plaudatur: & quicquid ad transigendam hilarem itam excogitari potest, exhibeatur. *Cha.* Etiam ut video judicas alinure, quæ oculis tantum patent, quo errore decepti mortales, lurimùm seduci solent: sed quod certum afferre possunt judicium, xteriora corporis, quæ velamenta quædam magis sunt veritatis? ut quid certi promittere & ostentare potest frons hominum, quæ lures quàm Proteus species mentiri, atque in plures mutare queat? Considerandæ sunt secretæ animi fibræ: perscrutandæ sunt interioes mentis latebræ: quas si pervidere ita ut frontem, posses, roh dolor! quantam ibi malorum turbam: quantam formidium atque strepitationum aciem introspiceres? quot angores, sollicitudines, suspiciones? quot pestilentes morbos & perturbationes?

quanta aperiantur ulcera, quot plagæ & cædes, quot insidiæ, quot ensis, & telorum infinita genera, quæ nec somnos eorum quietos, nec cibos placidos, nec opulentiam dulcem, nec imperium jucundum, nec delicias jocosque lætos esse permittant. *Pal.* Nesciebam adhuc hæc eorum qui dominantur mala, sed cur illis contingant tanta, non capio. *Cha.* Contingunt tanta propter graves inimicitias acerbaque odia, quæ continuè cum finitimis civitatibus, cum subditis sibi populis, cum sibimetipsis etiam gerunt: quo fit ut ingravescentibus odiis, increscentibusque injuriis, quibus quotidie afficiunt quemque, necesse sit illos torqueri & affligi graviter, confidere nemini, suspicari omnia possunt, extimere muscas etiam (ut ajunt) volantes, gaudere & lætari nunquam, tristitia & mœrore detineri semper. *Pal.* Adducis me facilè, ut credam, suspectas eos habere finitimas civitates, cum quibus & infensa odia confiteor, propter continua, quæ exercentur bella, & dominandi libidinem, qua plurimum incenduntur. Cum suis verò quibus imperant populis, nihil accipere possum, nisi amatorem & dulcissimam pacem? Porrò si cum finitimis sint inimicitiæ: si oriantur bella, ac demum etiam augentur imperia, subducuntur oppida, profligantur acies, spoliantur & captivantur hostes, populationes magnæ fiunt, trophæis decoratur patria, victoriis celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & principum gloria, & urbium ornatus, & inimicorum timor, & populorum inter se lætitia, atque erga principes fides & amor crescit. *Cha.* At tantùm narras quæ prospera sunt & læta, ac quæ frequentibus accidunt adversa & tristia prætermittis, quasi semper eos putes debellare hostes, potiri victoria, triumphis exultare, nunquam verò vinci, prosterni, agros suos populari, bona sua diripi, & è suis se oppidis dejici, sed majora hæc prætereamus, de minoribus tantùm dicatur. Quippe si conferas quas strages suorum & cædes sustinent, comperies longè majore damno quàm lucro partas eorum victorias constare, discussaque ratione decessisse plus illis quàm accessisse. His adjicias ut populorum etiam suorum odia, nedum finitimorum intelligas, quòd ad inferenda bella, & persequendos hostes opus illis est ingenti & munito exercitu, multo navigio, longa armorum & machinarum præparatione, quæ quum magno & inæstimabili constent sumptu, nec proprii suppeditent reditus, necesse est novis vectigalibus vexare populos, novas inducere præstationes, novas angarias, augere tributa, multiplicare onera, exhaurire æs omnium, eradi marsupia, imò viscera pauperum, parvos atque magnos diripere, spoliare, conculcare. Inde fit, ut quum invisos manifestè se cunctis intelligant, suspectum tum sibi incipiant habere quemque: nullius fidei, nullius amicitiæ credere, conjectari omnia in malam partem. Habet enim hoc in se pessimum malefactorum conscientia, ut quos injuria affecit, nunquam revocari in amicitiam, nunquam mitigari & ad veniam moveri posse putet: proinde magis insurgitur, graviores itur in injurias, hunc proscribunt, illum carcere includunt,

dunt, quorundam patrimonia publicant, alios jugulari aut ſtrangulari jubent, voluntate pro ratione utuntur: eorum quoque quos tantis læſerunt malis cognatos, affines, amicos, ſocios, ſervos, quaſi fidei ſuæ diffidentes perſequuntur. Tum cæteri qui chariores etiam videbantur, exempla aliorum proponunt ſibi, acuuntque ipſi non minùs odia. Nam non minùs rebus ſuis ac ſaluti ſuæ timent. Ita pedetentim civitas omnis indignatur, obmurmurat, rapitur ira, odiis incenditur, coquit novas cogitationes, nova concilia molitur. Mox eò deveniunt, ut hæc intelligentes videant, quantæ ruinæ quantoque præcipitio ſubjaceant, quàm tenuiſſimo quaſi quodam filo pendeant imperia ſua. Tunc cernas eos pallere, triſtari, conſumi, expavere omnia, torqueri ſcelerum ſuorum conſcientia, quæ prima eſt pœnarum omnium, timere hoſtium inſidias, civium conſpirationes, domeſticorum proditiones, oppreſſorum vindictas. Tunc ſecurum nihil exiſtimare, niſi quòd viæ ferro teneantur. Propterea non credunt ſe tutò cuiquam, non miniſtris, non neceſſariis, non germanis, quorum majorum etiam quàm aliorum authoritatem magis formidant, arcent ſe ab aſpectu & præſentia omnium, cingunt ſe foſſis & aggeribus, claudunt ſe arcibus, quaſi ad perpetuos damnati carceres, cuſtodibus etiam tanquam ad expeditionem belli paratis ut obſidere eos putes, circumvallantur. Nihil illis dulce, nihil apertum, nihil jucundum: dormiunt cum magna inquietudine, cum majore etiam vigilant. Terret illos conventus hominum, angit ſolitudo, timent colloquia, timent ſalutationes, timent dona, ſuſpecti illis aditus, ſuſpectæ ſellæ ſuſpecti cibus & potus: qui nec etiam niſi præguſtati ſumuntur, ſuſpecti pellicum & item uxorum thori. Quibus mirum eſt, cur ſine cujuſquam præguſtatione congrediantur: ipſos verò, quorum ſe cuſtodiæ commiſerunt non minùs extimeſcunt, quibus quum carere nequeant ob tutelam ſuam, eo magis augetur eorum timor & miſeria, quo armatos pro firmiore illos præſidio eſſe neceſſe ſit. Quare alienigenas & barbaros homines, atque abjectiſſimos quoſque ſibi deligunt, eoſque frequentiùs comitantur, dejiciunt ſæpius ac exterminant, quò ſaluti ſuæ (& ſi non alia, at ſaltem hac via) conſulere poſſint. Quid fœdius & ignavius dici queat, quàm hominibus immanibus, flagitioſis ſe committere: ſuos verò, prudentes, ſobrios, juſtos ſpernere atque devitare. Quanta iſta tyrannorum felicitas, quos continuus & ingens ſemper angore afficit metus, quo non modò animi graviter excruciantur, ſed cuncta inſuper dulcia mundi dona fugantur & diſſipantur. Quantæ iſtæ eorum deliciæ, quanta gaudia: qui tranquillitatem nunquam & pacem ſibi, ne dicam populis ſuis, aut hoſtibus conceſſerunt, expertes omnino tam ſanctiſſimi atque omnium dulciſſimi boni. Quænam ubertas iſta bonorum, quæ diſtracti aliunde, neque ſciant, neque viſant, neque pertractent, neque guſtent unquam. Quanta iſta imperii bona? quæ quum ipſi videre & attrectare non poſſunt, committant neceſſe eſt aliorum curæ & gubernationi, ignari rerum ſuarum, neſcii omnium fermè, quæ ſub

se geruntur, fraudati quotidie & decepti, ab his præsertim, quos præ cæteris auxerunt: quibus tamen quum se credant, quot innocentium criminationes, quot facinorosorum falsas commendationes audiunt, quoties eorum fidem sequuti, bonos pro malis, malos pro bonis ducunt, atque hos beneficiis, illos pœnis afficiunt? Quodque gravius est, quoties ipsis etiam videntibus, hi quos tantum extulerunt, pro sententia sua in foro quosque lædunt, concutiunt, opprimunt, atque dilaniant. Quid mirum, si exardescunt postea populorum odia, si labefactatur postea eorum status atque desolatur? quanta ista, quamque optanda imperia, cum quibus & servitutem pessimam degant, subjecti tantis perturbationibus, tantis insidiis, subjecti ipsis etiam, quos sibi subjecerunt: constricti quasi quibusdam regni compedibus: clausi intra arces, quasi magni alicujus criminis rei: coarctati instar ferarum, excluſi ab omni, quæ foris capitur recreatione, privati libertate, quod est tam dulce & omnibus optabile bonum, non hominibus modò, sed cæteris insuper quibuscunque animantibus: cujus privatione, quid est quod tristius aut infelicius contingere possit? *Pal.* Non credis Charon bonos aliquos mitisque & moderatæ naturæ Tyrannos esse? *Cha.* Imò multos credo, sed tanta est dominandi libido, tantus ardor, tanta nescio quæ pestis ingenita, ut quos semel invaserit, sint summa quanvis bonitate præstantes, adeò illiciat eos, illicienisque depravet, ut vita potiùs quàm imperio, quod jam occuparerunt, carere possint, vel ad conservandum, vel ad amplificandum contendunt unguibus dentibusque: ac propterea nemo est tam bonus tyrannus, cui conservationis, amplificationisque suæ gratia multa non magnas inferre injurias, atque ob eas illatas non plurimum timere, plurimas ut pati anxietates contingat. *Pal.* Miror cur tantis in malis, quæ planè ita, ut narrasti, vera esse puto, appetant tantopere mortales imperium, nisi id fortasse faciunt cupidine honoris & gloriæ. Quid nimirum tam præstans atque excellens bonum, tolerabiliores reddit tantas quas modò exposuisti miserias. Dulce quippe est mandare aliis, præferri omnibus, eminere, præcellere, venerari, timeri, suppliciter exorari, assurgi sibi, via decedi, inclinari cervicem, flecti genua, audire laudes suas, & rerum bene gestarum decantationes. Quæ quum & divina numina plurimum capiant, facilè intelligi potest, quantum & his quoque mortalium mentes capiantur. *Cha.* Quæ tantum capere potest Tyrannos ullius honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certò invisos omnibus esse sciunt. A quibus si laudentur, si audiantur, si sibi assurgatur atque incurvetur, intelligunt palàm vel assentationis, vel timoris caussa id fieri. Quare non est ita dulcis, ut putas, hujusmodi honoris & gloriæ exterſio magis quàm exhibitio. At verò dulcior is est, qui in privatos homines ab amicis & benevolis honor exhibetur, propter aliquod eorum egregium facinus, aut excellentem virtutem. Vera ista gloria, verus iste honor, ac dignus quidem, quo & divina numina capiantur. *Pal.* Nullam ergo video caussam, cur tantopere imperia desi-

de-

erentur, defideratque conſerventur: niſi quòd habendi cupido, ua tantum trahitur humanum genus, in his maximè expletur. Quò nim quiſque plus auri, agrorum, ædificiorum, oppidorum, ac- uirere poſſit, nullo parcit labori, quantumvis magno & intolera- ili. Neque ullus tam amarus labor, quin propter quæſtum & majo- em rerum cumulationem dulceſcat. Ita quum tyranni ſuper omnes lus poſſideant, ſuper omnes & beatiores videntur, licet cætera eis riſtia ſint atque peracerba. *Cha.* Neque iſtud quidem affert ullam eatitudinem, nam in primis non efficit divitem major abundantia, ed minor cupiditas. Qui enim parvo contentus eſt, id tantùm cupit, uod neceſſitati vitæ ſufficiat: Is abundè eſt locuples, propter hone- tum: quod facilius implere poteſt deſiderium, quod quum & im- leverit, liberatus eſt ab omni, qua alii rapiuntur, habendi anxie- ate. Qui verò, quantum libet, dives plura concupiſcit, pluribus ndiget, quia perſeverante acquirendi inſatietate efficitur minus voti ompos. Quo enim magis creſcit multarum rerum poſſeſſio, magis tiam cupiditas, neque finem unquam habet vorago illa cupiditatis. Deinde non eſt judicandus quiſque, vel locuples multitudine, vel auper paucitate divitiarum: ſed vel rerum magis implemento vel eceſſitate. Nam ſi multitudinem excedunt ſumptus, quomodo po- eſt is credi dives, qui minùs habet, quàm neceſſe eſſet: quare quum eceſſitatem ſæpius magnam patiantur, qui tantam imperii molem dminiſtrant, indigentiores etiam putandi ſunt privatis hominibus; uibus licèt tenues ſint opes, at neceſſitatibus ſaltem ſuis vel pares, el ſuperiores. Taceamus graves, quas quotidie expiationes vel apinas perferunt à quæſtoribus ſuis, & ab his maximè, quorum fi- lei magis credunt: qui, quo majora etiam nacti ſunt imperia, ço najora utique furta, majoremque proinde rerum ſuarum diminu- ionem patiuntur, à quibus privatos ſaltem homines liberos eſſe con- tat. Qui & diligentius patrimonia ſua ipſi per ſe curare, & atten- ius omnia intueri poſſunt. Dicamus verò curas & labores, quos in dminiſtrandis tantis opibus, gubernandoque tanto potentatu tole- are eos oportet, quorum fortiores quàm Herculis humeros neceſſe ſt ad ſuſtentandam tantam molem: plures etiam quàm Argi ocu- os ad tantam rerum varietatem pervidendam atque diſtribuendam, lura quoque quàm Iani aut Vertumni capita, ad intelligenda exa- minandaque tot ac tanta, cùm hoſtium tum populorum ſuorum, uæ illis negotia deferuntur. Quæ tanti animi vis, quæ non debi- itetur? quæ tanta ſoliditas, quæ non concutiatur? quæ tanta prom- titudo, quæ non remittatur? Cujus eſt tanta valetudo, tantum obus, qui ſe tam vaſto curarum ponderi parum audeat polliceri? Cujus eſt adeò æquabilis & moderatus animus, adeò perſeve- ans? quin tam multis tamque continuis laboribus non defatiga- i, non quaſſari, nunquam quoque confringi poſſit? Omittamus nortales: de nobis tantùm, qui hæc ultima loca colimus, loqua- nur. Verùm putas, Palinure, beatiorem eſſe vel me, qui pauper-

rimus sum omnium, qui nihil præter hanc, quam cernis, pusillam hintrem possideo: vel Plutonem tam lati, tamque immensi regni tyrannum: intelligo, etsi taceas, quale de hoc sis judicium prolaturus, crede mihi, minimè meum cum suo statu commutarem. *Pal.* Quare? *Cha.* Quia lætus ago, & summa cum quiete. Non ullius rei ullam gero, nisi transvehendi hasce huc descendentes animas, & conservandi incolumem hunc faselum meum, solicitudinem. In qua dicam tibi quicquid est, quod me gravet. Quum enim propter vetustatem fatiscat aliquando rimis, curare me oportet, ut restituatur integritati suæ. Quare eum consuo sæpius, & obstruo, si quid rimatum est: hæc omnis mea cura est, hic omnis labor. At Pluto, cum tantis divitiis suis, ac regno tanto nunquam lætatur, nunquam quiescit, tot curis carpitur, quot repletur hic umbris locus, implicatum semper habet ubique animum: hinc fertur, illinc rapitur, omnibus intentus locis, omnibus occupatus ministris, huic mandat, illum terret, alios acciri jubet, metum illi omnia incutiunt: nunc terræ hiatus, nunc motus formidat. Sæpe illum trepidare cogit lampas Phœbi, ne ulla ex parte irradiet regno suo. Sæpe & fulmen magni fratris, ne penetret averna atque labefactet: quoties vidi ego illum, dum rebus suis timet, injectum summo curru peragrare omnem hanc regionem, lustrare fines, scrutari omnia diligenter, ascendere etiam in superum orbem, circuire terras, pervestigare quodcunque periculum perferre posset, nihil omnino incauti & inexplorati relinquere: quæ cum multis in locis, at maximè ea solet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiam eum terrent, propter magnas reluctationes Typhœi gigantis, quibus totam conquassat illam patriam. Nam postquam ipse ausus fuit bella inferre cœlo, injecere superi ejus corpori Trinacriam, sub qua ab omnibus undique montibus pressus & gravatus, conatur sæpe se attollere, impositaque sibi rejicere. Proindeque magnos concitat motus, ac tantos quidem, ut hæc loca nostra concutiat graviter, & tremefaciat. Cogita nunc quàm læta & optanda sit sors hujus inferni tyranni, cujus tot dividitur animus curis, tot propellitur tumultuationibus, quem tot oporteat præcavere pericula, tot dispensare ministeria, omnia percensere, omnia corrigere, omnia vel ipse gubernare, vel aliis gubernanda committere. Attende rogo, & vel ex hoc uno collige ejus felicitatem. Nam si me deficere contingeret, hùic naviculario ministerio, quod ita necessarium est, ut vides, necesse esset eum vices meas subire: ne alioquin deficiente portitore, regno suo malè succederet. *Pal.* Hoc profectò non modò verum esse video, sed manibus etiam ipsis (ut ajunt) tango. Nam ea nocte, quâ aliàs somno gravatus è puppi in mare excussus fui, id continuo sensit Æneas meus, qui errantem sine magistro navem intelligens, gubernavit eam tota ipsa nocte, non indignatus, quòd quæ sceptrum gestare solebant, remum etiam manus attrectarent. *Cha.* De magno ejus germano nihil loquor: non me latet, quantos & ille labores ac curas sustinet: sed id præcipuè scio,

quum

quum temeritate Phaëtontis totus penè orbis conflagraſſet: quantum tunc regno ſuo timuit, quantum tota cœli mœnia circuit, & ne quid labefactatum viribus ignis corrueret, exploravit. Prætereo tertium fratrem, moderatorem undarum, cujus plurimæ etiam ac maximæ curæ non facilè explicari poſſent, ſed præſertim quæ ſub illa quoque Phaëtontea conflagratione ad ſummum penè uſque exitium cum toto regno ſuo eum affecerunt. *Pal.* De hoc poſſum, quod oculis meis vidi, afferre teſtimonium: vidi equidem tempore illius, quem ſuprà retuli, horrendæ apud Siciliam tempeſtatis commotum graviter Neptunum, & ex alto proſpicientem vocaſſe ad ſe Eurum & Zephyrum, increpatis acriter eis pro tanta ſuſcitata tempeſtate, placaſſe ocyus omnia atque tranquilla reddidiſſe. Quod argumentum præſtat mihi evidens, plurimarum, ut inquis, ac maximarum, quòd omnia in latiſſimo imperio ſuo paria ſint, curarum ſuarum. *Cha.* Dic oro Palinure, putas-ne jam beatam eſſe tyrannorum vitam? *Pal.* Minimè. *Cha.* Optares-ne vivens eorum ſortem? *Pal.* Vt quid optarem, in quo nihil omnino optandum eſſe manifeſtè intelligo? *Cha.* Ergo certo eos arbitraris miſeros? *Pal.* Non miſeros modò, ſed omnium etiam miſerrimos. *Cha.* Mirum quòd modò eos tanta frui beatitudine prædicabas. *Pal.* Quid mirum, ſi cæcus laudet tenebras, quas poſtea luci reſtitutus damnet? *Cha.* Vis ut & alia eorum mala tibi referam? *Pal.* Reſtant item alia? *Cha.* Et alia & graviora. *Pal.* Quid audio graviora? haud unquam iſtud credam; poſſe his, quæ modò dixiſti, gravius aliquid addi. *Cha.* Credes, quum audieris. *Pal.* Dic ergo. *Cha.* Vides ut appropinquamus jam ripæ, non poſſum longiora tecum jam facere verba. *Pal.* Rogo te mi Charon, ne fallas avidiſſimam expectationem meam. *Cha.* An cæterarum umbrarum quas in littore reliqui avidiſſimam etiam expectationem vis ut fallam? *Pal.* Non diu moraberis, perge ò mi Charon. *Cha.* Imò diutius, quàm ſoleo, demoratus ſum: ſed lentus etiam navigavi propter te, cujus fabulatione delectabar. *Pal.* Age ergo, ut facis, lentiorem protrahe navigationem, ut quæ reliqua ſunt dicenda, proſequi poſſis. *Cha.* Ea tandem tanta eſt tibi audiendi cupiditas? *Pal.* Tanta. *Cha.* Merem tibi geram: qua in re illud te ſcire velim, quod plurimum miſeram reddit mortalium vitam, inſtabilitas ſcilicet, & ruina rerum. Nam certum nihil & permanens in vita quiſque ſibi polliceri queat. Quomodò is beatus cenſebitur, cujus ſummam quantumvis & plenam beatitudinem minima omnis diſturbatio violare & auferre poteſt? Sanè quum omnia apud mortales infirma atque mutabilia ſint: nulla tamen infirmior ſors eſt, atque mutabilior quàm tyrannorum, quorum etiam quum major ſit exaltatio, & ſublimata magis ſtatus altitudo, magis eſt proinde (quum mutari eos contingit) caſus & ruina. Inde tantæ tyrannorum proditiones, everſiones, trucidationes, ut nemo eorum fere unquam evaſerit, qui non vel regno depulſus, vel veneno necatus, vel cruenta aliqua & peſſima morte cæſus

vel

vel peremptus sit. Quis talem eorum vitam optabit qui pro modici temporis felicitate (si tamen illa felicitas appellanda sit) tam tristi postea, tamque amaro fine consumatur? Horret animus dicere, nam ne credas iis tantùm mortales subjectos malis esse, sensimus & horum magnam partem aliquando nos inferi, licet tam valida nobis & munita sit civitas tam firma & præpotens, atque omnibus undique præsidiis circunsepta. Non possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissimus hæc regna penetravit, perfregit fores, invasit regem, exterruit regidam, quam & antè socii ejus rapere adorti erant, abstraxit Cerberum, vinctumque eum catena, tum magna vi in orbem duxit, concussit loca omnia, trepidare omnes umbras atque ipsos judices fecit: me quoque non modicum læsit, quem erepta cymba conto hoc meo percussit, impulsumque graviter in mediam paludem exturbavit: timui equidem tunc desolatum ira barathrum totum. Credidi tunc supremum Plutoni finem advenisse regni sui: neque minùs illum cum conjuge in prædam duci ad superos, quàm tartareum canem: sed paulo humanjùs cum eo actum est, quàm opinabar. Nam tandem sibi ac regno suo bene consultum est, neque tamen ita consultum est, quin tricipiti custode suo, quitum perneceſſarius erat, spoliaretur. Quòd si opinionē meam, quæ communis erat, fata coæquassent: tunc cernere fuisset, utrum beatior vel meus vel Plutonis, tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, privatus fuissem hac navicula: hoc enim habeo tantùm, quod adimi mihi possit, privatus etiam fuissem rege meo: sed quotquot alios voluissem reges, proculdubio inveniſſem, qui ministerio meo indigentes, servitium meum perlibenter sibi delegissent: & fortasse hoc lucri fecissem, quòd pro vetusta & attrita, qualem hanc intueris, novam mihi & magis solidam lembum acquisissem. At Pluto quantas opes, quantos honores, quantum regnum amisisset? quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset? Qui neque par aliud regnum, uti parem ego, ut meliorem navim: neque parem alium famulum, uti parem ego, ut meliorem dominum inveniſſet. Excedo jam modum dicendi: sed si tempus sineret, narrarem & quibus olim curis vexatus, quantoque timore percussus propter bella Gigantum fuit summus Olympi rector. Cujus narratio majorem etiam augeret eorum, quæ supra dixi, malorum confirmationem. *Pal.* Haud opus est exemplis mihi. Nam nemo mortalium fuit, qui majora quàm ego unquam viderit eorum malorum exempla. Quid enim extitit his temporibus Trojano regi majus, quid opibus suis cumulatius? Quid operibus munitius & pulchrius, & quid demum exitu tantorum bonorum tristius, quid crudelius, quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduum & longum bellum, tot cruentas mortes natorum suorum. Vidit eversam funditus & incensam urbem. Vidit latrantem conjugem, captivas nurus & filias, populationem tantarum divitiarum: ipse quoque, quod ultimum restabat illi senectutis suæ solatium, Pyrrhi ense confossus, & crudelissima morte consumptus est. *Cha.* Quis meliùs me

hæc

æc novit, qui cunctos hac ſcapha tranſvexi. A quibus & omnem ca-
amitatem ſuam certatim perdidici. Notus eſt abundè mihi Priamus,
ujus cognito acerbo caſu, non potui non dolere. Notus eſt Troilus,
ioti Hector & Deiphobus, nota eſt cætera tot filiorum ac nepotum
urba: noti innumerabiles, qui illo bello perierunt, Trojani pariter
t Grali duces. Nota eſt infinita, quæ tunc occidit, populorum ma-
ius. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinem
uc deſcendiſſe, quàm illo, quo ita laſſatus fui, ut præ multitudine
mnibus tranſvehendis minimè hæc cymba ſufficeret planè. Quid
pus eſt tibi monitore, ad aperiendas eorum miſerias, quas tu ſub-
ectas oculis tuis habuiſti? Quòd ſi pro anguſtia temporis liceret (jam
nim video propiùs nos applicare ripæ) narrarem & millia aliorum ty-
annorum, ex quibus creſceret etiam magis tibi opinio eorum cala-
mitatis. Nam illud poſſum, quod certo ſcio, tibi verum confirma-
re, nullum ferè me vidiſſe unquam tyrannorum huc deſcendentium
(deſcendunt porro omnes) qui non vel alicujus veneni infectionem,
vel magnas ulcerum cicatrices, & ſanguinolentæ alicujus mortis
horrida ſigna præ ſe ferret. Ita mirum eſt videre tot ac tantos necatos,
confoſſos, cruentatos, trucidatos. *Pal.* Quis nunc ſe tantis in ma-
lis tyrannum unquam eſſe optabit? quis imperia aſſequi quæret, quæ
jam certiùs certo cognoſco, magis fugienda etiam, quàm Meduſeum caput. *Cha.* Audiſti quibus apud ſuperos tyranni malis tor-
quentur: ſed ſi intelligeres quæ hîc apud inferos graviora etiam illis
parantur, perhorreſceres & longè magis eorum ſortem. *Pal.* Ergo
& alia hîc tyrannis parantur. *Cha.* Credis Palinure, ſcelera quæ
patrant mortales hîc aliquando impunita eſſe? *Pal.* Hoc modò a-
nimadvertebam. *Cha.* Animadvertendum eſt igitur tibi quod-
cunque in vita peccatur, pari demum poſt mortem & reſpondente
peccatis pœna puniri. Nam ut capias quod dico: ſi tu Palinure,
artem tuam navicularíam vivens malè exercueris: ſi in dominum
tuum mali quicquam vel cogitaveris vel commiſeris: ſi inaudiens
dicto ſuo extiteris, invenies hîc tibi præparatas his quæ deliqueris, ſimiles pœnas. *Pal.* Nihil profectò Charon, ſcio, quod ma-
lè egerim vel in dominum meum peccaverim, niſi ſomnolentam
illam dormitationem meam, qua negligentiùs certè, quàm debeam,
me geſſi. Nam magno in periculo navim ſimul & dominum,
quem vehebat, meum reliqui, niſi vigilantior ipſe & cautior me-
liùs ſibi conſuluiſſet: ſed pœnarum ſatis tum ob hoc craſſum pec-
catum meum etiam in vita recepi. *Cha.* Recipies etiam in mor-
te. Ibis enim quum è navi te dimiſero, ad ſeveros judices no-
ſtros, qui examinant & cenſent delicta omnium. Ducent quoque
te in examinationem, ſcrutabunturque crimina tua. Videor verò
videre, quali te judicabunt pœnæ ſubjiciendum. *Pal.* Quali? *Cha.*
Parem peccato tuo tibi pœnam ſtatuent. Nam quum ſomno pec-
caveris, æterno etiam te ſomno damnabunt. *Pal.* Dormiam er-
go in æternum? *Cha.* Ita puto: niſi gravius ſit aliud peccatum tibi.

*Pal.*

*Pal.* Sic mites habeam judices, ut non sit gravius aliud mihi. *Cha.* Nullam ergo nisi somni pœnam patieris. *Pal.* Non hæc gravis pœna mihi videtur. *Cha.* Neque asinis etiam & bobus, at magnis & excellenti aliqua virtute præditis viris gravissima existimatur. *Pal.* Quas verò, dic, pœnas perferent tyranni? *Cha.* Audis tot clamantes & lamentantes voces, tot horrificos planctus, tantum stridorem ferri, tot tractus catenarum? *Pal.* Delectabat me adeò sermocinatio tua, ut his minimè animum intenderem: sed quid audio tam triste atque horrendum, quod præ horrore pœnæ aures meæ sustinere non possunt? *Cha.* Sunt hæc quæ audis, tormenta tyrannorum. Nam quum illi in vita carcere quenquam incluserint, spoliaverint, flagellaverint, trucidaverint, in summum luctum, in summam egestatem & calamitatem deduxerint, damnati sunt etiam ab incorruptis judicibus, ad perferendas pares pœnas. Ideo teterrimis quoque carceribus inclusi, spoliati, flagellati, rotati, cæsi membratim, ac mille atrocissimis mortibus cruentati, tantos edunt, quantos audis, gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque ejulatus. *Pal.* Dic etiam mihi Charon, an his pœnis plectuntur, qui magni atque primarii tyrannis assistunt? *Cha.* Prorsus iisdem. Nam suasu & consilio eorum maximè committunt tyranni scelera sua. *Pal.* An & in vita illi beati? *Cha.* Non secus ac tyranni, quibus assistunt, nam iisdem quoque malis subjecti sunt, eadem enim sunt in eos populorum odia, majora etiam inter se, eædem curæ, eadem pericula: & quod miserabilius est, dejiciuntur sæpe à tyrannis suis, & vel carcere vel morte aliquando pessima afficiuntur. *Pal.* Tanta est ergo, tamque generalis omnium calamitas. Vllam verò prorsus esse putas hominum sortem, quæ beata duci possit? *Cha.* Imò beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. *Pal.* Quos perraros? *Cha.* Qui amore virtutis & literarum contempserunt cætera mundi bona. Quin se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos conservantes, extulerunt animum altiùs ad gustandam divinam excellentiam, humana quasi sordida & abjecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis, tamque jucunda res est, ut incredibiles amatoribus suis afferat voluptates. Tam nobilis & præstans est ejus possessio, ut summa quadam ubertate ditet possessores suos. Quam qui verè est assequutus, nihil præter literarum studia dulce, nihil præter Dei cognitionem habet amabile. Quæ tantum prædulcia sibi bona stabilia perpetua, incorrupta præeligit, custodit, amplectitur. Reliqua verò mundi supremo tandem gustu amara, infirma, momentanea, corruptibiliora fuco, mendaciora hilo, inaniora hilla, jejuniora papis volantibus, fugit, comtemnit, abjicit, conculcat. Contentusque seipso, ac honestissimis suavissimisque studiis suis totum nihil mundum ducit, ruentem etiam non formidat. In his recreatur, refocillatur, lætam & jucundam agit vitam, ridet tantas hominum, tamque stultas, & ultrò sibi quæsitas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes cu-

iras: nemini nocet, nemini moleſtus eſt. Laudant eum omnes, ædicant, admirantur, benevolentia complectuntur, favore proquuntur: quàm verè hic beatus eſt, qui conſcientiæ ſuæ innocentia integritate fruitur? Quod primum eſt & dulcius omnibus, bonus curuſque ſui, nullo timore angitur, nulla anguſtia torquetur, non met largas (quibus caret, quaſque nihili facit) divitias ſibi à potenoribus eripi. Non timet à quocunque ſe lædi, qui nec quenquam læſiſſe certò intelligat: quàm verè hic felix eſt, qui tot tantiſque motus curis & periculis, tantarum vacuus perturbationum, ſibi mper aliiſque jucundus, lætetur ſemper, & omnibus quotquot ſunt undi honeſtis, & his etiam, quæ cœlibum communes ſunt, peruatur voluptatibus: qui humanioribus ſanctioribuſque deditus ſtuiis, contemnat omnia, contemnenſque omnia poſſideat. Nam is oſſidere omnia videtur, non qui omnibus abundet, ſed cui nihil deciat. Porrò illi nihil deficit, qui nihil concupiſcit. Concupiſcens item nihil, contemnit omnia, contemnenſque ita id aſſequitur, uod deſiderat. Deſiderio verò ſuo frui, ea demum vera & ſola beatudo, beatorumque omnium plenitudo eſt. *Pal.* Hi ergo quum ihil mali egerint, pœnarum & nihil patiuntur. *Cha.* Nihil prorus: imò propter tranſactam bene vitam, meritum magnum aſſeuuntur. *Pal.* Quod? *Cha.* Vel cœli fiunt incolæ, communicantue æternùm illis cœleſtibus bonis. Vel ſi huc deſcendunt, mittuntur Elyſium: qui locus eſt quietis ac delitiarum, ubi ſedes fortunatæ, mpi aperti, læti, omnium omnino pœnarum expertes. *Pal.* O ſi ihi ad mortales redire aliquando contingeret, inclamarem quàm agna poſſem voce, admonerem pro ſuo quemque officio & dignita, accuſarem tantam laborum fruſtrationem, tantam curarum vaitatem, tot corruptas opiniones perverſaque judicia, ſed quàm aximè increparem, qui vel magiſtratu quopiam magno, vel imerio cæteros antecedunt, oſtenderem tanta, quæ antea ignorabam: d te docente nunc intelligo, mala eorum graviſſima, dictu horriilia: revocarem omnes à vitiis, ab inferendis injuriis: ad meliorem ictum, à ſuperflua agendarum rerum cura: incenderem deſiderio irtutis, laudarem innocentiam, prædicarem frugalitatem, exhorarer cunctos ad bene, graviter, caſtigateque vivendum, ad ſe conoſcendum, ad contemnendum tot caduca, & ſomni cujuſdam vel mbræ magis ſimilia mundi bona, invitarem ad honeſtas artes, ad genuas exercitationes, ad ſtudia literarum, ad ſpem ac contemlationem divinæ bonitatis. *Cha.* Et rectè ſanè: ſed vides & ripam ttigiſſe, egredere jam. *Pal.* Et jam egreſſus ſum. Ad judices eo, lacidam opto tibi ſemper navigationem: ſalve ô Charon, & vale. *ha.* Et ego ad reliquas umbras redeo. Placidos opto tibi ſemper juices: ſalve ô Palinure, & vale.

# VIRTVS DEA.

## Interlocutores, VIRTVS. MERCVRIVS.

*Mercurius.*

VIrtus Dea per epiſtolas oravit modò, ut ad ſe iterem. Eo ut perconter quidnam me velit, illico ad Iovem redibo. *Vir.* Salve Mercuri: ago tibi gratias, quandoquidem tua in me pietas atque benignitas efficit, ut non penitus deſpectus ab omni cœtu Deorum ſim. *Mer.* Expecto quid narres: tu modò perbreves narrationes facito: nam edixit ut confeſtim ad ſe rediremus Iupiter. *Vir.* Etiam-ne tecum nobis non licebit noſtras ærumnas exponere? Quos igitur habebo ultores injuriarum, ſi non modò apud ipſum maximum Iovem, verùm & apud te quem ſemper in fratris locum habui, colui, obſervavi, condolendi facultas negatur? O me miſeram, ad quos confugiam? Vnde auxilium petam? Me quidem, cùm ita deſpiciar, malo eſſe truncum aliquem, quàm deam. *Mer.* Tandem effare, dum præbeo operam. *Vir.* Viden, quàm ſim nuda & fœda? Hoc ita ut ſim, efficit fortunæ deæ impietas atque injuria. Aderam ſanè ornata apud Elyſios campos inter veteres illos amicos Platonem ſcilicet, Socratem, Demoſthenem, Ciceronem, Archimedem, Polycratem, Praxitelem, & ejuſmodi viros doctos, qui me, dum vitam agebant, piiſſimè atque religioſiſſimè coluêre. Interea loci cùm jam non pauci ſalutatum ad nos advolaſſent, è veſtigio fortuna dea inſolens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba conſepta atque ſtipata, properans ad nos, jactabunda. En, inquit, plebeja, tu-ne majoribus diis adventantibus non ultrò cedis? dolui injuriam nobis immeritis eo pacto fieri. Ac nonnihil incitata, inquam, neque tu maxima Dea his verbis me plebeiam efficies, neque ſi majoribus cedendum eſt, tibi turpiter cedendum cenſeo. Illa verò illico in convitium ſeſe effert adverſum me. Prætereo hìc quas contumelias in me primùm dum hæc inter nos geruntur, effuderit: idcirco Plato philoſophus cœpit contra nonnullos de deorum officiis diſputare: Illa excandeſcens, apagite hinc verbosi, inquit, Non enim decet ſervos deorum cauſſam ſuſcipere; cœperat & Cicero orator plura velle ſuadere, at ex turba armatorum erupit, Mercuri, Antonius præpotens latera illa ſua digladiatoria oſtendens, graviſſimumque pugnum in os Ciceronis injecit: hinc cæteri mei amici perculſi metu, fuga ſibi propere conſuluere, neque enim Polycletes poplites peniculo, aut Phidias ſcalpro, aut Archimedes horoſcopo, aut cæteri inermes adverſus audaciſſimos armatos eoſque prædis atque homicidiis ſuetos bello ad ſeſe tuendos valebant. ergo me infeliciſſimam ab ipſis diis omnibus qui tum aderant atque hominibus de-

deſertam, pugnis ac calcibus totam confregêre, veſtes meas diripuere, in lutum proſtratam reliquêre, demum abire ovantes. Ego verò ita confecta, cum primùm licuit conſcendi huc, ut I. O. M. his de rebus acerem certiorem, jam quidem mihi ut intromittat expectanti menis elapſus eſt, dumque id ut impetrem, omnes deos exeuntes atque redeuntes precor, novas ſemper aliquas excuſationes audio. Aut enim deos ajunt vacare, ut in tempore cucurbitæ floreſcant. Aut curare ut papilionibus alæ perpulchræ pictæ adſint. Quid? igitur-ne verò aliquid ſemper habebunt negocii, quo nos excluſas teneant ac flocci pendant? Tum etiam & villicus ſuſcepit curam dudum, ne cucurbitæ iti pereant. Nos tamen neque diis neque hominibus cordi ſumus. Has ob res te iterum atque iterum precor, obteſtorque Mercuri, qui ſemper apud deos ipſos interpres extitiſti, & ut cauſſam hanc meam uſtiſſimam atque piiſſimam ſuſcipias. Ad te confugio, te ſupplex oro, in te omnis mea ſita eſt ſpes atque expectatio. Da quæſo, operam, ne dum à vobis excludor, ipſis quoque mortalibus ſim ludibrio. Nam erit quidem dedecus deorum ordini, ubi homunculi me ametſi infirmam deam flocci pendant. *Mer.* Audivi: doleo verùm pro vetere noſtra amicitia unum admoneo, duram nimis atque difficilem cauſſam te adverſus fortunam ſuſcepiſſe. Nam & Iupiter ipſe, ut cæteros omittam Deos, cum & ob accepta beneficia nimium fortunæ debere ſentiat, illius vires atque potentiam veretur. Ea enim ad cœlum diis aſcenſum præſtitit: atque ubi velit, valens ſua armaorum manu ejiciet. Qua de re, ſi ſapis, inter plebeios deos ignota, quoad fortunæ odium extinctum ſit, latebis. *Vir.* Æternùm latitandum eſt, ego & nuda & deſpecta abeo.

# IOANNIS GEORGII GRAEVII
## Notae ad tom. II. LVCIANI.

### AD EIKONES.

Pag. 9. Ἀρετῇ (sc. κεκόσμηϑ) καὶ σωφροσύνῃ, καὶ ἐπιεικείᾳ, καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὁπόσοις τοῦτο ὄφος ἐστίν. Vertunt: *Virtute* (sit ornata) *temperantia, aequitate, humanitate, atque aliis, quaecunque his terminis comprehenduntur.* quam male, imo quam ridicule hunc locum verterint, quis tam tyro est, qui non videat! Quid enim ultima verba hic denotant, *quaecunque his terminis comprehenduntur?* aut, si possent hic aliquid significare, quomodo ex Graecis ista colligas aut exprimas? In editione Florentina: καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐπὶ τούτοις ὄρον ἐστίν. Verissime. & *aliis ornamentis, quae sunt in tali* sc. foemina *perfectissima.* quae possunt in foemina omnibus numeris absoluta esse perfectissima & absolutissima. Dudum observavit magnus Casaubonus ad Athenaeum ὄρον & πέφυκε alicujus rei dici quod volumus intelligi summum esse. Sic πέφυκε φιλίας, ὄρον πενίας esse *summam amicitiam, summam paupertatem.* His potes hoc exemplum adscribere, quod non ceperunt interpretes Mallem tamen legere ὁπόσα τούτων ὄφος ἐστίν. & *quae alia sunt talium ornamentorum perfectissima.* Et sic Lucianum scripsisse persuasum habeo.

In eadem pagina, Καὶ τὸ γλυκὺ μέλιϑος ἀπὸ τῆ γλώσσης ἔφη αὐτῆς μόλυνον, ἢ ἔφη ἡ πυλὶς μέσηϑος οὐείνα ὁ Ὄμηρος ἂν εἶπεν. Sic Mſ. Vulgo καὶ τὸ, γλυκὺν μέλιϑος, quod tamen non damno Statim idem codex, καὶ πρᾶως ἐνδυόμενον εἰς τὸν ἀκοῦν, & sic legisse videtur interpres, qui bene vertit, *inque aurem blande se insinuans.* est enim ἐνδύεσϑαι *blande & latenter subire, se insinuare.* pro quo mox ἀφδύεσϑ p. 10. καὶ ἢ κηρὸς ἐπιφορᾷ τὰ ὦτα, καὶ μὴ ἡ κηρὸς ἀφδύσασά σε τὸ μέλος. *Quin etiam auribus cera obturatis, per ceram etiam cantus penetrabit.* ἐνδυόμενον, quod in editis extat hic est ἀπεσδύνον.

Pag. 11. Obscura & insulsa est versio horum verborum; ἔστιν γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συνπλεχθὲν, κἀκεῖνα ποικίλα, καὶ πολυειδές τι ἐκ πολλῶν ἀπεργάζεται αὐτὸ αὑτῷ ἀνθαμιλλώμενον. *Hoc enim perexile esset, & more graphico absolutum, tot formas, & multiforme quiddam, sibi ipsi adversans, ex multis perficere.* Haec Latina quis sanus intelligat? Quid est *more graphico.* verte totum locum: *Hoc enim perxile esset, & more pictorum factum;* (scilicet unam rem pulchram ex variis rebus compositam, uti in πολυμιξίαις erat factum, nec aliter possunt pictores pulchritudinem ostendere) *Tanta pulchra, & multiformia quiddam, quod secum ipse certat* (utrum scilicet alte-

ro

o pulchrius sit) *ex multis perficere* scilicet decrevi. Totus locus ic est interpungendus: Σκόπει δὲι δὴ καὶ πῶς ἄλλως. ὁ γὰρ μίαν ὥσπερ τὴ δὴ ὧν πολλῶν συνθεὶς ἐπιδεῖξαι διέγνωκε, ἦτοι γὰρ τοῦτο, καὶ γραφικῶς συνπλεκθῆν, κἀκεῖνα τοιαῦτα, καὶ πολυειδές τι ὧν πολλῶν ἀπεπλεῖν αὐτὸ αὐτοῦ ἀνθαμιλλόμενον. ista verba quasi in parenthesi posita sunt, ἦτον γὰ τοῦτο καὶ γραφικῶς συνπλεκθῆν. Γεγράφειν est, pingere, γραφεῖς pictores, γραφικῶς more pictorum. quoties in hoc ipso dialogo leguntur. Sic & Latinis scribere est *pingere*. Plin. in ep. *imagines exscribendas pingendasque*. Martialis: *scriptum testudine sigma*. hoc est pictum, sed ἀνθαμιλλᾶσθαι, est certare cum adversario, & si de pluribus, dicitur inter se certare. ἀνθαμιλλᾶν est aemulus, qui cum aliquo certat. Mſ. hic non audio, qui pro ἀνθαμιλλώμενον scribit ἀνθαμιμώμενον.

Pag. 12. Ὀλύμπιον est Pericles. Diodorus Siculus. lib. 12. Ταῦτα δὲ ῥαδίως συνετέλεσε λαβὼν τὴν διάνοιαν ἐκ λόγου. δι' ὧν αἰτίαν ἀνομάσθη Ὀλύμπιος. Plin. xxxv, 8. *Olympiumque ab eo pictum*, sic pulcherrime hunc locum ex Mſſ. emendavit sagaciſſimus Fridericus Gronovius, cum in iis legeretur *Olympium Iovem*, in editis ineptius *Glypeumque Athenis*. Sic & Val. Max. v. 10. *Non sine causſa igitur tanti roboris animus ad Olympii cognomen ascendit*, ut erudite hunc locum restituit Chriſtophorus Colerus, ejecto vocabulo *Iovis*. Non longe poſt Mſ. Ἀθηναίους legitur in Mſ. ὁ γὰρ ἴσον ὁ ὃ ἐγγὺς ἀθηναίων ἡ τότε πολιτεία, καὶ ἡ παροῦσα τῶν Ρωμαίων δύναμις. *Neque enim aequales sunt, nec quidem proximo intervallo distant* (ſed longe ſcilicet) *Athenienſium reſpublica, & iſta praeſens Romanorum potentia*. Edit. ὁ γὰρ ἴση, non male. ſed illud magis redolet Athenas. ἴσον nimirum χεῖρον. ὁ δὲ ἐγγὺς est idiotiſmus Graecus, *ne prope quidem ad illum accedit, longiſ parasangis ab illa distat*. Vtitur & in ſequente dialogo: μὴ γὰρ εἶναι τῆ τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἐγγὺς, ὅτι μὴ δὲ ἄλλῳ τινὰ γυναικὶ γε ἔοικε. *Non enim talibus ſe dignam eſſe, ne quidem propius ab illis abeſſe, neque ullam aliam foeminam*. Sic enim Latinis uſurpatur *propius abeſſe*. Cic. in Catone: *quod eo melius mihi cernere videor, quo ab ea propius abſum*.

Pag. 25. Ἀλλ' ἵν' πως ἐς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε ἐμβιβάζῃ τὸ ἐπαινούμενον. *Si quod laudatur ad excellentius, quoad fieri poterit extulerit*. Nec Graeca nec Latina verba reprehendo. Efficacius tamen vetus codex ἐς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε ἐξοικειάζων. ut apud Latinos *provehens*.

Pag. 27. Miratur Marcilius quos Lucianus ſit ſecutus auctores, cum ſcribit in dialogo pro imaginibus, Croeſi filium auditu acri Melampodem antecellere, cum ſcribat Herodotus illum fuiſſe mutum; non ſurdum. ſed ego miror Marcilium hic haerere. Quis ignorat mutos eſſe quoque ſurdos: Imo ſurditatem eſſe cauſſam mutae linguae. Qui ſurdus natus eſt, loqui non poteſt. Vnde enim ſonos vocum litterarumque percipiat. Fuerunt tamen noſtro ſeculo cum in

Germania, tum in Anglia, qui surdos docuerunt motu oris litteras nosse & pronunciare. de quo extat elegans dissertatio Georgi Morhofii, viri eruditissimi, & nostri studiosissimi. Quin & surdi fuerunt his in terris, non nati, sed morbo casuque facti, qui ex motu labiorum aeque poterant etiam longius a se remotos, & mussitantes intelligere, ac si articulatim singulas voces auribus percepissent. Hi videbant sonum, non audiebant.

Pag. 38. In Toxaride: Ἀγάπως καὶ Πατρόκλῳ φιλίαν, καὶ τῷ Θήσεως καὶ Πειρίθῳ, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτερίαν. In his verbis καὶ τῶν ἄλλων non agnoscit Mf. sunt utique delenda. Latinus interpres vertit, ac si legisset τῶν ἄλλων, quia in τῷ ἄλλῳ nulla sententia suberat.

Pag. 39. Turbatus est ordo colloquentium, qui sic constituendus est. Μνη. οὐ λίγεις. καὶ ὠρέθησαν ὑπόσοι ἦσαν. πάντε ἴσως δοκῶσι ἑκατέρῳ. Το. καμοὶ δοκεῖ. ἑτέρῳ δὲ λέγε. &c. dein post οὐχ ὅσον ἀπιστεῖν. Μνη. ἐμέμνησθε, εἴ τι καὶ ὄρκου δεῖν νομίζοις; πῶς δ' ἐσὶ τῶν ἡμετέρων θεῶν; ἀρ' ἱκανὸς ὁ φίλιππος; ut haec ultima omnia Mnesippo tribuantur. Nam cum Mnesippus prior narrare incipiat, non possunt illa verba ἑτέρῳ λέγε Mnesippo convenire.

Pag. 43. Ἄλλον τινὰ Κρῆτα νεανίσκον τῶν ὑπολεύκων, εὐγενῆ. *Alium quendam adolescentulum Cretensem bene nummatum venatu ibi.* ὑπολεύκος est ad auri colorem accedens, subaureus, ut sic dicam. ut paullo inferius ὑπολεύκως subpallidus, non convenit pecuniosо juveni hoc verbum. Videtur litteris transpositis scripsisse Lucianus τῶν πολυλεύκων.

Pag. 48. Leve mendum in omnibus editionibus conspicitur, quod vel a tyrone poterat deleri, ἐγὼ δὲ διδυμιόδα πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα ἢ ἥρωας. scribendum ἐνδυμιόδα. Est enim ab Ἐνδυμιόδας. In eadem pagina paullo ante fine sensu legitur, οἱ κληρονόμοι δὲ ὡς τάχιστα κατελέγησαν, ὡς ἦκεν, ἦσαν Ἀφιστῶντες τὰ ὑπὸ τῶν Ἀφθονέων. Vertunt: *At haeredes quibus ista erant legata, ut audierunt, illico venerunt, agnoscentes ea quae testamento erant mandata.* Quid hoc? num Ἀφιστᾶν est *agnoscere*? Locus est corruptus. Existimo Lucianum scripsisse ἀπαιτοῦντες τὰ ὑπὸ τῶν Ἀφθονέων, *petentes quae in testamento illis erant legata.* Nam Ἀφιστᾶν non memini apud quenquam inveniri. sed ἀπαιτεῖν Luciano est familiare.

Pag. 49. De Menecratis filia deformi, ὧ γύναι μὴ πάσης τῆς οὐσίας ἕνεκα, ἦν σοὶ ὁ κολοβόκυκος ἐκέκτητο ἀξίωσεν ἄν τις τῶν γε ἀγενῶν καὶ πενήτων ῥᾳδίως ἀνθρώπων, ὅτῳ κεκοσμήμενον ἦσαν τὰ ὄψια. *Quam me cum omni quidem patris substantia, quam ante mulctam possederat, dignatus fuisset, quisquam ingenuus ac pauper facile accipere, quae forma esset tam infelici.* Sic Erasmus vertit. Non est mirum nullum τῶν ἀγενῶν hoc spinturnicium voluisse ducere. Omnino scribendum ex Mf. τῶν ἀγενῶν. *obscurorum, ex ima plebe.*

Pag. 54. Narrat cum quidam vinctorum in carcere Aegyptiaco limam esset nactus, qua ἀπαρξάμενός τι τῶν δεσμῶν, ἦ ἐδέδετο ἐξῆν, τὰ λοιπὰ εἰς αὐτὸν διεσεσμένον, καὶ λανθάνοντα ἀπαυδᾶς. Erasmus cum in-

interpolatore Salmurienſi : *Catenam inſecuit, qua ordine adſtringebantur, cyphonibus in hanc inſertis, ſolvitque omnes.* In Graecis verbis primum non intelligo quid ſit τ̃ κλοιῶν εἰς αὐτὸν διειρημένων, multo minus verſionem Eraſmi *cyphonibus in eam inſertis.* διείρομαι eſt *quaero, interrogo.* ſed legendum ex Mſ. διειργμένων. vinculis, quibus ſinguli ſeparatim ligati erant, eos dirimentibus. ὁ κλοιὸς eſt vincultum, quo vinciebantur rei in carcere, ut ſuperius ad tomum primum oſtendit. Cur *cyphones* verterit Eraſmus, ego equidem ignoro, multo minus cur in verbis, quae modo haec praeceſſerunt, interpretatus ſit, *trabem*, τοῦτο γὰρ μόλις πολλὰ ἱκετεύσας τ̃ δεσμοφύλακα ἐξεργάσαιτο τ̃δε αὐτὸ τὸ ληστήριον τ̃ι Ἀντιφίλῳ, καὶ ὑπὸ τ̃ αὐτ̃ κλοιῷ δεδῆχθ. *Nam hoc multis precibus a cuſtode carceris vix obtinuerat, ut proxime Antiphilo eademque in trabe vinciretur.* imo *eadem catena.* ſolebant vincti interdum duo treſve eadem catena vinciri. Sic apud Romanos in carcerem conjectus, & miles, qui cuſtos ei apponebatur, eadem vinciebantur catena, ut patet ex Senecae ep. 5. *Eadem catena & cuſtodiam & militem copulat.* iſta vincula ſingularum cuſtodiarum, quibus eorum manus pedeſque conſtricti erant, alligata erant majori catenae, quam dixit Lucianus ἅλυσιν. Sic igitur in Latinam linguam vertendus hic locus : *Catenam diſſecuit, qua ordine alligabantur, vinculis in eam (*ſc. inſertis) *dirimentibus* (ſc. catenatos,) *ſolvitque omnes.* Omnes aut ſaltem paria catenatorum erant vincta compedibus, qui omnes compedes adſtringebantur catenae majori.

Paullo poſt pag. 56. rectius Mſ. καὶ αὐτὰς ἂν σοι τὰς λόγους διεξῆλθον πολλὰς, καὶ ἀγαθὰς *ipſas tibi orationes exponerem multas, & egregias,* αὐτὰς quod in editionibus eſt hic valde friget. Mox idem codex pro vulgato φαῦλ☉ ῥήτωρ γνάθμ☉ *ſis malus orator,* pro vulgato φαῦλ☉ ῥήτωρ φαινόμθ☉. & paullo ante illae membranae pro διηγησάμην σοι ἀγαθὰς καὶ βεβαίας φίλας, ſcriptum oſtendunt ἀγαθὰς καὶ γναησίας φίλας. *tam bonos & generoſos amicos.* nec ſpernendum quod ſequente pagina in hoc codice legitur, εἰ ἀληθὴς ὁ κυβερνήτης ἐσ. *verus ne quis gubernator ſit.* in editis eſt ἀγαθός.

Pag. 58. Valde quoque probo ſcripturam veteris libri, καὶ ἐφέτου δὲ τὸ μέγιστον ἄχρι τριῶν ἐς τὰς συνθήκας συνιέναι, *licet autem ſummum tres in foedus tale coire,* pro communi εἰς τὰς συνθήκας εἰσιέναι, non quod hanc lectionem non poſſimus tueri, ſed quod illa ſit efficacior. Eſt enim σύνειμι vox propria qua utuntur de familiaritate, quam amici ineunt & colunt, uti notum eſt.

Pag. 59. Delenda eſt diſtinctio in his verbis : καὶ τὰς ἁμάξας καταλαμβάνουσι, αὐτάνδρους τὰς πολλίστας ἁλισκομένας. Pertinet αὐτάνδρους ad ἁμάξας, Αὐτάνδροι ἁμάξαι ſunt currus cum hominibus, quibus uxores & liberos ſuos imponebant Scythae Hamaxobii. Vertendum igitur : *Et curribus potiebantur, quos capiebant cum*

*ipſis hominibus*, non *cum viris*, ut Eraſmus. Viri enim in caſtris verſabantur.

Pag. 67. Ὁ ὁμόσκυ@ καὶ ὁμόγλωττ@ τοῖς Ἀλάνοις ὤν. Eraſmus: *eodem cultu, eademque cum Alanis lingua.* Sed ὁμόσκυ@ eſt, qui eodem genere armorum utitur, ut apud Thucydidem. Ὅμοιοι τοῖς Σκύθαις ὁμόσκυοι, *iiſdem armis utuntur, quibus Scythae.* Σκύη Graecis ſaepe ſunt arma.

Pag. 73. Καμπύλῳ τῷ ξίφει ὑπολμηθὶς τὸν ἰγνύαν. *adunco gladio vulneratus in poplite.* Sed legendum τὸν ἰγνύον, aut τὸν ἰγνὸν. dicitur enim *ignya* & *ignus*.

Pag. 77. In aſino Καὶ ὅτι ἀργίαιον ἱκανὸν ἔχει. Cur ἔχει, & non ἔχῃ, ut τρέφῃ, quod ſequitur. Non monuiſſem, niſi omnes editiones etiam Florentinam conſentire in hoc vitio tolerando vidiſſem.

Pag. 78. In κλιποπάλῃ nihili eſt τὸ ἅμα in his verbis τότ' ἤδη ἐπιβὰς, ἅμα κατ' ἰξύ@ δήσας σύνιχα, Bene Mſ. ἅμμα κατ' ἰξύ@ δήσας, *vincula ad ilia alligans.*

Pag. 86. Ὦ τῆ ἀκαίρω τοῦτης περιεργασίας. O *intempeſtivam hanc curioſitatem.* Περιεργασία non memini alibi apud Graecum melioris notae ſcriptorem occurrere, quamvis περιεργάζομαι legatur. Repone igitur ex Mſ. Περιεργίας.

Pag. 88. Os dicit aſino fuiſſe vinculo occluſum ne tempus, quod viae impendendum erat, pabulo impenderet, & tardius procederet. ὥστε ἔφην τότε, καὶ ἔμεινα ὀρθ@. *Iamque tunc ſteti, aſinuſque manſi.* Quomodo ſtetit, cum tantopere properaret. lege: ὥστε ἐβίων τότε. *Tum ſic obdurato ore procedebam.*

Pag. 112. Η' δὲ κατεχρήσατό μοι δεινῶς. Scribe: κατεχρήσατό μου δεινῶς.

Pag. 114. In Iove Confutato, elegantius in vetiri codice ſcribitur: Δοκεῖ σ' ἔν μοι διαλόγῳ ἂν ἡ κλωθὼ μεγαλαυχήσασθαι, ὡς καὶ αὐτόν σε ἀνάγκασεν αἰωρῆσαι σὺν ᾧ ἀτρέκιστε, καθάπερ οἱ ἁλιεῖς σὺν ᾧ καλάμῳ τὰ ἰχθύδια. *Mihi videtur longe juſtiorem cauſſam gloriandi Clotho habere, quae te ipſum attractum ſuſpendet ex fuſo, ſicut piſcatores in arundine piſces.* Vulgati ἐπωμόσατο, quod quidem ferri poteſt. ſed Mſ. lectio facile prae hac Graece doctis ſe probabit.

Pag. 120. Ἱκανὸν γὰρ τοῦτο, εἰ καὶ σὺ φῂς εἰκῆ μηδένι χρησίμῳ χίναξ τὰς θυσίας, χρηστότητί δέ τινι, ᾗ ἀνθρώπων τιμῶντων τὸ βέλτιον. *Hoc ſatis eſt, ſi etiam dicis nullius utilitatis cauſſa ſacra fieri: verum bonitate quadam hominum quod praeſtantius eſt, colentium.* Sic recte interpres *colentium* ſc. Deos. Nihil hic monerem, niſi Mſ. juberet me non praeterire, quod in illo legitur εὐγνωμοσύνῃ, pro χρηστότητι hoc minime damno, alterum tamen eſt efficacius, declarat enim memorem, gratum & benevolum animum propter accepta beneficia. Sic pag. 123, idem codex pro χ' τιμῶν χρυσίοντες, ſcribit θυσίαις χαιρόντες.

Pag.

Pag. 128. In Iove Tragoedo, ſcribe ut in Mſ. habetur ὦ χρὼ δι' ὅσα εἶλε πτερεάς. Eſt ex Iliad γ. v. 35. ubi eſt μὲν quod omnium eſt caſuum. mox ſcribe ex Euripidis Oreſte, ἥς σὺ ἂν ἄρχοις' ἄχθος. dein idem codex: ὡσὼς χρὴ γὰρ οἰκεῖον ἐρᾶς. Mox ὡς τι ὑποθραυσαργεῖν exponit vetus ſcholion ineditum ὑποτραγῳδεῖν. quod eſt verſibus tragicis reſpondere, & quaſi ſecundas agere. Neutrum horum verborum Lexici annotarunt. Iupiter ἐποτραγῳδᾷ, illi vero non poterant ὑποτραγῳδεῖν.

Pag. 133. Coloſſus Rhodius propter ingentes ſumtus in ſe factos ſibi ἀφοσιδρίσαι inter deos vult vindicare, Conſulit de hac re Mercurius Iovem: τί ὦ Ζεῦ χρὴ ποιεῖν; δύσκριτον γὰρ ἐμοὶ γοῦν τὸ τοῦτο. εἰ μὲν γὰρ εἰς τὴν ὕλλου ἀποβλέποιμι, χαλκοῦς ἐστιν. εἰ δ' ὑπολογίσαιμι ἀφ' ὅσων ταλάντων κεχαλκοῦται, ὑπὲρ τοὺς πεντακοσιομεδίμνους καὶ τὴν ἱππάδα ἂν εἴη. Hic locus imperitiſſime vertitur: *Quid facto opus Iupiter? Nam hoc judicare difficile eſt. Nam ſi materiam reſpexero, aeneus eſt. Verum ſi ſupputem, quot in eo fabricando impenſae fuerint talenta, plures quam quingentos modios, & centum equeſtrem inveniam.* Oedipus ſit, qui ultima Latina verba explicet. Quid enim quingenti medimni & equeſtris cenſus faciunt ad impenſas, quas conſumſerunt in Rhodio Coloſſo erigendo? non plus ſane, quam tenuis & deſpectus rivulus ad Aegaeum mare. Paullo ante Mercurius, cum Venus quia ab Homero appelletur χρυσῆ, dixiſſet, ſibi quoque inter primi ſubſellii deos locum deberi, reſpondit, illam viſuram quoque multi auri poſſeſſorem Apollinem ὡς πῆς ζωγίτας καθήμενον, inter zygitas ſedentem, hoc eſt tertiae claſſis Deos, quia ipſius templum ſit compilatum, ideoque Veneri cogitandum, non male ſecum agi, μὴ πάνυ ἐν ἡλικῷ συκλησιάζηται. Si non inter imi ſubſellii Deos colloceur, in Deorum conventu. Haec loquendi genera ſunt ex republica Athenienſi petita, in qua Solon ſecundum cenſum diviſit in uatuor claſſes cives. Tertia claſſis erat τῶν ζευγιτῶν, qui ducenos medimnos aridorum & liquidorum pendebant reipublicae, & minas decem. Quarta erant θητῶν. Θῆτες ad nullum magiſtratum poterant adſpirare, ſed nullum quoque pendebant tributum, t Romae *proletarii & capite cenſi.* Eandem tranſlationem retinet n ſequentibus, & affirmat ſi ſumtus ſint reſpiciendi in coloſſum mpenſi, eum ſuper πεντακοσιομεδίμνους καὶ τὴν ἱππάδα ἂν εἴη. oc eſt eum ante primi & ſecundi ordinis Deos ſedere debere. Πεντακοσιομέδιμνοι erant ex Solonis deſcriptione primae claſſis cives, ui ex ſuis poſſeſſionibus capiebant fructus quingentorum modiorum, aridorum ſimul & liquidorum, & qui aerario pendebant talentum. καὶ τὴν ἱππάδα ſc. πλεῖττες, hoc eſt quod tributum equeſtrem penderent, hoc eſt equitem cogerentur alere in uſum reipublicae. quorum facultates erant modii trecenti, tributum ſemitalentum. Hi erant ſecundae claſſis cives. Hanc diſtinctionem cium Atticorum lepide Lucianus tranſtulit ad Deos. Vide Polluc.

VIII, 10. Plutarch. in vita Solonis, & Aristidis, & Meursium in Solone Aristotelis sententiam refellentem.

Pag. 136. Cum Iupiter conquestus esset, de sordibus Mnesithei, qui ex naufragio servatus cum diis promisisset hecatombam, solvit tantum gallum senio confectum, & quatuor grana thuris, ὡς αὐτῷ ἀποδιδόναι, τὴν ἀνθρακι, μὴ δὲ ὅσον ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ ἐσφραίσειε ᾧ κἂν ἐξαχόσῃ, *ut in pruna statim extinguerentur, & vix summa nares feriret fumus ex illis natus.* Mſ. ἐσφρήσῃ. Sed. Lege ἐσφρᾷ. Idem quidem est quod ἐσφρείσειε, Sed Grammatici observarunt malle Atticos ἐσφρᾷ, quam ἐσφρείσειε.

Ibid. Narrat Iupiter se venisse in Poecilem, & ibi varios hominis inveniſſe, alios sub dio, alios valde clamentes, ἐπὶ τῶν ἑδρῶν καθημένους. *in cathedris sedentes.* Sed Mſ. ἕδρων, & quidem rectius. Nam ἕδρα est Poëticum, quo Homerus aliique sunt usi, sed ἕδρας est scriptoribus pedestribus proprium, & notat sellam, consessum, quamvis illud quoque inveniatur apud Aristophanem.

Pag. 140. Momus ad Iovem: εἶτ' ἐν βραχεῖ ὄψῃ καταγελῶντας μὲν τοὺς Ἐπικούρους, καὶ Μητροδώρους, καὶ Δαμίδας, κατατιλωμένους δ' ὑπ' αὐτῶν, τοὺς ἡμετέρους συνηγόρους. Benedictus: *Deinde brevi videbis irridentes Epicuros, Metrodoros, & Damidas, vulsosque & jugulatos ab ipsis patronos hosce nostros.* Apud Latinos sine *jugulare adversarium* legitur, pro ad incitas redigere. Sed Graecos ad ista has voces σφάττειν & ἀποσφάττειν non existimo transtulisse: sane nullum exemplum memoriae succurrit. Emenda sine mora ex Mſ. καὶ ἀποφερτωμένους ὑπ' αὐτῶν. *Patronos hosce nostros victos, & os eis obstructum esse.* Nam ἀποφέρτειν est os obturare adversario, ut ne hiscere possit. Pollux VIII, 15. ἀποφέρειν τὰ γλῶτταν, ἀποφέρτειν τὸ στόμα ἄμεινον. Aliud est inferius pag. 153. cum Momo intempestiva interpellatione obtudente Deos, Iupiter respondisset, Σὺ ἡμᾶς ἐποσφάττεις ὦ Μῶμε. quod non est, *tu mactas nos Mome*, ut interpretes, sed Latini dicunt: *Enecas nos, Mome.* ut Terentius in Andria IV, 1. *Cur me enecas?* aut *occidis nos*, ut Horat. *occidis saepe rogando.* Sed in hoc ipso dialogo pag. 157, hoc verbum ex Mſ. reponendum est, ἤδη γάρ σε τάχιον ἐσράκῳ ἀποξέω, *ego te hac testa interficiam.* Vulgo frigidius, ἀποξήσω. Paucis versibus ante: τὰ δ' ἄλλα κῦρ ῥᾴον φέρεται, ὡς ἂν τύχοι ἕκαστα περισυρόμενα. Melius Mſ. περιστυρόμενα. *ut quaevis forte trahitur* a vi fluminis scilicet. περιστυρόμενα pertinet ad ἕκαστα, sed in iis quae modo praecesserunt, non probo ejusdem libri scripturam, quae pro τὰς ποιδὰς πέμπειν, prae se fert τὰς πομπὰς πέμπειν. Nam quamvis pompae & ludi in Deorum honorem instituerentur, tamen πομπὰς πέμπειν, nemo dixerit. Ibidem statim & sic Mſ. legendum ὅστ ὑμέτερον ἂν εἴη, *quare vestrarum esse partium*, non ἡμέτερον, sequentia indicant verba, in quibus non damno, τὰς ἱερείας καρπωμένων, quod in editionibus extat. non possum tamen non indicare, in vetere libro haberi τὰς ἱερείας μόνον ἐσταμένων. *vobis solis*

*bis sacrificia in epulis comedentibus.* cum nunc partem sibi vindi-cent sacerdotes, partem qui sacrificant. & id magis arridet, genio-que Luciani est convenientius.

Pag. 141. Ex Mſ. legendum, ἤτοι κεραυνῷ, ἢ ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ. non ut editiones praeferunt, ἤτοι κεραυνῷ τινι, ἢ ἄλλῃ μηχανῇ.

Pag. 147. Μᾶλλον δὲ ὁ σὸς ὦ Ἑρμῆ, ἀδελφός ἐστιν, ὁ ἀγοραῖος, ὁ ἐν τῷ Ποικίλῳ. πίτυος γὰρ ἀναπλήσας, ὁσημέραι σκιαγρα-φούμενος ὑπὸ τῶν ἀνδριαντοποιῶν. Sic ſcribitur in antiquo codice, pro quo in vulgatis habetur ἀναπλατυόμενος, quod quidem & ipſum idem notat, ſed alterius eſt interpretatio, Tritius ſcilicet ſubſtitutum eſt minus vulgato. Hoc modo vero verte: *Tuus eſt ſane, Mer-curi, frater, forenſis ille, qui ad Poecilen eſt. Itaque pice eſt refertus, cum quotidie a ſtatuariis exprimatur*, ſc. ejus forma, propter excellentiam. Dicebatur Ἑρμῆς Ἀγοραῖος *forenſis*, quia illa porticus erat in foro, & Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι, *Mer-curius ad portulam* cujus crebra apud veteres mentio. Vide Harpocrationem, & quae ad illum notat Valleſius, nec non Meurſii Athenas Atticas lib. 1. cap. 5. Verba mox ſequentia, ἐπύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν ὑποπιτυόμενος, στέρνόν τε καὶ μετά-φρενον. ἐφέρετο δέ μοι χάλκεος ἀμφὶ στήθεσι πλαθεὶς παρηόρης μιμητὴς τῇ πίτυϊ, σφεκίδα χαλκῆ πᾶσαν ὑπερτυπούμενος. Vertunt: *cum ad porticum jam fabricarer aeneus, ac perque dorſum, per-que pectus ungerer, factuſque inepte thorax corpori meo adpende-ret, nec arte diſpari foret, ex aere totus mihi additur baltheus.* Illepide ſane & imperite. Hoc enim dicit Lucianus: *Cum fabri ae-rarii picem illeviſſent pectori & tergo, ridiculuſque thorax corpori imitatrice arte fictus eſſet appenſus, omni aeris figura impreſſa.* Figura nimirum aerei thoracis, quae illi pici imprimebatur. Sunt verſus alicujus Tragici, quamvis in reſponſione Iovis pro πάνυ ὦ Ἑρμαγόρα βέλτιστε τραγῳδῶν legatur in Mſ. ἰαμβεῖων. Μιμητὴς τέχνη, eſt ars quae imitatur, aut ſimulat, qualis eſt pictorum, & fictorum. Ἑρμῆς autem ἀγοραῖος appellatur a Iove voce una ex duabus conflata Ἑρμαγόρας.

Pag. 149 Dicit Deos ſaepius ad Aethiopas epulatum ire καὶ ἀνε-παγγάλτους *etiam invocatos.* Sed Mſ. αὐτοπαγγάλτους, quod ele-gans eſt vocabulum, *qui ſe ipſos invitant, qui condicunt.* Hoc enim Latinis eſt *condicere alicui*, ut apud Cic. 1. ad fam. 9; alicui ſignificare, ſe apud eum coenaturum. Eadem quidem vis eſt vo-cis ἀνεπάγγελτος, ſed illud tamen exquiſitius.

Ibid. Manifeſtum mendum eſt in his verbis Epicurei Philoſophi, quibus dixerat Stoicos ipſos τάξιν vocare, ἀνάγκλω. εἶτα δηλαδὴ ἀ-γανακτήσεις, εἴ τίς σοι μὴ ἀκολουθοῖη, τὰ μεγόμενα μὲν, οἷα ἐστὶ, καὶ ἐξειλεγμένα καὶ ἐπαινῆται, οἰομένῳ τὶ δεῖν δεῖξαι τοῦτα εἶναι, ἢ καὶ σοφοῖς ἐπιδεικτέα αὐτῶν ἔπεσιν. Interpretes: *Deinde ſcilicet indignaberis, ſi quis te non ſequetur, cum ea quae fiunt, qualia ſunt enumeres & laudes, & putes hiſce demonſtraſſe, horum unum-*

*quodque immutari providentia.* Atqui non permutantur, sed eundem servant ordinem illi syderum motus, temporum vices, & quae enumeravit alia. scribendum sine dubio, ut est in Mſ. πρὸς τάξιν, regi, administrari providentia. Sic paullo ante Timocles quaerebat, ὑπό τινι δὲ θεᾷ τάττεται ἡ τὸ ὅλον ἐπιμέλεια. *Hoc igitur universum nulla ne providentia regitur?*

Pag. 151. Ἐπὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ Εὐριπίδης, μηδὲν ἐπισυγάγων τῇ χρείᾳ τῶν δραμάτων, τὰ δοκοῦντα οἱ λέγειν, ἄκοντα αὐτὸ τὸν παρασκευάζομένων. Sic lege & interpunge. ἄκοντα pro vulgato ἄκοντι, quod tamen cum in hac, tum in Salmurienſi editione typographorum vitio eſt omiſſum, & τὸν ex Mſ. repoſui. *Ex ſua ſententia Euripides, nulla neceſſitate fabularum compulſus, quae ipſi videntur profert, audi tunc libere loquentem.*

Pag. 152. In verſu Euripidis pro ὑγρᾷς τὸ ἀγκύλαις Mſ. ὑγρὸς τὸ ἀγκύλας. Mox in alio verſu ὅστις ἐστὶν ὁ Ζεὺς verte *quicunque Iupiter ſit.*

Pag. 153. Τυπὶ πόθεν ἡμῖν τὸ ἄμαχον κακὸν ἐπῆλθεν. Mſ. τυπὶ πόθεν ἡμῖν τὸ ἄμαχον κακὸν ἐπῆλθεν.

Pag. 154. Ἀλυσιτελὴς ἦ, εἰδὲ ἄλογον εἰδέν τι εἶχεν ἢ ναῦς, ἐν χρείαις ἦν αὐτοῖς. In Mſ. hic adduntur non nullae voces: ὁ μὴ χρήσιμον πάντως καὶ ἀναγκαῖον λῷ σοὶ τῷ ναυτιλίαν αὐτοῖς. *quod non utile omnino & neceſſarium ſit ipſis ad navigationem.*

Pag. 159. In Gallo λῷ γῦν πρὶν ἀνατεῖλαι τὸ ἥλιον μίαν ἐργάσωμαι. Mſ. λῷ γῦν πρὶν ἀνίχνευ τὸ ἥλιον μίαν πρηπίδα ἐργάσωμαι. leg. ἀνίχνευ. ſed perinde eſt ſive ſequaris editos, ſive Mſ. Sic & inferius idem codex pag. 160. Οἱ πόπτ ἀνίχνοι ὁ ἥλιος, pro φανοῖ.

Pag. 163. Ἦ Πυθαγόρας ὅτι ἁμαρτωλὸς καὶ τὸ ἴσον ἀσεβὴς κυάμους φαγὼν, ὡς ἂν εἰ τὸν κεφαλὸν ἔδοι πατρός ἰδιώτης. *An Pythagoras peccaſſe, & aeque impium fuiſſe, ſi fabas ediſti, ac ſi patris caput comediſſes.* Nimirum, quia Pythagoraei a fabis abſtinebant, quod illorum magiſter eas parentum capitibus ſimiles docebat. Superius in dialogo Menippi & Aeaci, cum Menippus dixiſſet in pera ſua non niſi fabas eſſe, quas nolit edere Pythagoras, reſpondet hic: Δὸς μόνον, ἄλλα δ' ἐγὼ παρὰ τῶν νεκρῶν δύναμαι ἔμαθον ἐγώ, ὡς οὐδὲν ἴσον κύαμοι, καὶ κεφαλαὶ τοκέων σὐδέν. *Da modo. Apud inferos aliae ſunt opiniones. Didici enim hic fabas & caput parentum nihil habere ſimilitudinis.* ubi neſcio cur interpretes vertant κεφαλαὶ *teſticulos.* quamvis non ignorem alios hanc quoque tradere cauſſam cur Pythagoras fabis abſtinuerit, quia virides fabae ſimiles ſint ἀνδρείοις μορίοις, ut loquitur Lucianus in βίων πράσει. Sed de capite parentis Clem. Alexand. 3 Strom.

Οὐδὲ μὲν ὅτι ἀνθρώπου κεφαλῇ ἀπείκασεν κύαμόν τ' ἐπέλυσεν,

Ἔστι τοι κυάμου τρώγων, κεφαλάς τε τοκήων.

Fabas inquit prohibuiſſe Pythagoram, quod ſit legumen flatus excitans,

ns, *non quod parentis capiti ſit ſimile, ut velit ille verſus.* *Idem* ! *fabas atque caput patris edere.*

Pag. 164. Καὶ μέταλλα ὅλα χρυσίου κεκτῆσθαι μοι δοκεῖς. Interres: & *ſolidas auri venas mihi videris adduxiſſe.* Μέταλλα ὅσα χρύσια. *totas auri fodinas*, aut *auraria metalla.* Metalla Latinis Graecis ſcriptoribus ſunt loca, unde metalla effodiuntur. Iuſtius de Philippo VIII, 2: *Auraria in Theſſalia, argenti metalla in Thracia occupat.* Sic *damnari ad metalla.*

Pag. 165. Κωλύει γὰρ οὐδὲν οὐδείς σε διπνεῖν, ὥσπερ ὄνειρόν τινα ταῦτ' ἐκεῖνα σοῦ ἀγγέλλει, καὶ ἀναμιμνήσκεται τῇ μνήμῃ τὰ βεβρωμένα. Latinus interpres: *Nihil enim prohibet quo minus denuo coenes, velut illius coenae ſomnium reducas, & quae tum ederis, rurſum commemoratione quaſi rumines.* Προάγειν num eſt *reducere?* ro id eſt *educere, producere.* Non poteſt haec vox hic locum habere. Legendum, ut legitur in optimo codice, ἀναπλάττειν σε. *ſi veri coenae illius ſomnium, imagineris, animo concipias.* Nam ἀναπλάττειν eſt *φαντάζεσθαι, imaginari, animo deformare.*

Pag. 166. Σκιὰς ἐποιοῦντο, ὁποσάκις τὸ στιχεῖον εἴη. *Subinde ſpiciens, quot pedum eſſet ſolarii umbra.* Recte ſic Salmurienſis terpolator. Alii ineptiſſime. Veteres enim tempus metiebant r pedibus ad proprii corporis umbram. Pollux lib. VI, c. 8. τῇ σκιᾷ δ' ἐπεκμετροῦντο τὸ μεσοῦν τὸ ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδὸν, ὃν καὶ στιχεῖον καλοῦσι. καὶ ἦδη ἐπῄδουν, εἰ δεκάπουν τὸ στιχεῖον εἴη. *Vmbra vero mpus ad coenam eundi indicebant; quam & στιχεῖον vocabant. t στιχεῖον decem pedum exiſtente libandum erat.* Legendum autem ἦδη ἐπῄδουν *properandum erat* ad coenam cum umbra decem edum eſſet quia tum erat legitimum coenae tempus. Sic menrabant tempus diei ante horologiorum inventionem, de quo multis ſputat maximus virorum Salmaſius in Exercitationibus Plinianis. riſtophanes in Ἐκκλησιαζούσαις:

Σοὶ δὲ μηλόσῃ
Ὅταν ἡ δεκάπους τὸ στιχεῖον λιπαρῶς χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον.
*Tibi vero curae erit, cum duodecim pedum umbra erit ad laute prandendum ire.*

Ibid. Ἀπίεχομαι κοσμίως μάλα ἐχημοσυνίῳ, ἀντρίψας τὸ μεθύσιον, ὡς ἐπὶ δ' καθαρτήρα χίονος ἡ ἀναβολή. *Abeo nitide adodum cultus, ſic obverſo pallio, ut qua eſſet parte puriſſimum ea ideretur* ſic interpres. nec reprehendo, nec hic audio veterem dicem, qui pro ἀναβολὴ legit μεταβολή. ſed ἀναβολὴ eſt ipſum pallium. Gloſſae ἀναβολὴ *amictus, amiculum.* Inferius in Timone: κόσμος εὐσταλὴς καὶ κόσμιος, τὸ βάδισμα, καὶ σωφρονικὸς τὼ ἀναβολῶ. *Cultu decorus, atque ornatus, inceſſu ac pallio modeſte compoſito.* Sic alibi eidem ἀναβεβλημένῳ εὐσταλῶς eſt qui incedit pallio core compoſito.

Pag. 168. Εἶτα μηδενὸς ἀνεχομένου πλησίον κατακεῖσθαι αὐτῷ, ἐμὲ κατακλίνασι φέροντες, ὡς ὁμοτραπέζου ὄντος. in Mſ. ὑπακατακλίνασι. quod

quod minime damnandum. *Cum, inquit, nemo vellet accumbere juxta eum, me ibi collocarunt infra ipsum, ut in eodem lecto jacerem.* sic hic locus interpretandus. Ὁ μετεφίζοι, sunt qui in eodem lecto triclinari cubant. In singulis lectis tres accumbere illos nemo humanior paullo nescire potest.

Ibid. scribendum, ἄκρος ἤδη καὶ τὸ σύσσιον. sic Mſ.

Pag. 169. Parvae sunt duae labes, quae videntur a typographis profectae, sed quae tamen omnes inquinant editiones, in quibus scribitur χαείπαν ὄμβιαν, pro χαείποσιν ὄμβιαν. & ὅπ χοιτο καὶ δρχήρῳ ἰσφήκοιν, pro ὀσφήκοιν. Sic enim apud Homerum l. ε. v. 51. cujus sunt, ut liquet, verba.

Pag. 170. Ὅπ τὸ ἕτερον ἤψων τοῖς Κρονίοις, δύο τόμους ὃ ἀνὴρ ἐμβαλών. *Cum duobus extorum fruſtis injectis legumen querem ſaturnalibus.* ἤψων quidem mutuatur ſua tempora ab ἑψέω, ſed quod dudum repudiarant Atticorum aures, ut οἱ χορηγικοὶ παῖδες docuerunt. Itaque pro ἤψων malebam olim ἕψων, ſed poſtea Mſ. mihi oſtendit legendum eſſe ἤψησι, & pro τόμους, τεμάχη. ſed ἀλλᾶντες, ſunt *botuli*, *farcimina*, non inteſtina.

Pag. 171. Ἐπεὶ ὃ ἀπίδιος πρώην, ἅπαντα ἐκεῖνα κ᾽ τὰς νόμους. Σίμων ὁ τὰ ῥάκια τὰ πανάρχ, ὁ τὸ τρύβλιον φελείχων, ἅρμενος ἐξελαύνῃ, ἀλυρχῇ καὶ ὑσγινοβαφῇ ἀμπεχόμενος. Et quae ſequuntur. Hic aliquid excidit. Sententia enim hiat, nec eſt unde pendeant ἅπαντα ἐκεῖνα κ᾽ τὰς νόμους. Salmuriensis quidem interpres multa infarcit, alia omittit, & cetera miſere vertit : *Poſtquam vero pridie mortuus fuiſſet, omnes illas pecunias juxta leges, Simo ille gaudens effert, purpurea hyſginoque tincta veſte indutus.* Ille κεῖνος in Graecis Simon *ille gaudens effert?* Nam ἅρμενος ἐξελαύνῃ aliud eſt ut ſtatim videbimus. Cur omiſit τὰ ῥάκια τὰ πανάρχ, ὁ τὸ τρύβλιον φελείχων. Poteratne flagitioſius in hoc loco interpretando quiſquam verſari? Nec melius Eraſmus : *At ſimul ac mortuus eſt nuper, univerſis illis opibus juxta leges Simon ille, qui circa patria, quia patellam circum lingebat, gaudens purpura ejus circumtectus.* In his nulla eſt ſententia. Ad prima autem verba ἅπαντα ἐκεῖνα κ᾽ τὰς νόμους addendum εἶλε, quod vitio librariorum intercidit, aut ſimile quidem. In ſequentibus quoque aliquid periit ὁ τὰ ῥάκια τὰ πανάρχ nihil habent unde pendeant, & non ſignificant, ſed ex Mſ. haec jactura egregie ſarcitur, qui in praeſentibus unum aut plura verba periiſſe luce meridiana clarius ostendit, quamvis & ipſa συνέχεια & ratio ſatis indicet. Sic autem in vetere codice hic locus ſcribitur : Ἐπεὶ ὃ ἀπίδιος πρώην, ἅπαντα ἐκεῖνα κ᾽ τὰς νόμους, καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥάκια φελεβλεμμένος πανάρχ, ὁ τὸ τρύβλιον φελείχων, &c. Pulchre ſane & vere. Sic igitur locum totum ſcribe & verte : ἐπεὶ ὃ ἀπίδιος πρώην, ἅπαντα ἐκεῖνα κ᾽ τὰς νόμους * ... Σίμων. Καὶ νῦν ἐκεῖνος ὁ τὰ ῥάκια φελεβλεμμένος πανάρχ, ὁ τὸ τρύβλιον φελείχων ἅρμενος ἐξελαύνῃ ἀλυρχῇ καὶ ὑσγινοβαφῇ ἀμπεχόμενος. *Poſtquam vero pridie mortuus*

* εἶλε.

', *omnia illa ſecundum leges* cepit *Simon*. Et *nunc ille qui pannis rdidis indutus erat, qui catinum lingebat, hilaris equo vehi- ur, purpurea, & coccinea veſte amictus.* ἄνδρῶ ἐξελαύνῃ eſt eto & alacri animo equo vehi, ἐλαύνειν eſt ſubaudito ἵππον, *equi- ire.* ut apud Latinos *vehere* ſc. ſe equo, pro *vehi* frequenter le- itur, ſic & ἐξελαύνειν, & ἐπεξελαύνειν. Herodot. ἐξήλασε ἐς ἥθεα ἐ ἑωυτῦ. *equitavit ad ſuam domum.* ἐξελαύνειν proprie Germanis : Belgis eſt uitrijden. Hyſginus quidem color differt a coccineo, ım ſit medius inter purpuram Tyriam & coccinum, poteſt tamen *ccineus* verti. Hyſginus enim color conficiebatur ex purpura, uae coccino ſuperinducebatur, ut dudum docuere viri doctiſſimi. ide Salmaſ. exercitat. Plinian.

Ibidem. Non reprehendo vulgatam, αἱ ἢ ἀπιλεῦσιν ἀνιλεῖν αὐτὰς· :d magis tamen probo libri veteris ſcripturam, in qua αἱ ἢ ἀπιλεῦ- ν ἀνηρτήσειν αὐτὰς. *Minantur ſe ipſas ſuſpenſuras.* Hae ſunt & ıinae & facinora mulierum perdite amantium. In hoc ipſo Lu- iano non unum eſt exemplum.

Pag. 172. Εἶτα ὄκνιον ὁ καπηδαίμων ὀλίγον τῦ ψηγμάτων ἥκειν ἐς βίον, ἐξ ἐκείνε ἐπιπομφῶ. Salmurienſis : *Itane neglexi infe- x vel pauca fruſta in vitam importare, cum illo eſſem alitus.* ed ἥκειν ψήγμαῶ ἐς βίον ſignificat ne *fruſta importare in vitam?* ı editione Baſileenſi Graeca 1555 legitur, ὀλίγον τῦ ψηγμάτων ἥ- ειν. Conſtat ſane ἥκειν conſtrui cum ſecundo caſu, ut apud Hero- otum ὦ ἥκω χρημάτων, *ſum pecunioſus, dives.* ὦ ἥκω φρενῶν pud eundem *ſum prudens.* Sed dum ſemper ὦ aut πάρειμι, ad- unctum habet. Quod conciſe dicunt ὦ ἥκειν τῦ χρημάτων, in- egrum eſt, ὦ ἥκειν ἐπὶ πολὺ τῦ χρημάτων. Sed hic habere lo- um non poteſt, ne nunc dicam ὀλίγον legi in Mſ. Florentina, ldina, ceteriſque editionibus. In Florentina vero editione ſcri- itur ἥκειν pro ἥκειν. Inde mihi perſuaſi excidiſſe & hic verbum ίρειν. Et legendum ἥκειν φέρονῶα. *Omiſi ferre invitam.* Eſt loquen- i genus, ut multa hujus generis alia, Graecis peculiare, ἥκω φέ- ειν eſt *fero.* Iſaeus : ὃ γενομένης ἀφῄκας; ἥκω φέρων. *non adfert ictas teſtamenti tabulas.* Apud Poëtas vero, imprimis apud Ho- erum, infinita talium locutionum ſunt exempla.

Pag. 173. Scribe: ἐγὼ ἢ τοσῦτός σοι φημὶ ὑπερφυὶς μηδὲν γένεσθαι ίπ. Et ſic legit interpres Latinus, quamvis omnes editiones Grae- ae μηδὲ.

Ibid. Καὶ αὖθις εἰς Ἰταλίαν ἀκπλεύσας ὥστε δεῖξαι τὰς κατ' ἐκεῖ- ε ἱκανὰς, ὥστε γὲν ἤδη μέ. Interpolator: *Et cum in Italiam rur- m vela feciſſem, eo affectu Graecos ejus temporis imbui, ut me Deum praedicarent.* Palmerius cum vidiſſet in ultimis verbis la- em haerere, cenſebat legendum eſſe, ὥστε ὡς γὲν ἰδῶν με. Sed na immutata litterula vidi puer fere ſcribendum eſſe, ὥστε γὲν γόν με. *ut me pro Deo ducerent*, ſeu *haberent*. & vere me vidiſſe Mſ. poſtea declaravit qui eandem ſervavit ſcripturam.

Pag.

Pag. 175. Mſ. *Μακρὸν δ' ἐν γήρᾳ καθειλυμένῳ ἕκαστα.*

Pag. 177. Οὔτε πράγμασιν ἔχεις λογιζόμενος, οὔτε ἀπαιτῶν, οὔτε τοῖς καθαρσίοις οἰκονόμοις ἀμφιπτόλεων, οὐδὲ πρὸς τὰς φροντίδας λογιζόμενος. Vertunt: *neque ſupputandis, aut repetendis pecuniis occupatus, neque cum ſceleratis diſpenſatoribus conflictaris, neque curis aſſiduis liberis.* Sed cui perſuadebit πρὸς φροντίδας λογίζεσθαι eſſe *curis diſtrahi*? ne dicam τὸ λογιζόμενος eſſe in eadem ſententia repetitum inſcite, & in ultimis verbis eſſe ἀπροσδιόνυσον. Optime Mſ. πρὸς τὰς φροντίδας μεριζόμενος. *Et talibus curis diſtractus, talibus curis preſſus* μεριζόμενος πρός τι eſt *alicujus rei participem fieri.* Obſcura ſunt exempla.

Ibid. Ἑσπερεύεις δὲ δειλιὸν ὀψιαίτερον, λουσάμενος δὲ δειπνεῖς. Vertunt: *Sero ſurgis crepuſculo, & ſi libuerit, lavaris.* Praeſtat *ſera veſpera.* Duplex enim erat veſpera prior, & ſerior, Veſpera prior nonnunquam erat a prandio, poſterior cum ſol occideret, Atticis, ἑσπέρα, καὶ ὀψία. Suidas: Δείλη ὀψία ἡ περὶ δύσιν ἡλίου. δείλη καὶ ἡ περὶ δείπνου ὥρα, ἡ μετὰ τὸ ἄριστον. *Sera veſpera circa ſolis occaſum. Veſpera prior, a quae eſt a prandio.* Nam verba ἡ περὶ δείπνου ὥρα, ſunt tanquam inſulſa delenda. Heſych. δείλη πρωΐα, ἡ μετ' ἀρίστου ὥρα. δείλη ὀψία, ἡ περὶ δύσιν ἡλίου. *Veſpera prior eſt tempus a prandio, Veſpera ſerior, quod eſt circa ſolis occaſum.* Hinc & *ſerus veſper* Latinis. Varro: *Neſcis quid ſerus veſper vehat.*

Pag. 178. Ἡ Διονύσιος καθαιρεθεὶς τῆς τυραννίδος, ἐν Κορίνθῳ γραμματικὸς ἐδίδασκε. Salmurienſis: *Aut cum Dionyſius tyrannide abdicatus Corinthi litteras docet.* Latinis *abdicare magiſtratum* dicitur is, qui ſponte illum deponit, & exuit ſe ipſe dignitate: *Abrogatur* vero magiſtratus ei, qui illo ab alio exuitur. Mallem igitur: *abrogata tyrannide*, aut *exutus tyrannide.* Sed Mſ. non inſcite. ἡ Διονύσιος τῆς τυραννίδος ἐν Κορίνθῳ γραμματικὸς ἐδίδασκε, μὴ πλατταττων ἔτι παιδία συλλαβίζειν ἀναγκάζων. *Aut Dionyſius, poſtquam extincta eſt tyrannis Corinthi Grammatiſta docet, poſt tantum non perium pueros ſyllabas connectere cogens.* γραμματικὸς enim vocabantur, qui pueros docebant prima elementa Grammatices, Grammatici vero, qui Poëtas & alios ſcriptores interpretabantur. pro ἀναγκάζων idem codex ἐδίδασκον, quod non probo, quia modo hoc vocabulum praeceſſit. Sed mox rectius in illo exaratur: πολὺ μᾶλλον ἐπιεικῆς ἐκείνου ὁ βίος, quam in vulgatis πολὺ πλέον ἐπιεικὴς ἐκείνου ὁ βίος, *quale illud vitae genus eſſe olim expertus es.* Nam πλέον ἐπιεικὴς non bene junguntur.

Pag. 179. Cum recenſuiſſet regiarum divitiarum affluentiam, ſubjicit, καὶ ἡ ἄλλη ἡ ἀρχὴς τραγῳδία πᾶσα ἐξ ὑπερβολῆς ἐξηρμένη, Vertunt: *reliquaque omnis tragoedia principatus, ſupra quam credi queat, ingens.* Quid ſit *tragoedia principatus ingens*, quaerant, quibus libet ληρεῖν, & tempus perdere. Vertendum *reliquaque regius omnis apparatus, ſupra modum ingens: τραγῳδία ἀρχικὴ regii faſtus choragium*, omnia, quibus reges ſuperbiunt, & tumore

lentant potentiam. Amat hoc vocabulum Lucianus ut superius otavimus.

Ibid. Alios conscensis tectis aedium magni aestimasse, si illis liret videre τὰς ϖροπέμπουσας, τὰς ἑπομένας, *antecambulones, & tergo sequentes.* Optime Mſ. τὰς ϖροπομπεύουσας qui ante me ant, pompam quasi regiam ducentes. Nam ϖροπέμπουσας, est *praeittentes.*

Ibid. Hoc quoque vitiosum est in verbis mox sequentibus, ἢ Ζεὺς ι πώγωλον χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνεργασάμενον, *Aut Iupiter nibus partibus decorus, auro & ebore compactus.* Sed unde pent χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος. Mſ. ὦ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος. quis dubitet : scribendum?

Ibid. Sequitur pervenusta comparatio tyrannorum cum Colossis statuis affabre factis a praestantissimis artificibus, sed in quibus tus nihil videatur, nisi vectes, clavos, stipites, καὶ πίτταν ὑπόλοι, hoc est, si fides interpretibus, *picemque sublitam.* sed Mſ. ἢ πίτυσιν, καὶ πηλὸν, *& picem, & lutum.* ὑπόπηλον est vocabum nihili, quod nusquam legitur. Dicendum fuisset πήλιον. l quid moramur vera lectione inventa? Sic se scripsisse paulo post endit quoque ubi Micyllus dicit, οὐδέπω ἴφηνθα τὸ πηλὸν, καὶ ς γόμφους, καὶ μοχλοὺς, οἵπερ εἰσὶ τῆς ἀρχῆς. *Nondum ostendisti um, & clavos, & vectes regni.*

Pag. 181. In his quoque verbis maculae sunt eluendae veteris codi ope, quae sic eduntur: ὁ μὲν κίνδυνος ἐμοὶ μὴ εἰ παρηλιθοὶ τὸ σμιν, καὶ ἀμφίβοι τὸ τομῆς τὸ ἐπ' ἐμοὶ, ὀλίγον τι ἀμάξας δὲ δακτύλου πμήτα. Latinus interpres: *Nam mihi hoc unum periculi est, ut paullulum aberret smilion, deflectatque a recta incisione, sumum secantis digitum exiguo tingat sanguine.* Ἀμάξασιν non conuitur cum secundo casu. sed legendum ex Mſ. αἱμάξαι τὰς δακτύς ὀπτρόνδε ὀλίγον τι. & vertendus totus locus: *Mihi enim hoc unum riculi est, si scalpellum aberret, deflectatque ab incisione recta, itos leviter secando vulneret.*

Ibid. Regi scenico tribuit Micyllus ξίφη ἐλεφαντόκοπτα, καὶ ἐπίον κόμαν. *eburneis capulis gladios, & comam ventilantem,* sic erpres. Sed hoc nullus mortalium intelligit. Κόμη ἐπίσιος est *na promissa,* quae flagellat cervices, *Coma vaga & volucris,* ut rtullianus loquitur, quae motu corporis aut aurae facile move. Pollux IV, 19. ubi agit de personis Comiicis: τῷ δ' ἐπιεικεῖ ϖρα τὴ ὄνλε, καὶ ἁλαζόνι, καὶ τῷ χρυσῷ μίλανι, καὶ τῷ κόμῃ, ἐπὶ ον δὲ αἱ τρίχες. *Militi vero, qui a coma dicebatur* ἐπίσιος, & *fabundo, est color & coma niger, moventur* seu *vibrantur cili* Philostratus in imaginibus describit Cyclopem χαίτην ἀναον ὀρθὴν, καὶ ἀμφιλαφῆ πίτνον δίκην. *jactantem rectos cri & multos instar quercus.* Talis ἐπίσιος κόμη mihi videtur ispici in Alexandri Magni nummo, quem cum alii, tum Iacobus onius nuperius attulit in antiquitatibus Curiosis Gallice editis.

Ibid.

Ibid. De hiſtrionibus Regis perſonam gerentibus, *ἐὰν ὁ εἷς τῶν λέγοντων ἐκπεσὼν τῆς αὑτοῦ εἰς μέσην τὴν σκηνὴν καταπέσῃ, μᾶλλον δηλαδὴ παρέχει τοῖς θεαταῖς. Quod ſi quis, qualia plerumque accidunt, ipſorum aliquis impingens, media in ſcena cadat, magis profecto movet ſpectatoribus.* ſic interpretantur. In Mſ. pro ἐκπεσὼν habetur κενεμβατήσας & pro παρέχει, παρέχοι. Vocabulum rarum eſt κενεμβατεῖν, *in locum vacuum venire*, ubi ſit cadendo ut ſi quis putet ſe per ſcalas, illis ablatis, ex editiore loco deſcendere, neceſſe eſt ut cadat. Plutarchus in Flamino, cum narrat Graecos in ludis Iſthmiis, praeconis vocem qua liberos illos eſſe juſſerat, tanto excepiſſe plauſu, ut corvi ſupervolantes in ſtadium deciderint, cauſſam hujus rei reddit: *αἰτία δ' ἡ τοῦ ἀέρος ῥᾳθυμία· γὰρ φωνὴ πολλὴ καὶ μεγάλη φέρεται, διαπαίμενος ὑπ' αὐτῆς ἀντερείδῃ τοῖς πτερυγίοις, ἀλλ' ὀλισθήσας πίπτει, καθάπερ κενεμβατήσας. Cauſſa eſt diviſio aeris: cum enim multa & elata vox mittitur, diviſus ab ea non ſuſtinet volucres, ſed facit ut decidant, ut his evenire qui in loca vacua veniunt*, ubi nullum eſt ſolum, in quo inſiſtunt, ubi eſt hiatus, ſicut in foſſis, & puteis. Non vero ſcena plana illos hiſtriones, de quibus loquitur, cadere, ſed de editiore loco in humiliorem & depreſſiorem, oſtendunt ſequentia, totorum corpus gravi illorum *κενεβατήσαντων* lapſu vulnerari, & contundi ait. Hujus vocabuli vim cum non cuperent ſcioli, ſubjecerunt notius & tritius *προσπίπτοντας*. Fuiſſe vero in theatris non omnem locum, ubi hiſtriones poterant praecipites cadere in inferiora loca liquet cum ex aliis antiquorum locis, tum ex Pollucis lib. IV, c. ubi agit de theatri partibus.

Pag. 182. Dicit Alectryon: Nullam vitam humana tranquillam eſſe, ſi modo ſit *μόνοις τοῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις, καὶ μὴ ἐμμεμετρημένοις, naturalibus duntaxat cupiditatibus & non circumſcriptis.* Sed quis dixit *ἐμμετρῶν*, aut ubi legitur *ἐμμεμετρημένος*? Nuſquam quam in hoc loco, qui merito ſuſpectus fuit multis doctis. Mſ. noſter ſcribit *ξυμμεμετρημένος*. Optime. Thucydides lib. 2, *οἷς ξυνέβαινεν ἅμα τε ὁ βίος ὁμοίως καὶ εὐπλουτίᾳ ἐμετρήθη. Quorum vita ſimul & mors felicitate circumſcripta fuit*, hoc eſt qui viri & morientes fuerunt felices.

Ibid. *Καὶ μὴν τειχορυχῶν με ἀναγκάσεις;* Laborare hunc locum vidit Marcilius. ſed remedium praeſentius nobis Mſ. codex in quo legitur, *εἰμὴ καὶ τειχορυχῶν γε σύ με ἀναγκάσεις. Nam me compelles parietes perfodere?* Praecedentia vero verba ſic dicenda ſunt: *πῶς οὖν, πεκλεισμένον ἔχειν; quomodo hoc fieri poterit, clauſis foribus?*

Pag. 183. Locus eſt qui me diu torſit, praeſertim cum [illegible] tiquo libro mihi eſſet praeſidii ad eum emaculandum. [illegible] natum eſſe nullus dubitabam. Quis enim [illegible] loquitur de Simone cerdone, qui [illegible] *ὡδὶς ἀβελτέρᾳστην ἀπωνίαν τὸ* [illegible]

*teria calceis affuenda obrodet, ebibetque.* Serice aut Scythice si interpres locutus esset aeque intelligeretur ac nunc intelligitur. quid enim *ebibet*? quid bibere ad corii rosionem? Dein ubi in Graecis sunt coria *calceis affuenda*? κοτύμμασα sunt soleae, quae calceis suppinguntur, & pedibus teruntur. At pro λαπίνων si legas, ut sine dubio legendum λαπαῖν, omnes tenebrae discutientur, quae locum hunc reddiderant inexplicabilem? σινόω est sordibus inquino, maculo, λαπίνω est sordibus purgo, emaculo, Hesych. λαπαῖν, ἀπρυπᾶται. σῖν- γὰρ ὁ ῥύπος. λαπαῖται est *sordibus purgatur.* σῖν- *enim est sordes.* Sic hunc Hesychii locum emendandum vidit olim Henricus Stephanus, cum in editis libris legatur ἀπαῖται, & recte Stephanum legisse hic Luciani locus argumento est. Sententia igitur, Graecorum Luciani verborum haec est: *At ille rursum soleas obrodens sordibus purget.* Nam sutores etiam ore soleas crebrius lingendo, & si quid dedecet dentibus abradendo ut magis niterent, emundasse videntur.

Pag. 184. Περὶ τ ἱππικά ἐστι ἃ πάνυ ἐπιμελῆς. Typographi vitium esse ducerem, nisi in omnibus editionibus inveniretur. Scribendum enim περὶ τ ἱππικά ἐστι ἃ πάνυ ἐπιμελῆς.

Pag. 259. De Socrate, cum ex proelio in palaestram aufugisset, πολὺ γὰρ αὐτοῦ ἀστειότερον ἐδίκει μὴ μειρακυλλίων παιζόμενον ἀφορᾶν, ἢ σοφίσμασιν ἐνδιδόντα τοῖς σύνεσι χαίνουσιν, ἢ ἀνδρὶ Σπαρτιάτῃ μάχεσθαι. quae sic verterunt: *Ipsi multo urbanius videbatur, cum adolescentulis sedendo se se ornare, & secum versantibus captiunculas proponere, quam cum Spartano viro pugnare.* Verum quis unquam audivit Socratem se ornasse, aut pueros ornari in palaestra, ubi nudi corpus exercebant? Vide sequentem dialogum de gymnasiis ubi se non ornasse in iis, sed pulvere commaculasse dicuntur. Adde ἀφορᾶν non significare *se ornare*, ut volunt interpretes. Omnia sunt absurdissima. Cogitabam olim pro ἀφορᾶν legere παίζειν, *ludere cum pueris*, nam sic & alibi locutus est. sed postea in Mſ. deprehendi veram scripturam, in quo legitur ἀφορίζειν, sed scribendum ἐφερίζειν, *garrire.* Est in hoc verbo aculeata figura, qua Socrati exprobat oblique παιδιφοσίαν. Nam ἐφερίζειν proprie dicitur de colloquio amatorio, Homerus Iliad. Z.

Ὅτε ἄρ' ἴμεν
Στείψων' ἐκ χώρης ὅθι ἡ ἐφερίζε γυναικί.
*quando jam erat*
*Digressurus e loco ubi cum sua colloquebatur uxore.*

Et Iliad. χ.

Τῷ ἐφερίζοντε ἔπι παρθένω ἠϊθέῳ τε,
Παρθένῳ ἠϊθέῳ τ' ἐφερίζετον ἀλλήλοισιν.
*Cum hoc confabulari, cum virgo adolescensque.*
*Virgo & adolescens confabulantur inter se.*

Hinc ῥῆσις est blandus mulierum sermo, quibus capiunt animos virorum. Idem Poëta de cestu Veneris:

Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ἐφερισὺς
Πάρφασις.
*Ibi est quidem amor, inest desiderium, insunt blanditiae*
*Illicientes.*

Recte enim antiquus interpres ἐφερισὺς πάρφασις, conjungunt, & Etymologicum magnum exponit ὁμιλία ἐξεπαδαστική, colloquium quod praeparat, hoc est animum ad amandum & consuescendum incitat. Idem: ἔφεροι αἱ γυναῖκες, αἱ γαμεταί, οἱονεὶ ὁμιλητρίαι τινὲς ὄσαι, ἐξεπαδαστικαὶ πρὸς τὴν ἀνδρῶν γάμου καὶ συνουσίας. ἐξ αὐτοῦ ἡ ἐφερι-

ζειν λέγεται, τὸ τὰς ἄνδρας γυμνάζειν ὁμιλοῦν. vide sequentia. Significat Lucianus Socratem in palaestra non de virtute disputasse cum ephebis, sed colloquia habuisse plena amoris, ac blanditiarum.

Pag. 270. In Anacharside: σὺν ἐμοὶ πολλῷ μᾶλλόν γε, ἀλλὰ ψάμμον πυκνὴν βαθεῖαν ἐπιβαλλόμενοι ἐπ' ἀλλήλοις, Sic Mſ. non ταραττόμενοι, ut editur. *Sed hi non in luto sed in tam arenam in fossa subjicientes se invicem illa adspergunt.* Paulo post dicit ἐπιπάττειν τὴν κόνιν. Haphen intelligit. de qua Mart. VII. ep. 67. *Et flavescit haphe.* Sed de hac & aliis ad palaestram pertinentibus viri docti jampridem egerunt copiose, vide imprimis eruditissimum P. Fabrum in Agonistico II, 2, & 5, & 22.

Pag. 284. Οἱ δημόσιαι πᾶσι σχεδὸν ἀναγινώσκειν μεγάλοις γράμμασιν ἅμα ἀναγεγραμμένοι. sc. νόμοι leges, *quae majusculis literis scriptae omnibus publice legendae proponuntur.* Quid ἅμα hic sibi velit non video. In editione Florentina legitur: μεγάλοις γράμμασιν ἅμα γεγραμμένοι. In Mſ. vero μεγάλοις γράμμασιν ἀναγεγραμμένοι, et omnino scribendum est.

Pag. 289. Υ'περάλγεις τάφον. Mirum hoc manifestum vitium, quod olim Marcilius animadvertit, tolerari, cum non tantum in Florentina editione & Mſ. sed & in interpretis libro recte legatur τάφρον.

Pag. 296. Recte Mſ. μηδ' ἀπαχρεῖσιν τινὶ τραυμάτων, ἢ νοσημάτων, ἢ ἄλλῳ δυχερεῖ. *Ne vulnerati aut fessi, aut alia molestia affecti deficiant*; sic non male interpres, sed male vulgati sensum μὴ ἢ πρὸς ἀναγκαῖόν τι. Nam quis usus est τῇ προσαναγκαίῳ, aut quid potest significare? Paullo ante ἀμηχανιστὶ μάχεσθαι ἐς ἐσχάτην ἀναγκαίαν. *usque ad extremam animi defectionem.* Et 297. μὴ ἀξιώσαντες ἀναγκαίου ζώντος.

Pag. 300. De luctu. Τὸ δὲ μέγιστον ἡ Ἀχερουσία λίμνη προσκεῖται. *Quodque est gravissimum praejacet Acherusia palus.* sic interpres. sed scribendum ut Mſ. προσκειται, *Acherusia palus adjacet.*

Male vertunt pag. 301. Ἐρινύες, ποιναί. *Furiae, poenae.* Cum sit, *Erinnyes, Furiae.*

Pag. 302. Ὁ μὲν γὰρ Τάνταλος ἐν αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὐτὸν ἕστηκε. *Tantalus in ipsa palude stat.* Sic interpres. Cur omisit αὐτὸς? quia nullus ei hic erat locus. Quid enim esset *Tantalus in ipsa palude ipse stat.* legendum αὖος. Ὁ μὲν γὰρ Τάνταλος ἐν αὐτῇ τῇ λίμνῃ αὖος ἕστηκε. *Tantalus in illa ipsa palude siccus stat*, quippe qui mediis sitiebat in undis. Hanc meam emendationem certissimam esse postea firmavit vetus codex.

Pag. 305. Οὐ ἢ σωφροσύνη διαστρέψει. *non pervertet concubitus*, sed rectius antiquis liber οὐ ἢ σωφροσύνη διαστρέψει. *non te depravabit, corrumpet concubitus*, non tuam valetudinem labefactabit. παστρέφειν est *avertere, abducere.* διαστρέφειν *distorquere, corrumpere.*

Pag. 308. In Rhetorum praeceptore: ἐρωτᾷς ὦ μειρακίσκε ἵππος ἐ ἡνίοχος χαλεπὸς ἢ τὸ στόμα τῶν ἡνιῶν ἄτοκος σφίσι αὐτοῖς ἐ-

*ιν δίξῃς. Scisciteris adolescens quo pacto Rhetor evadere, & venustissimum illud, vulgoque celebratum nomen sophistæ ipse censeri ossis.* Sic interpres. Sed in Mſ. eſt *πάνυμον ὄνομα* venerandum *illud & quod ab omnibus colitur nomen.*

Pag. 313. Εἰτά τι σε κελεύει ζηλῶν ἐκείνους τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας, μὴ παραδείγμασι παραδείσας τοὺς λόγους, ὑ ῥᾴδια μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῶν παλαιῶν ἐργασίας ἐστὶν Ἡγησίου, καὶ τοῦ ἀμφὶ Κρατῆτα, καὶ Νησιώτου. Vertunt: *Inde te priscos illos viros imitari jubebit, inutilia orationum proponens exempla, nec imitatu facilia, qualia vetustae sunt constructionis, Hegesii, Cratetis, Nesiotae.* Primum vertendum *Hegesiae.* Ἡγησίας enim Magneſius intelligitur ille orator qui ait Cicero de eo ait in Bruto de claris oratoribus, Charisii vocabulo ſimilis eſſe, ac ſe ita putavit Atticum, ut viros illos prae ſe Graecos agreſtes putaret. *At*, inquit Cic. *quid eſt tam fractum, tam minutum, tam in ipſa, quam tamen conſequitur, concinnitate uerile?* in Oratore dicit, eum Lyſiam voluiſſe imitari, ſed particulas incidiſſe, numeros infregiſſe, & concidiſſe, non minus ſententiis peccaſſe, quam verbis, ut non poſſit quaerere, quem appellet ineptum, qui illum cognorit. Strabo XIV Geograph. tradit eum principem fuiſſe ſtyli Aſiatici, & corrupiſſe receptam consuetudinem Atticorum oratorum. Fragmentum ex ejus oratione audat idem Strabo lib. IX: Ὁρῶ τὸν Ἀκρόπολιν, καὶ τὸ σκῆπτρον ἔχοντα τὸ σημεῖον. ὁρῶ τὸν ἱλλυσῖνα, καὶ τὸν ἱερῶν γόητας μύστης. ὁρῶ Λεωκόριον. τοῦτο Θησεῖον. ὑ ἀνάγκη δηλοῦσι καθ' ἓν ἕκαστον. *Video arcem, & quod in illo eſt tridentis ſignum. Video Eleuſinem, & ſacrorum ſum myſtes. Ibi eſt Leocorium, hic Theſeum. Non oſſum enarrare ſingula.* Dein legitur in Mſ. Καὶ τὸν ἀμφὶ Κρατῆτα καὶ Νησιώτου. quod eſt verius. Fuit quidem Crates Trallianus Rhetor, cujus meminit inter decem hujus nominis claros viros Diogenes Laërtius, lib. IV. in Cratete, ſed is fuit obſcurus. Critias vero celebris fuit diſcipulus Socratis, corruptus a Theſſalis, & unus ex triginta tyrannis. Cic. de claris Oratoribus, cum dixiſſet de Themiſtocle, Pericle, Cleone, *huic*, inquit, *aetati ſuppares Alcibiades, Critias, Theramenes, quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidi ſcriptis, qui ipſe tum fuit, intelligi maxime poteſt. Grandes erant verbis, crebri ſententiis, compreſſione rerum breves, non nunquam ob eam ipſam cauſam interdum ſubobſcuri.* vide Philoſtratum lib. I. de vitis Sophiſtarum in Critia. Per Νησιώτου vero intelligit Goriam Leontinam ex Sicilia, quae κατ' ἐξοχὴν νῆσος dicitur, quia inularum maris mediterranei fuit maxima, is fuit Empedoclis diſciulus, & principatum inter antiquiſſimos Sophiſtas tenuit. Vide hiloſtratum lib. I. de Sophiſtis, & Plutarchum in vitis Rhetorum.

Ibid. Πόνου ἢ καὶ ἀχυσιλίας, καὶ ὑδατοποσίας, καὶ τὰ ἀλισπρῆ, καὶ ἀγωγεῖα τοῦτα, καὶ ἀπερείπτα φησί. Interpres: *Laborem autem, igiliam, aquae potum, & ſqualorem, haec omnia neceſſaria, & ineitabilia dicet.* Squalor non deſideratur in ſtudioſis eloquentiae. Mſ.

λιπαρὶς assiduitatem. quod reponendum. superius idem mendum ex codicis antiqui delevimus.

Pag. 315. Φαίη ἂν τοιγαροῦν σοὶ εἶδή τινος ἀπαιωρούμενον ὀπίσω ἐπὶ τὴν λοιπὴν τῆς κόμης, καὶ ὑπομειδιάσας τὸ γλαφυρὸν σαυτοῦ. Vertunt: *Te igitur ita compellabit, reliquam adhuc tibi comam demulcens, & tenerum illud ac jucundum subridens.* Vbi est in Graeco τὸ γλαφυρὸν. Theod. Marcilius legit ἀπονηωρούμενον, *dimota nempe a fronte a tempora*, inquit. sed Mss. legit ἐπαιωρούμενον, hoc est capillos promittens pectendo scilicet & comendo, non discipuli, sed suos, ut pulchrior & comtior videretur, majoreque polleret auctoritate. Sic in Anthol. ἐπαιώρας κόμης dicitur, qui barbam comit & expandit. Discipulus non multum comae amiserat, sed magister ex calvaster, ideoque dicit ὀπίσω ἐπὶ τὴν λοιπὴν τῆς κόμης. Mox pro καὶ ὑπομειδιάσας Mss. καὶ τὸ ὑπομειδιᾶν.

Pag. 316. Ἔτι μόνον ὦ Κλυτίου μίλημα οἷς ἂν ἔπῃ, καὶ ζήλωσον. Interpres insulse: *solum o gloriolae studium ea, quae dico, sequere, ac omnia imitare.* Num κλυτίου est *gloriola?* Verte O Clytii deliciae, qui curae cordique eris Clytio. Sic & φιλότης amor, pro homine quem amamus tenerrime. sic μίλημα cura, pro quo nobis curae est. Clytius est Rhetoris nomen.

Pag. 319. Τὸν ἀῤῥαβῶνα ζημιοῦν. Mss. τὸν ἀῤῥαβῶνα ζημιοῦν. *pro arabo dicunt* ζημιοῦν. Ποσημιοῦν, ἐπιτιμᾶν, ζημίωμα, ζημίημα, est *mulcta*. sed ζημία ἡ, & ζημιοῦν τὸ est praerogativa, ut constat ex Suida, & Hesychio. Videtur tempore Luciani a male loquentibus acceptum esse pro ἀῤῥαβῶν, quod tamen a politioribus improbabatur. Cum tamen τιμὴ sit pretium, & ἐτιμᾶν pretium intendere, ἀξιῶμα pluris aestimare, non repudiandam duco vulgatorum librorum scripturam, videntur enim tum temporis non emendate loquentes ἀξιοῦν dixisse, quod pendere pro re emta ante τωλῶ, ante justum pretium.

Pag. 323. Μητρὸς ἦν ἀκεστρίας ἐν' ἀμφοδίῳ τινος. Vertitur: *Mater vero sartrice, in bivio quodam natus sum.* Haec *natus sum* inferciunt interpretes, ut sententiam conficiant. In Graecis, ut vides, non habentur. Dein ἄμφοδον & ἀμφοδὸν est δίοδος, *bivium*, non ἀμφοδία. Sed moror. leg. ut Mss. ἀκεστρίας ἐπαφροδίτου τινὸς, *quae fuit sartrix hominis venusti.*

Pag. 328. De Coroebo in scholiis Mss. lepida legitur historia. Κόροιβος ὁ τοῦ μωροῦ τις ἀπομνημονεύεται. ὃς γυναῖκα ἀγαγόμενος μὴ ἀπελίας συγκαθεύδοντι τῇ ἀφ' ἧς τὸ πρὸς πατρὸς αὐτῷ φόβον, καὶ ὅτε ἐκείνου παρεύδοι αὐτῷ μέχρις ἂν ἡ γυναικὸς ἀψαμένης τὸ ἄφθογγον συνέλαβε. καὶ σὺν ἄλλοις ἀπολυθείς, εἰ μὴ τῷ μορίῳ ὃ ἀδελφὸς κρατυνθείσης, ὅτι τῷ κοινωνίαν ἔχαμε γάμου γίνεται. Nulla est causa cur haec interpretemur. Apud Eustathium in Odyss. ι. p. 413. edit. Basil. eadem historia legitur, sed tribuitur Margitae.

Ibid. Rectius Mss. τοὺς πρώτους ἀνθρώπους οὐ τοὺς γῆς Ἀττικῆς ἀναφανῆναι, κωδώνων τὰ λάχανα. *primos illos homines ex Attica terra oleras*

*ustur provenisse.* Vulgo γῆς omittitur itaque vertit interpres *in Attica.* τῆς absorpserat γῆς.

Pag. 333. Ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγορὰν vertunt *circa forum plenum* Laine valde obscure, potius dicendum fuisset, *circa tempus fori pleni*, quo frequentissimum est forum, circa meridiem nostris mercaoribus umtrent de Beurstijdt.

Pag. 334. Ἱερωπικά τινα. Non possum quin adscribam hic, quae n margine veteris Codicis hîc sunt adnotata ἱερωπικά. οἷα εἶκός τὰ πλεῖστα φέρει ἰκλεισθὲ ἀ πρόκλῳ ὑπομνηματίζῃ, οἷς ὁ προκόπῳ ἀντιφθέγγεται πάνυ δικαίως καὶ γενναίως.

Ad pag. 339. ubi mentio fit Polycleti, miror veterem Lucíani cholíasten Mſ. notare Polycletum fuisse pictorem, non statuarium, taque se non intelligere, qui in statuariorum numerum referatur a ucíano, nisi forte sit alius Polycletus. Verba enim sunt. Γεγράφθαι ὁ πολύκλειτος ὥσπερ καὶ ὁ Εὐφράνωρ, καὶ πῶς ἀγαλμάτοποιὸς ὢν ἐσάρκωται, θαυμάζω ἢ μηκέτ' ἄλλος ἦν ὁ πολύκλειτος. Verum quis ieíscit Polycletum Sicyonium Angeladae discipulum, & ejus Canonem, & tot statuas, quas in coelum extulerunt veteres. vide lin. xxxiv, c. 8. & de Canone sive norma Polycleti, Galenum de Hippocratis & Platonis decretis, & in primo de temperamentis. uphranor & pictor & fictor fuit, uti ex eodem Plinio constat vide b. xxxv, 11. Critiae quoque Plinius meminit.

Pag. 341. Scribe Ἀγανακτῶ δὲ μὴ καθ' ἱερῶν πελείων ἐπαθῆ indignatur *nisi statо tempore eximiis victimis pascatur.* Sic cribendus Mſ. volente hic locus & vertendus. Vulgo legitur ἀφ' ἱερῶν invito Graecae linguae genio. vertitur satis inepte: *nisi in empore justorum sacrificiorum epulis excipiatur.* Ἱερὰ sunt victimae, hostiae & eorum exta, quae diis adolentur. Τέλεια ἱερεῖα unt eximiae hostiae, quod ἱερὰ ῥέζειν Homero est, hoc Thucydidi ἱερὰ θύειν, *sacra facere, victimas caedere.* apud quem etiam legitur ἱερεῖα πέλεια. dicuntur & ἱερεῖα, hostiae, inde ἱερεῖα sunt uaevis animalia, quae mactantur. Polyb. lib. 2. ὕειναι ἱερεῖαι caro illa, Athen. lib. 1. περὶ δὲ προγόνων ἱερείων *caro tenerarum pecudum.* Sic & ἱερεύειν & θύειν non tantum est sacrificare, sed & iactare. fic & *sacrificare* apud Plinium lib. 28, 19.

Pag. 343. Ὁ δὲ πυρετὸς, οἷόν, καύσωνος σφοδρότερος. Benedictus: *ebris, o qualis! incendio certe vehementior.* Mſ. ὁ δὲ πυρετὸς, οἷός ἐστι σφοδρίζεται, θερμότερος. *Febris, tanquam incendium vehementissimum, ardentior.*

Pag 349. Ad ista verba στιλάμενοι τὰς νεκρικὰς ἐσθῆτι μελαίνῃ, notat ntiquus Scholiastes ineditus, veteres solitos cadavera nigrae vesti nsuere. Ὅτι, inquit, τὰς νεκρὰς οἱ παλαιοὶ μελαίναις στολαῖς ἀμπίεννυσαν. & ad sequentia, μηδὲν εἶναι τὰς ψυχὰς haec adjecit ὅτι καὶ ἀς ψυχὰς θνητὰς ἔφασαν εἶναι, ὥστε καὶ τὰ σώματα.

Pag. 360. Μεμφίτης ἀνὴρ τῶν ἱερῶν γραμματέων, θαυμάσιος τὸν σοφίαν. *Memphiticus vir, quidam ex sacris illis scribis, mirabili sa-*

*ſapientia.* ſic Benedictus. Meminit & alibi ſcribarum Aegyptiorum, in libello de ſacrificiis, ubi cum Prophetis eos conjungit, & Appul. Metam. 11. *Tunc ex his unus, quem cuncti Grammatea dicebant, pro foribus aſſiſtens, coetu paſtophororum, quod ſacrae ſanctii collegii nomen eſt, velut in concionem vocato,* ut fuerint inter ſacerdotes Aegyptios, qui reconditam illorum ſapientiam docebant, aliiſque muneribus ſacris fungebantur. Sic & in libro de Macrobiis. p. 466. recenſet inter longaevos Aegyptios ἱερογραμματεῖς. Nec repudio lectionem editam. In Florentina tamen legitur ἱερογραμματέων, ſed in Mſ. ἱερῶν γραμμάτων, quod non puto infidiendum eſſe, ut ſit τῶν ἱερῶν γραμμάτων σοφίαν θαυμάσιος. admirabili ſacrarum litterarum ſapientia praeditus. ſacras litteras vocabat illam myſticam Aegyptiorum ſapientiam, quae non niſi initiatis tradebatur, & circumſectis, magiam ſcilicet, & litteras Hieroglyphicas, de quibus tam multa apud Herodotum, Diodorum Siculum, Clementem Alexandrinum aliosque habentur.

Pag 352. Ἐγὼ δ' ὅτι μὲν δακτύλιον ἱερὸν ἔχω, Ἀπόλλωνος δ' πυθίου εἰκόνα ἐκτετυπώσης τὴν σφραγῖδα, καὶ ὅτος ὁ Ἀπόλλων φθέγγεται σὺν ἐμοὶ, ἐγὼ λέγω, μὴ σοι ἄπιστα δόξω περὶ ἐμαυτοῦ μεγαλαυχεῖν. Benedictus: *At non dico me ſacrum annulum habere, cujus ſigillum exprimit Apollinis Pythii imaginem, nec mecum loqui Apollinem, ne videar ad gloriam meam res incredibiles narrare.* Pro ἄπιστα Mſ. ἀπιστοῦντά ſcribit. Sic autem interpretare hunc locum: *At non dico me ſacrum annulum habere, cujus ſignum Apollinis Pythii imaginem exprimat, qui Apollo mecum loquatur, ne tibi, qui haec non credis, videar de me ipſo velate loqui, ne tibi videar me oſtentare, & jactare.*

Pag. 365. Καὶ γὰρ τὸν διφθέρων ἐνέπτην τὸν Σ λέοντος. *ut qui leonis exuvio ſit indutus,* bene interpres. Nec rejicio hanc ſcripturam. nam & ſic alibi loquitur Lucianus. Non fruſtra tamen in antiquo codice Mſ. legitur ἐνέπτυ. Nam ſicut apud Homerum et ἕπτυ *indutus eſt*, ſic & ἐνέπτυ hic accepit, ſi haec ejus manus eſt, Lucianus. Nam Poëticis verbis ſaepe, ſed ſuo loco, uti hunc ſcriptorem nemini latet.

Pag. 371. In Electro, τὸ δὲ ἐμὸν ἐρέσθαι ἤδη ὑμῶν ἀνεκτὸν, καὶ ἄμουσον, εἰδὲ ὡς εἰδὲ πρέπει. *Mea vero dicendi ratio quam ſit ſimplex, & a fabulis aliena, videtis, neque ipſi inſit modulatio.* Haec eſt verſio Salmurienſis. Sed in Mſ. eſt ἄμουσος pro ἄμουσον, quod magis probo, & verto: *mea videtis oratio quam ſit ſimplex & inerudita*, ſic ſua ipſe per modeſtiam elevat, *& quam nihil in ipſa ſit canori.* Sic enim recte verti puto εἰδὲ. Vt Craſſus apud Cic. 111. de orat. de C. Carbone: *Profluens quiddam habuit Carbo, & canorum.* Et Gellius de eodem in Bruto de claris oratoribus: *L. Gellius qui ſe illi contubernalem, in conſulatu fuiſſe narrabat, canorum oratorem, & volubilem,* &c. *fuiſſe dicebat.* Vbi *volubilis* eſt, cui facile profluit oratio. Plutarchus de audi-

tione,

one, ſic circumſcribit, τὴν φωνὴν ἐμμελείας τινὶ καὶ μολακίᾳ, καὶ ἡδύσματι ἐφηδύνει. *Vocem accuratis quibuſdam ſonis ac mollitie & modulationibus edulcare.* Μόνοι pertinent ad poëtas, non ad oratores. Quonium tamen Sophiſtae ſuis orationibus adſperebant fabulas, non contendam, ſi quis pro Vulgata ſtet acrius.

Pag. 386. Perinde quidem eſt ſive legas, ut in editis habetur κὴν πολίτλους ἀεὶ, ſive, ut in Mſ. extat, κὴν ἀναπολίτλους ἀεὶ. Vtrumue enim ſignificat *libros verſas, evolvit*, utrumque verbum hunc pud ſcriptorem alibi quoque occurrit in hac notione. ſed cum ἀναπολίτλειν, quod hic codex vetuſtus prae ſe fert, ſit verbum rarius, redibile eſt librarios pro eo ſubſtituiſſe notius & tritius. Proprie παπολίτλειν dicitur de voluminibus, quae evolvuntur. In ſequenbus mox ineptiſſime vertitur, καὶ ἀξιωμάτων καὶ ἐξηκριβωμένης, *coagmenas, ſpolias*, cum vertendum ſit *conglutinas, circumcidis*. Charae enim glutine jungebantur, deinde frontes librorum circumciebantur, capiti vero voluminis adglutinabatur membrana purea, cui plerumque litteris aureis index libri inſcribebatur, ut eudite docuit maximus vir Iſaacus Voſſius ad Catullum pag. 52. ide quae ibi notavit, quae maxime faciunt huic loco illuſtrando.

Pag. 399. De non temere credendo calumniae: ὅτι Πτολεμαῖος, ὃς ἂν κἀλλα καὶ τἆλλ' ὑ πάνυ φρενήρης τις ἦν. Salmurienſis: *Tum Ptolemaeus ut qui praeter cetera non eſſet admodum prudens.* In hac verſione κἀλλα omittitur, inepte, etiam ſi φρενήρης *prudens* exponas, opponuntur κἀλλα & ὑ πάνυ, ineptius interponitur & fine ſententia καὶ τἆλλα. Locus laborat cui ſuffragante Mſ. ſic ſanitatem reddes: ὃς ἂν κἀλλα ἀλλ' ὑ πάνυ φρενήρης τις ἦν. *qui quidem valde ad non in omnibus deſipiebat.* Nam φρενήρης etiam eſt παραφρων, ut uidas oſtendit, fruſtra repugnante Stephano, quum & hic locus Suiae & Etymologici magis ſententiam firmet. Nam ſi hic φρενήρης eſt rudens, quam quaeſo ſententiam ex Graecis verbis conficias. Quid nim eſt? *qui quidem ſummopere, & in aliis non omnino aut non alde prudens erat.* Sic neminem ſanum loqui, nec ſanus juret Oreſtes. Vides igitur recte locum inquinatiſſimum eſſe purgatum, ὐ φρενήρης eſſe *imprudens*.

Pag. 400. Parum refert, utrum legas, quod editi prae ſe ferunt, τοσοῦτον μεζόνων ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, *tantopere poenituiſſe eorum mae egerat*; an quod in Mſ. eſt, ὅσον λίαν μᾶλλον ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, *tantopere puduiſſe factorum*. nec tamen codicis antiqui ſcripturam teſtatam feciſſe lectoribus poenitet.

Pag. 425. Υ'ποκυκήσων ἱλαρᾷ καὶ κωμικῇ σκευῇ πρόλαλος ἐκπλήττων τινα καὶ γέλωτος τραγῳδίαν. Salmurienſis interpolator: *plenam affectibus tragoediam in ſe commovet.* Quanto rectius & elegantius Philippus Melanchthon: *agitque laeta & comica facie tragoediam veram, & nihil non triſte patientem.* Sed tamen ἔκπληξις non eſt *triſte patiens*, ſed potius cum de homine loquuntur, eſt graviter ommotus, & affectus. Παράπληξις ἐν τοῖς ὕψεσι apud Athenaeum lib.

lib. 1. Dipnoſoph. eſt qui obſoniis valde movetur & delectatur, obſoniorum valde avidus. ὀψοπηδὴς τραγῳδία eſt tragoedia acerba in eum, de quo agitur. ὑποκινεῖας τραγῳδίαν, Graecis eſt inſolens loquendi genus. Sed ſcribendum ſine dubio & mora, ut olim conjeceram, & nunc in Mſ. meam conjecturam veram eſſe deprehendi, ὑποκινούμενον τραγῳδίαν *tragoediam agendam*. ὑποκρίνας eſt propriam hiſtrionum fabulam agentium in ſcena, unde ὑποκριτὴς eſt hiſtrio. In Pſeudologiſta pag. 442. πρόσωπον μίμου τὴν ὡς τὸ εἰκὸς, ἃ σοὶ τὸ ἡσυχὸν σύναιδον, τοῖς ὀρχησταῖς ὑπορχούμενον, καὶ συμπαγκρατίαστὴν ἀξίαν ἔναι. Salmurienſis : *Eſt etiam meminerunt, ut eſt conſentaneum, quae in theatro juvenis agebat, cum ſaltatoribus reſpondebas, atque una chori dux eſſe cupiebat.* Vltima verba non recte vertuntur. ὑποκρίνεσθαι non eſt *reſpondere*, ſed eſt hoc loco *ſecundas agere* ſeu *facere*. ſic interpretandum, *cum hiſtrionibus ſecundas faceret, & gregis dux eſſe cuperet.* Plautus Aſin. II, 1. *Iam nunc ſecundas mihi facis.* Proprie autem *grex* de hiſtrionibus. Petron.

*Grex agit in ſcena mimum, pater ille vocatur,*
*Filius hic, nomen divitis ille tenet.*

*Grex Romanus* in antiqua inſcriptione de pantomimis. Ὄρχησις autem dicebantur pantomimi, ut *cantores* hiſtriones. Nondum tamen locus eſt ab omni mendo purgatus? Quid enim μίμου πλέως *tragoedia*. Cujus rei erat plena. Excidit vocula. Credo Lucianum ſcripſiſſe μίμου μίσους *plenam odii*. Et ſic totum locum vertendum *agentem ſub perſona laeta & comica tragoediam valde aſperam & plenam odii. aſpera tragoedia* ut apud Sueton. in Auguſto : *aſperrimae litterae.* ſed *ſub perſona* ut apud Mimum Syrum :

*Heredis fletus ſub perſona riſus eſt.*

Clariſſimus Vir Iacobus Tollius, conjecit legendum eſſe κρυπτὸν γέλωτος. quod non improbo.

Pag. 436. In Pſeudologiſta, ex Mſ. ὁ τότε γελάσας ἐν ὀλυμπίᾳ ἐπὶ τῷ ὑποβολίμῳ Πυθαγόρᾳ *Is qui tunc in Olympia riſit ſuppoſititio Pythagorae.* Vulgati ἐπὶ τῷ ὑποβολίμῳ Πυθαγόρᾳ *in ſuppoſititio iſto Pythagora*, inquiunt interpretes, quod quid ſibi velit nemo dixerit.

Pag. 438. Εἰπὲ γάρ μοι σοὶ παιδίμου καὶ Γενετυλλίδος, καὶ τῶν ἑξῆς. Benedictus : *Dic mihi per Pandemum, & Genetyllidem, & Cybiben.* abſurde. Recte vidit Palmerius παίδιμον eſſe Veneris epitheton, nimirum eſt quae Lucretio dicitur *Vulgivaga Venus.* Hinc & in Mſ. legitur σοὶ τὸ Παιδίμου, καὶ Γενετυλλίδος. ſic fere & Ariſtoph. in Θεσμοφοριαζούσαις.

Ὡς ἡδὺ μέλος ὦ πότνια γενετυλλὶς
Καὶ θυλυφιῶδες, καὶ κρυπτολωτιζόμενον.

*Quam ſuavis cantilena, o venerandae Genetyllides, & effeminata & laſciva.* Sed tamen Γενετυλλὶς etiam legitur apud eundem in Nubibus:

Η'δ' ἀμ μύρῳ, κρόκῳ περιγλωτίσματον,
Δαπάνης, λαφυγμοῦ, κυλικάδος, γαστριμάδος sc. ὄζει.
*Haec vero unguentum, crocum obscoena basia,*
*Et sumtus, & Crapulam, & Venerem, & Genetyllidem* olet.

dicuntur esse dii sive Deae praesides generationis. Vide antiquos scholia. Recte vero κυβέβη docti viri emendarunt. Non est Venus sed magna mater, Cybele, quae & Graecis & Latinis *Cybebe* dicitur. Nam & in inscriptionibus, & in antiquis membranis sic appellatur, ut apud Phaedrum in codice Remensi, ut olim mihi ostendit vir dignitate & doctrina praecellens Marquardus Gudius, qui Regi Daniae est a consiliis. Is etiam ubicunque *Cybele* legatur apud Poëtas secunda longa, aut *Cybelle* corrupte, libris antiquis auctoribus, rescribendum affirmat *Cybebe*, aut *Cubebe*, quod verissimum, & in Prudentio jam emendavit Nicolaus Heinsius. Illius autem hic meminit propter ejus amorem erga Attin, & quia lasciviissima fertur fuisse, ut ipse Lucianus in dialogis Deorum indicavit.

Pag. 440. Ὁ ἑβδόμων, ὃν ἄγουσι οἱ παῖδες τὰς τῶν ἑβδόμας, ἀγείρων τὰς τῶν εὐκλείσεως ἵππους. Interpres: *Rursus alius Hebdomam, quod perinde atque pueri septimis diebus, ille etiam in concionibus luderet.* Hae septimae dies non sunt sabbata, quorum Sueton. in Tib. meminit *Diogenes Grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus, venientem, ut se extra ordinem audiret, non admiserat: ac per servulum suum in septimum diem distulerat*, ut existimat vir magnus. sed septimos dies cujuscunque mensis, quos hebdomades lunae dixit Gellius xv, 2. Illi dies sacri erant Apollini, quia septima luna Thurgalionis natus erat, ut constat ex Hesiodo in ἔργοις καὶ ἡμέραις, v. 770. Vide ibi Proclum. Convivia tum agitabant, & pueri ludebant. Septimus quoque dies post recens natum infantem a patribus familias celebrabatur, quippe quo nomen ei imponebatur, quamvis hoc alii decima facerent. Vide Harpocrationem in ἑβδομάσιον. Sed haec septima dies huc non pertinet, sed illa septima mensis. De qua vide viros doctissimos Meursium Graecia feriata in ἑβδόμη, & Seldenum de jure naturae & gentium III, 17.

Pag. 448. Ὁ πόνος Τισίου τοῦ πρώτου εἴδους, ὡς τὸ Διονυσίου ἔργον αὐτὸς ἐποίησας. Tisiae ars est Sophistice. Fuit enim Tisias inter primos Sophistas, quem Aristotel. περὶ ἐλέγχων σοφιστῶν cap. ult. cum dixisset omne omnis artis principium esse tenue ac difficile, sed illo reperto, facile postea crescere & augeri, quod & factum sit in orationibus politicis, Τισίας μὲν οὖν τὸν πρῶτον Θρασυμάχου δὲ μετὰ Τισίαν, Θεόδωρος δὲ μετὰ τοῦτον. *Tisias quidem post primos* sc. *Sophistas, Thrasymachum autem post Tisiam, Theodorus autem post hunc.*

Pag. 467. Υ'δροποιῶν γάρ φασι τὸ ἔθνος Mſ. γένος ut paulo ante γένη ὅλα μυριάδων. totae gentes. Sic apud Latinos *genus* frequenter pro populo. *Velox genus* apud Florum de Gallis, & alibi, quin & in-

interdum accipitur pro genere humano, ut docti viri ad Senecam Tragicum notarunt.

Pag. 469. Vti legendum censuerant viri doctissimi Ὀφρυῶν μεταλλάξις, sic legitur in Mſ. ut tam foeda menda diutius non sit tolleranda.

Pag. 482. De dipsadibus, causſam inextinguibilis sitis esse, quae ex morsu dipsadis oriatur, ait Lucianus ex sententia medicorum, πικρὸν τὸ ἰὸν ὄντας, ἐπειδὰν δεδόμενον τῇ πόσει ἐξυγραίνῃ καὶ ῥέγκειν, καὶ ὑγρότερον ὡς τὸ εἰκὸς κυκώμενον, καὶ ἐπὶ πλεῖστον διαχεόμενον. *Quod crassum cum sit venenum, quando postea potu madefecit, celerius movetur, humidius, ut verosimile est, redditum, & latissime diffusum.* sic interpres, nec male. Sed pro ἐπειδὰν δεδόμενον, elegantius vetus codex, ἐπιδαψιλεύμενον πότῳ, *abunde ter potu irrigatum.* Nam ἐπιδαψιλεύω est largiter & copiose praebeo.

Pag. 485. Ἀλλά μοι δοκῶ, καὶ ὑμᾶς φειδίαν μὴ δυσχερέσειν τὴν εἰκόνα ξηλοῦσθαι δοκῶ, ὁμοίων τι καὶ αὐτὸς πεπονθέναι πρὸς ὑμᾶς. Benedictus: *Ac mihi videor, per Phidiam, ne hanc imaginem ferunt iniquo animo feratis, eodem modo erga vos affici.* Quid hic Phidias? Quis unquam per istum statuarium juravit? Mſ. optime & certissime ἐπὶ φιλίᾳ, per Deum amicitiae & amoris praesidem. Ostensurus magnitudinem sui erga eos studii per φίλους Ζῆνα, cujus & alibi meminit, jurat, se illorum majore indies flagrare studio, quo saepius eos videat, eo saepius videre desideret. vide Suidam in φιλίᾳ. At εἰκὼν ξηλοῦσθαι est similitudo a feris sumpta.

Pag. 488. Palmerius conjecit legendum esse σὺν λαμπρᾷ σχέσει καὶ ποικίλῃ ἀπολογίᾳ. sic editio Florentina: male in Mſ. & editis ἀσυλλογίᾳ, ut recte doctissimus Palmerius vidit.

Pag. 494. In navigatione: Ὁ μὲν δὴ ἄλλος κόσμος οἷ χρῶνται, ἢ δὲ ἐπὶ τῷ παρόντι πυρφυρᾶς. Salmuriensis, *Cetera enim ornamenta, picturae, veli parasium flammeum.* Quid παρόντι Graecis, Latinis *parasium* sit, quaerant quibus libet horas bonas perdere. Ego ex Florentina editione rescribendum censeo ἢ ἐπὶ τῷ καρχησίῳ πυρφυρᾶς. Nam καρχήσιον fuit summa pars mali, per quam funes traducuntur teste Servio. Paullo post in hoc ipso dialogo: καὶ τὸν λαμπρὸν ἀστέρα, Διοσκόρων τὸν ἕτερον, ἐπικαθίσαι τῷ καρχησίῳ, *Stellam quandam splendidam, Dioscurorum videlicet alterum, e carchesio confedisse.* vide Polluc. l. 9. Macrob. lib. 10. *Navalis mali partem inferiorem pternam vocari. At circa mediam fere partem τρόχηλον dici, summam vero partem carchesium nominari.* De τὸ πτίλωμα & καρχήσιον idem notavit Pollux, sed de carchesio addit, illud aliter etiam dici ἱλαμπῆ, & ξηρόκιον. Fuerant autem carchesia picta & minio illita, ut flammei essent splendoris. Apul. XI. Metam. *Malus insurgit, pinus rotunda, splendore sublimis, insignis, carchesio conspicua.* Sic edit. veteres. Sed recentiores: *splendore sublimis, insigni carchesio conspicua.* sed quid splendor

dor facit ad ſublimitatem? Puto legendum: *ſplendore ſublimi inſignis, carcheſio conſpicua.* h. e. qui malus in ſublimitate, ſeu in cacumine ſplendet, conſpicuum carcheſium tereus. Catullus:

*Lucida quæ ſplendent ſummi carcheſia mali.*

Pag. 502. Dicit Adimantus, ſe, ſi ex voto diteſcat, curaturum ſibi ut in promtu ſint ſalſamenta ex Hiſpania, vinum ex Italia, oleum ex Hiſpania, μέλι δ' ἀμίπνευν τὸ ἄπυρον, *mel vero noſtras ſine igne*, ut non male interpres, hoc eſt, mel Atticum quod ſine fumo colligebatur in argenti metallis Atticis, ut auctor eſt Strabo lib. XI, qui id vocat ἀκάπνιστον, alii ἄκαπνον, & Plin. lib. XI, 15. *Cum eximuntur mella, apes abigi fumo utiliſſimum, ne iraſcantur, aut piae avide vorent.* &c. *Rurſus nimio fumo inficiuntur, quarum iniuriam celerrime ſentiunt mella, vel minimo contactu roris aceſcentia. Et ob id inter genera ſervatur quod acapnon dicitur.* Latini ſcriptores poſteriores appellarunt *mel ſine fumo*, ut docuit ὁ πάνυ Reineſius ib. III. Var. lect. 4. hoc vero noſtro eſt μέλι ἄπυρον.

Pag. 592. Scribendum vel puer videat, etſi Mſ. ſileret, εἰ τί τὸ ἰγκαῦσαι ἀπωθήσεται ἐμπεσόντα εἰς τὴν πυρά. *quid prodeſt in pyram inſilientem conflagrare?* In vulgatis eſt contra τί χαμηλοπτῶν, anones ἐμπεσόν.

Pag. 602. Καὶ ὑδὲν ἴπ ὁ πάππας τῶν Ϝ κρύος. Nemo non politior magis probabit editionis Florentinae ſcripturam: καὶ ὑδὲν ἴπ ὁ ὃ πάππος τῶν Ϝ κρύος. *& nihil eſt, quod non concrevit gelu.* ſed pro n mallem ἐσί.

Pag. 615. Σὺν αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις βάκχοι γαύμοι. Non moverem huic ſcripturae controverſiam, niſi pro κυμβάλοις ſcribendum moneret Mſ. τυμπάνοις. Nam quamvis & cymbalis uſi fuerint Galli, tympana tamen propria erant Cybelae, & ejus ſacerdotibus. Hinc & ipſa Dea & illius Prophetae ſemper cum tympanis conſpiciuntur in antiquorum monumentis. Nota haec ſunt omnia.

Pag. 624. Μὴ ὁ σῖτος φθειρίζοιη. Benedictus: *ne frumentum vernibus corrumpatur.* Nulla eſt vox apud Graecos φθειρίζω. ſed eſt diſpeſcenda, ut in Mſ. φθειρὲ ζίοιη, hoc eſt *verme ſcateat.* ſed tamen puto legendum φθειρῶν ζίοιη, ut alibi dixit Lucianus σκωλήκων ἐσας, *vermibus plenus.* quamvis & φθειρὲ poſſit ferri.

Pag 631. Γαστὶ αὐτοὶ καθιστῶντες. Syntaxis quartum caſum poſtulat. Rectius itaque Mſ. ἑαυτοὶ αὐτῷ καθιστῶντες, ὡς ἂν μὴ ἧ τὸ συνδιαιτᾶν αὐτὸν αἰτιᾶσθαί τι. *eodem cibo illum excipientes, ut conſictor nihil poſſit accuſare.*

Pag. 643. Καὶ τὸ ξιφίδιον ἐπρίψαι πάχρις ἐμὲ τὸ φυλαγωγὸν εἰς τὸ ἔπαυλον τὸ αὐλῆς. *gladium autem extemplo per feneſtras in aream rejeciſſe.* ἐπρίπτειν hic non poteſt locum habere. legendum ἀπορίψαι, quod & Mſ. prae ſe fert.

Ibid. Ἐπικαλεῖσθαι τοὺς γείτονας, ὑφ' ὧν ἀναστάντων τὸ θηρίον, συνῆναι αὐτόν. Benedicti interpretatio haec eſt: *vicinos advocaſſe, a*

*quibus revulsa fera fuit servatus.* Quid Graecis sit ἀναστρέφειν τὸ θηρίον & Latinis *refellere feram*, nec ego, nec quisquam norit, dixeritve. ne dicam ἀναστρέφειν nusquam esse refellere. Notat quidem Bourdelotius ad hunc locum, ut apud Petronium, *tanquam cupientis exire belluae*, loquitur de Poëta Eumolpo, ut hic de tibicine. Sed haec sunt ἀνοσιοδιόνυσα, & ad Lucianum illustrandum nihil plane faciunt. In Mſ. nihil est praesidii, in quo legitur quoque θηρίον, sed veram lectionem servavit nobis editio Florentina, in qua verissime legitur ἀναστάντων τὸ θηρίον, revulsis, effractis foribus, quas tibicen ille insanus occluserat, ut paullo ante Lucianus ostendit: τὸν δὲ πηχάνες ἀναῤῥήξαντα ἐπικλείσαι τι τῶν θύρων. *At illum statim surrexisse, & fores clausisse.* Hae fuerant a vicinis effringendae, ut posset Dionicus ex illius furiosi manibus & aedibus elabi.

Pag. 645. Ἡδὺς γάρ ἐστι τῷ μειρακίῳ, καὶ πρὸς χάριν αὐτῷ σύνει. Benedictus vertit: *Iucundus enim est adolescenti, & cum ipso ad gratiam versatur.* inepte. verte *ad obsequium.* Sic enim Latinis dicitur per εὐφημισμὸν illud obsequium turpe, quo quis corporis sui copiam facit alii, ut Graecis χάριες. Plutarchus in Erotico: χάριες γὰρ, ὦ Πρωτογένης, ἡ ἐξ ἡλικίας ὑπεῖξις τῷ ἄρρενι πρὸς τὸ τέλειον κίνημα. *Mi Protogenes, χάριες ab antiquis dicitur mulieris obsequium erga virum.* Sic & χαρίζεσθαί τινι est *consuescere cum aliquo.* Hesych. χαρίσασθαι· ὁμιλῆσαι. λέγονται γὰρ αἱ γυναῖκες χαρίζεσθαι αἱ τὴν συνουσίαν ἑαυτὰς ἀποδιδοῦσαι. χαρίσασθαι est dare. *Dicuntur enim mulieres χαρίζεσθαι quae ad concubitum sui copiam faciunt.* Hinc puella ἄχαρις, cujus flos virginitatis nondum est delibatus.

Pag. 658. De Dea Syria κεφαλὴ ἐκφύσα ὑπερθεν. Id ipsum quoque docet Cyrillus lib. 11. tom. 11. in Esaiam, & Procopius in eundem Prophetam ad cap. 18, quippe cujus rei meminit Propheta in initio dicti capitis qui quod Lucianus vocat caput papyraceum, ajunt olim fuisse papyraceam, cui Alexandrini injecerint epistolam scriptam ad mulieres Byblinas, qua significetur inventum esse Adonidem. Deinde obsignatam eam immisisse in mare quibusdam sacris ritibus adhibitis, &, affirmare illos qui mittant, istam ollam sponte defern per mare Byblum, & finem luctus indicere mulieribus Bybliis. Has vero esse mulieres quas dicat Ezechiel VIII, 15. lugere *Thamuz* qui sit Adonis, uti observavit eruditissimus Seldenus de Diis Syris lib. II. cap. undecimo. vide & Bochardi Phaleg. IV, 2. tom. I.

Pag. 661. Χάσμα μέγα ἐγένετο. Similis narratio de tali voragine in templo Iovis Olympii Athenis, ut vulgo credebatur, a Deucalione extructo, in quam omnem diluvii aquam defluxisse narrabant, & in quam quotannis placentam e melle & farina projectam fuisse est apud Pausaniam in Atticis, & ex illo Octavius Falconerius, vir, doctrina & dignitate conspicuus, mihique natalibus, cum in vivis esset, peramicus, in nummi Apamensis explicatione, ubi plura de hoc diluvio habet, idque Noachicum fuisse ostendit, cui adstipulor, etsi de explicatione illius nummi aliter sentiam, de quo alias plura.

Pag.

Pag. 662. Ἄττης ὁ γάνος λόδος. Vulgatius Ἄττις dicitur Luciano ioque in aliis locis. Hesychius notat Ἄττις a Lacedaemoniis vo- ri Ἄττης, τὸ Ἄττιν φασὶ Λάκωνες. Pausaniae in Achaicis etiam ττης dicitur.

Pag. 663. Ἡ μεσία μὴ γυνὴ] Haec culta fuit in urbe Phaenices Iop- , alia ab Dea Syria, quae numen fuit Hierapolitanorum, mulie- s formam prae se ferens, nihil piscis habens. vide magnum Salma- um in Plinianis exercitationibus.

Ibid. Καὶ ἐλεφάντων κέρατα] *Et elephantum cornua.* Vulgo *ele- hantum dentes* dicuntur, nimirum ebur. Id vero cornu esse non ntem contendit Pausanias in Eliacorum primo, & Aelian. IV. Hist. im. 31. & XIV, 5. sic & in sacris litteris Apoc. XVIII, 12. cornu ibuitur elephanti, & Martialis lib. I. ep. 19, de elephante taurum in- rficiente:

*Qui modo per totam flammis stimulatus, arenam*
*Sustulerat raptas taurus in astra pilas.*
*Occubuit tandem cornu potiore petitus*
*Dum facilem tolli sic elephanta putat.*

ic istud epigramma legendum, vulgo sine sensu legitur, *cornuto rdore petitus.* Mss. *cornuto dore*, hinc facile videre licet scriben- im esse *cornu potiore* hoc est fortiore, meliore cornu sc. elephantis, uam est cornu bovis.

Pag. 682. φυλάξωσιν ὁ ἑπτὰ ἡμερέων ἀριθμὸν. *Observato septem erum numero*, Mss. ὀνέα ἡμερέων ἀριθμὸν. *novem dierum numero.*

Pag. 686. Τὸν οὖν δεξιᾷ ὁ ὁ Πτολεμαίων νεὼ. *Hunc in templo Ptomaei ad dextram collocatum esse.* Mss. τοῦτον Πτολεμαίου νεώ. lego. ὃν οὖν δεξιᾷ ὁ Πτολεμαίου νεὼ, ut & legisse videntur interpretes. Ptomaeus autem Philopator Homero templum dedicavit ut auctor est elianus Var. Hist. XIII, 22.

Ibid. Καὶ πίπονθε τὸ ὁ τὸ δολίχου νενικηκότι. Vertitur: *cui idem cidit ac illi, qui dolicho victoriam est adeptus.* Cur non? *cui idem cidit ac illi, qui in stadio vicit.* Sic enim Latini loquuntur, qui norant vocem *dolichum.* Sic & statim καὶ σὺ δή μοι δοκεῖς νενικη- ὺς τὸ δολίχου ἴσως, inepte vertitur, *& tu certe mihi videris ver- rum dolicho devicto*, cum sit vertendum *& tu mihi videris in car- inum stadio vicisse.*

Pag. 691. Μόνῳ γέ τοι τῷ ῥητόρων, ὡς ἀλεξάνδρῳ τῷ λαμψάκηνῷ εἰπεῖν, ψυχροῦ, ἀ σφυρήλατόν τε καὶ ἐγκεχαραγμένον τὸν λόγον. Benedictus: *Ac utique so- is oratorum, ut Leosthenes dicere non dubitavit, animatum, non alleo fabricatam orationem protulit.* Quae sit *malleo fabricata ratio* doceant fabrorum filii: nobis, qui Musis operamur, ignota st utique. Σφυρήλατος λόγος laudatur non vituperatur. Plutar- hus de oraculis Pythiae: ὥστε παντὶ μὲ τῷ σφοδρὰ καὶ σφῶν, ὁ γοῦν σιωπᾶν, καὶ τὸ, μηδὲν ἄγαν λέγειν δοκεῖν, καὶ ψυχρίζειν οὐκ ιστα δεῖ τὴν βραχυλογίαν, ὡς πυκνὸν καὶ σφυρήλατον ὄν οὐ ἀλλ' φεύγοντος ὄγκον, & quae sequuntur. *Sicuti praecepta sapientum*

*quae proscribuntur, nosce te ipsum, & illud, ne quid nimis, probamus & admiramur valde ob brevitatem, quod sapientem & solidam complectantur sententiam in paucis verbis*, sive sine *verborum tumore*. Legendum itaque in Luciano, ut est in Mſ. ἔμψυχον καὶ σφυρήλατον πειθοῦς τὸν λόγον. *Vivam & solidam orationem edidit.* Vtraque vox qua laudat orationem Demosthenis est translata a statuariorum arte. Signa enim vivere dicuntur & spirare, cum singulari artificis ingenio sic ficta sunt, ut videantur non statuae esse, sed viva animantia. Claudianus IV. Consul. Honorii, quamvis ille loquatur de vestibus acu pictis:

*Vivit opus, multaque ornatur jaspide cultus,*
*Et variis spirat Nereia bacca figuris.*

Σφυρήλατος, quae & dicuntur ὀλόσφυρος & ὁλοσφύρωτος, sunt solida, compacta, plena, non conflata. Plin. Hist. Nat. XXXIII, c. 4. *Aeris statua prima omnium nulla inanitate, & antequam ex aere aliqua illo modo fieret, quam vocant holosphyratam, in templo Apollinis posita dicitur.* Est igitur σφυρήλατος oratio, solida, plena gravissimis sententiis, in qua nullus est inanis verborum strepitus: cui opponitur *oratorum inanis sententiis verborum volubilitas*, uti vocatur ab Augusto.

Pag. 693. Γ' κρινοῦσι τοί γε οἱ Περικλέους. ἐκείνου μὲν γὰρ τὰς αὐτὰς ἀστραπὰς, καὶ βροντὰς, καὶ πιθοῦς, τὸ κέντρον δεξῆ δοξαλαβόντας, ἀλλ' αὐτόν γε οὐχ ὁρῶμεν, δῆλον ὡς ὑστερεῖ τῷ φαυλοτέρῳ ὠδῖνι ἔμβρυον ἔχοντες, οὐδ' οἷον ἐξαρκέσαι σχεῖν τῷ ἔργῳ βάσιμον καὶ κρίσιν. In hoc loco nihil sani si attendas animum. Vertit Benedictus: *Hic satis erit eum cum Pericle conferre. Illius quidem fulgura, tonitrua, & suadelae quoddam calcar accepimus fama, sed orationem ipsam non videmus. Unde constat ejus nihil praeter opinionem stetisse, nec temporis probationem & judicium sustinere potuisse.* Quam multa hic sunt in Latinis infarta, ut sententia nascatur, quae in Graecis non habentur! quam multa male sunt versa! Primum τοῖ Περικλέους, num est Pericles? Ἀπὸ κοινοῦ ex praecedentibus repetendum est ἡθέλησεν. *Sufficiet tibi Periclis* sc. eloquentia, si conferatur cum Demosthenis. Dein, πειθοῦς κέντρον non recte vertitur *calcar eloquentiae*, sed *aculeus*, quem infigebat animis auditorum ut recte Melanchthon. Mox, ἀλλ' αὐτόν γε οὐχ ὁρῶμεν, *sed ipsum non videmus?* quem nam? Periclem? non mirum ante tot secula placida compostum quiete: sed nec de Pericle locutus erat; sed de τοῦ δὲ Περικλέους, de eloquentia Periclis; Itaque recte Mſ. & editio Florentina nec non Basileensis: ἀλλ' αὐτῷ γε οὐχ ὁρῶμεν. *ipsam non videmus*, sc. eloquentiam. Nulla enim oratio ejus posteris est prodita. Verba quae sequuntur, obscurius vertuntur: δῆλον ὡς ὑστερεῖ τῷ φαυλοτέρῳ ὠδῖνι ἔμβρυον ἔχοντες. Salmuriensis: *Unde constat ejus nihil praeter opinionem stetisse.* Pejus Melanchthon: *Quare constat eas praeter actionem, nullam habuisse solidam ac durabilem laudem*, sc. orationes. Et sic Latinus quoque Interpres videtur legisse.

ſiſſe. Num φαντασία eſt *actio*, quod Melanchthoni placuit? ro ἔχοντας Mſ. ὡς ὑπὲρ τὴν φαντασίαν ἐδὲν ἴμμονον ἴχουσα, ἀλλ' ἴσως ἐξαρκίσιν. *quae praeter imaginationem nihil quod duret habet, quippe quae non potuit ſuſtinere temporis examen & judicium, quamvis* ἔχοντες ferri aeque poſſit; ac ἴχουσα, hoc eſt, ex qua Periclis loquentia nihil ad poſteros eſt tranſmiſſum, nihilque ſupereſt quam illa imaginatio, illa ſpecies, quam animo informamus, c concipimus, de ejus fulguribus & tonitribus quibus miſcuiſſe Graeciam audimus, non legimus, non videmus, ut in Demoſthene: φαντασία, hic non eſt illa Oratorum, ὅταν ἃ λέγεις ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ πάθους βλέπειν δοκῇς, καὶ ὑπ' ὄψιν παθῆς τοῖς ἀκούσιν. *Cum ſcilicet a quae dicis, quaſi enthuſiaſmo & vehementiore motu correptus videris cernere, eademque auditoribus ob oculos ponere.* ut eam definit Longinus de ſublimi dicendi genere. cap. 14: ſed illa qua rem auditam cogitatione informamus, ἴσως autem non pertinet ad φαντασίαν, ſed d ῥητορικὴν.

Pag. 695. Πάσσαι τοῦ ζωγράφου. Veriſſime ingenioſiſſimus & amiciſſimus Menagius emendat πασσάλου. Ejus emendationem, ne quid lubii ſuperſit, firmat Mſ. & editio Florentina.

Pag. 697. Οὐ Βοιωτίας, ἀλλ' ἴσως τι παρ' ἡμᾶς λαλοῦντες. Haec verba n Salmurienſi verſione ſic prioribus annectuntur, ac ſi Archiae eſſent, um ſint Antipatri, quod recte vidit Philippus Melanchthon. Sed nimanda ſunt interrogationis nota. *Non in Boeotia, non hic a me uro accepto?* eum ſcilicet potuiſtis capere vivum.

Pag. 698. Οὐ φυκίας καὶ πόλον ἔχομεν. ſic quidem etiam Mſ. ſed almerius vidit ſcribendum eſſe πόλας, veriſſime. Sic clare Florentina, ut nihil dubii inpoſterum ſit relictum editoribus ad veram ectionem reſtituendam.

Pag. 727. Ποτὲ δ' ἄλλό τι τοιοῦτο ὑμᾶς ἐκφέρειν φαίνεται. *Interdum liud quidpiam hujuſmodi vos auferre videtur.* Mſ. non male ἐκφέρειν δύνασθαι. *vos auferre poteſt.* Sed illud etiam tolerari poteſt.

---

## ADDENDA.

Pag. 379. ad indoctum. Εἰ μὴ τοῦ διαλεξομένου ἐ καταπαλαιόσθαι αὐτὸ τιμαίρετο, ἐ συμβάλλει ἔνι σίας ὅτι τῶν ἐξέτασιν παραλαμβάνειν; Benedictus: *Niſi inde conjicias quod arroſi ſint ac mutili: tineaſque his dijudicandis in conſilium adhibeas?* Miror hoc vitii tolerari in omnibus editionibus. Atqui σίες non ſunt tineae, ſed σῆτες. Nam quod non nulli ajunt σῆτα quoque inveniri, ſalem in caſibus obliquis, falluntur, & videntur hoc loco corrupto eſſe decepti. Gloſſae veteres: Σής, ὁ σῆψις, *haec tinea, robigo.*

Pag. 380: Κατὰ δὴ ταῦτα, ἴσχε ξυλλαβὼν ἐκεῖνα τὰ τῦ Δημοσθένης, ὅσα τῇ χειρὶ τῇ αὐτῦ ἃ ῥήτωρ ἔγραψε. Vertunt: *ſi hoc es animo, age conquire quaecunque Demoſthenes orator propria manu ſcripſit.* Num χ' δὴ ταῦτα eſt Graecis *ſi hoc es animo?* Videtur ſcribendum: καὶ δὴ ταῦτα ἴσχε, *Habe ſane iſta, conquiſita quaecunque Demoſthenes propria manu ſcripſit.*

Pag. 380. l. 33. leg. ἐν οἷς διδασκαλίοις. Ibid. l. 35. hoc eſt, qui vivi.

# IACOBI GRONOVII

## Notæ ad

# LVCIANI

## *Tomum* II.

Pag. 11. Γραφικῶς σωπλεῖν &c.] Officio interpretum obscurissimus est hic locus, si quisquam in toto Lucian. Nam præterquam quod ille graphicus mos, quem ex Opsopæo adoptat Benedictus, in Latino sermone sit nullus, vide quemadmodum hæc periodus contraria sit proxime sequenti. Quum enim nunc velint dici perexile esse tot formas & multiformem quiddam ex multis perficere (quod est una pictura diversum quiddam depingere) atque adeo id culpetur, in proxima intelligunt eum velle depingere omnium animæ virtutum unam imaginem & quidem ad archetypum, etiam, ut debet inde sequi, unum. At prorsus est adversa loquentis mens: qui quum præmisisset *ἀνάλυσιν μίαν εἰκόνα ἐκ πολλῶν συνθέσεως*, pro defensione hujus suæ voluntatis interponit (*minus enim illud & ex vulgata pingendi consuetudine confectum foret, tot pulchritudines*, variarum nempe partium, *& multiforme quiddam ex multis perficere ipsum secum certans*, vel cujus multiformis imaginis singulæ partes ex præstantissimo sumptæ & simulatæ, de præstantia & imitationis perfectione dubium judicium facerent) pergit, quid facere velit, *sed omnes virtutes animæ, singulatim quaque imago*, (h. e. sic facta, ut integram picturam unaquæque virtus habeat.) *pingetur imitationem archetypi exprimens*. In proponendis animæ dotibus repudiat id quod pictor ille in corpore faciebat, qui ut Divam pulcherrimam exprimeret, ab hac puella sumebat exemplum hujus membri vel coloris, aba alterius, & sic varias pulchritudines in unam tabulam conferebat. Id in depingendis bonis animæ negat hic se sequuturum, & sic quoque illa omnia conjuncturum in una pictura, sed ex singulis separatam singularemque imaginem effecturum. *Καθ' ἑκάστην εἰκόνα μίαν* non debent per minorem distinctionem distrahi, sed conjungi omnes quatuor voces, sejunctæ ab præcedentibus & sequentibus, quæ apponuntur, ut in tomo primo pag. 530. dixit ξύμπασαν, ἐκ πολλῶν μίαν ἰκόνα. Vbi vide nostra.

Pag. 27. Τὸν Ἰφέα ἐξύπτιον διδράσκειν Ἢ Λυγκέα] Hanc lectionem retinent omnes; etiam Latinis interpretibus offerentibus nescio quem *Iphnea*. Et cui iste talis auditus? manifeste appareret transpositas literas pro Φοίαν, ut optime adscripsit pater. In notissimam fa-

abulari hiſtoria & quidem propter oculos, qui fuerunt excœcati.

Pag. 32. Α'λλὰ καὶ σοὶς τοὺς ζῶσιν ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν] Etiam in hac editione video admiſſum ineptiſſimum in verſione errorem, quem ab prioribus acceperunt, *iis quæ in vita ſunt*, quum & res ipſa & Græca poſtulent maſculinum.

Pag. 41. Καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐπεθύμησέ τις] Eraſmus: *etiamſi quis admodum leviter concupiviſſet.* Benedictus: *etiamſi vel minimum concupiviſſet.* Non agitur de levi aut minima cupiditate; agitur de pretio, quo quis noctem ejus redimeret. Itaque verte, *etiamſi vel exiguo quis vellet*, etiamſi tenuem aliquis mercedem modo dignaretur ſolvere. Innuit ipſam non minus oblectatam Venere, quam adoleſcentes, ut ideo vix aliquem repelleret, qui modo parvum quid vellet impendere.

Pag. 42. Διέφθορεν ἤδη τὸν ἔρωτα] Ridicule interpres uterque *jamque amore illaqueatum*, quaſi nunc βεβλαμμένος in mentem fuerit Luciano. Verte *madefactum ac merſum amore.* Et quæſo cur nunc aliter conſiderant, quam in Bis accuſato. ἢ γὰρ πάλαι ἦν ἀλίσκεσθαι τῇ μίθῃ.

Pag. 43. Τίνα αὐλείων ἀνοικοδόμει] Hic quoque, ut alibi, abſurde vertunt *atrium occludi*, quum in dialogo Cochlidis & Parthenidis recte vertant iſta, κλῖνε τὴν θύραν καὶ βοᾷ καὶ ἡ αὐλιὼν ἠνέῳκται, *domuſque janua exterior effringitur*: ſicut peſſime de gymnaſiis pag. 270. ἐν τῷ αἰθρίῳ τῆς αὐλῆς reddidit Benedictus *in atrio*, quum Opſopœus accuratior *in aulæ area.* Sequente pagina vides minime verti Græca in illis ἔλεγεν ὅ οἱ ῥαιτηρὶ παρῆσαν, *ut autem diluxit, milites aderant*, quod factum ab interpretibus, quia incredibile videbatur ῥαιτηρὶς officio lictorum functos, quum intelligendi ſint prætores haud dubie accincti ſatellitibus & lictoribus. Stupidior ἀβλεψία eſt interpretis Salmurienſis in pagina vicina τὸν Χαλκηδόνιον ὁ μεγαλοπρεπὴς ſcribentis *Chalcidenſis nauclerus*, quod omnino in hac editione mutari debuit.

Pag. 45. Καὶ μετ' αὐτῆς Δάμωνα τὸν Χαλκιδέα καὶ τοῦτον ἑπόμενον αὐτῇ] Videntur mihi enervare hunc loquendi modum, dum ſic diſtinguunt, & vertunt, *& cum ipſo Damon Chalcidenſis, ejus amicus.* In his certe nulla ſignificatio vocum καὶ τοῦτον, Diſtinguo & verto, καὶ μετ' αὐτῆς Δάμωνα τὸν Χαλκιδέα καὶ τοῦτον, ἑπόμενον αὐτῇ, *& in eis Damonem, hunc quoque Chalcidenſem*, (æque ut Euthydicus) *amicum ejus.* Sic ſolent, quum duo in eodem conveniunt.

Pag. 48. Α'πὸ πελάτων πέντε, ὧν ἐδίδου] Toto genere confuſus & abſurdus in his eſt interpres poſterior. Ita enim videtur eum vertiſſe, ut dicat filiam datis quinque talentis quæ habebat elocaviſſe. Quæ talia plane non ſunt in Græcis; & ſi dediſſet in hanc rem talenta quinque, profuſus fuiſſet, non diligens in diſtribuendis hæreditariis bonis; ex quibus ſic nihil reliquum ſupermanſiſſet. Longe accuratior Eraſmus: *& matrem alit Eudamida, & filiam non ita pridem elocavit, ex quinque talentis, qua poſſidebat, duobus in propria filia dotem, duobus in amici filiam erogatis.* Atque ita ſuper-

erat talentum unum in alimenta matris Eudamidæ, ſapientiſſimi ratione.

Pag. 49. Ταῦτα πρὸς τὴν Ζηνόβιαν ἀπηνέστερα ] Verterat optime Eraſmus per verbum *deploraret*. Id Salmurii futiliter degenerarit in *declararet*, ac perperam in hac editione retentum. Cavebunt poſteri.

Pag. 51. Ἀναπλεύσας ἤδη τὸν Νεῖλον ἕκτον ἤδη μῆνα ] Adſumpſit Eraſmo Benedictus *ſextum jam menſem adverſo Nilo navigans*. Quod quis unus homo fecit unquam? aut ſi quis feciſſet, qui non oportuiſſet fieri, ut ab illo detegerentur fontes Nili? ſed fieri id non poterat, & Nilus non niſi ad Elephantinen erat bene navigabilis. Sed neque id dicere vult Lucianus; ſed illum iex menſes in iſta peregrinatione conſumpſiſſe, non utique ſemper navigando per adverſum Nilum, ſed per Nilum: verſus interiora ac mediterranea cœperat navigare in Nili alveo abhinc jam ſextum menſem. Καὶ non magis de adverſo, quam de ſecundo amne ſumi docet vel ipſe Lucianus in Iove Tragœdo ſcribens, τὰ δ' ἄλλα κατὰ ῥοῦν φέρεται, & πρωΐ μὲν ἤδη κατὰ ῥοῦν πρὸς χαρεῖ τὴν Δάμιδι.

Pag. 60. Διηρθμοὶ τὰς ἀκοάς ] Iamdudum notatus & agnitus hic locus viris doctis, a quibus moniti interpretes non debuerunt perſeverare in mala interpretatione *denſatis telis*, quod potuit quidem fieri, ſed non ſunt ad ſenſum Græcorum exprimendum. Debuerunt *ſublatis*, quum manibus levaſſent haſtas velut transfixuri, quod fieri ſic ſolet. Vtique pag. 70. Ἥλωσι λαβὼν τὸν πολέμιον, τὴν πίδα διηρθμῷ non interpretantur *denſato*, ſed *ſublato gladio*. Eadem pagina non intelligo cur voces eas καὶ τοῦτο Ζίριν ἥκειν iidem reddant *idque quum temet dedideris*; quum qui ſic venit, & pronunciat Zirin, paulo ante dixerit venire quaſi ſoluturum λύτρα, non ob ſe dedendum.

Pag. 71. Ἡμεῖς μὲν ὀλίγα κομιζόμενοί τινα ἀπὸ τοῦ λιμένος ἀνεψάμεθα, καὶ ἐς πλοῖα ἐς αὐτὰ μεζόνα ἐσβάντες ἤγορθμοι ἤγορθμεθα ] Ad hæc ita notavit Pater. Vertunt jam ab Eraſmo *res quaſdam importatas in porta ſpectaſſemus, in eumque è navi ſubduxiſſemus, emimus*. Immo κομιζόμενοι, κομιλυμεν, παυδυκεῖον, οἰκημεν, quod ſibi viderunt, conduxerunt, compararunt & eo ſarcinas depoſuerunt ipſi ἀγορεύοντες, hoc eſt, in forum urbis profecti. Heſych. ἀγορεύειν, εἰς ἀγορὰν πορεύεσθαι. Ariſtophanes Ἀνασταίτῃ pag. 860. Lugd. edit. Ἀγορᾶσαι τ' εἰς τοὺς ὄπλοις ἐξῆς Ἀθηναίοισι. Thucydides lib. VI. pag. 214. Καὶ ἅπαντες ἤγορθμοι ἐς τὴν πόλιν, ubi Scholiaſtes perinde ut Heſychius interpretatur. Herodotus Melpomene cap. 78. ἔχων δὲ ἐν τοιούτῳ Græcam veſtem, ἤγορθμε. Et cap. 164. καὶ μιν Βαρκαῖοι τῶν ἀνδρῶν κομισάμενοι ἀγορθμοῦσι, κ.τ.λ. Euterpe cap. 35. Ἐν τοῖσι αἱ μὲν γυναῖκες ἀγορθμοῦσι καὶ καπηλεύουσι, etſi hîc vertant negotiantur.

Pag. 78. Ἡ Πάλλαντα ἄγαλμα καὶ δείκνυσί μοι κάλλιστον οἰκημάτων] Interpretes omnes *oſtenſaque domo pulcherrima*. Immo, ut com-

mo-

iodiſſime notavit pater, κοιτῶνα, ut præceſſit, cubiculum & ocum dormiendi. Sic δωμάτιον pro cubiculo etiam. Vide Caſaubonum ad Theophraſt. pag. 263. Et occurrit aliquoties infra. Sed otabiliter pag. 112. οἱ μὲν πρόπυλοι, αὐτὴ δὲ καλλίον ἐν τῷ δωματίῳ ἐκάθευδεν, ubi inepte vertunt *in propinquo veſtibulo.*

Pag. 79. Ἐγὼ Ἀβρόα εἰμι, εἴ τινα ἡ σὴ μητὲς φίλαν ἀκύεις] ntelligunt, *ego Abrœa ſum, amica ſi qua unquam fuit tua maris*, quum non videantur eam adeo arcta conjunctione vincire oces Græcæ, quæ ſimpliciter ſonant, *ego Abrœa ſum, ſi quam natris tuæ amicam* forſan *audis* vel auditi eo nomine, ut poëta, *Fando aliquid ſi forte tuas pervenit ad aures Belidæ nomen Palamedis.*

Pag. 80. Ἡ δὲ, ὀσφὺς ἡμῖν ὑγρὰς ἐπικινήτην. μακρόν τε ὅσις σκιρτᾷ σκιβάψαι. ἡ δὲ σφόδρα γε &c.] Vertunt, *Tum illa, lumbi nei agiliter moventur.... Illa impudens & vultu grata puella, rugeris, inquit, adoleſcens.* At non poteſt ab Luciano veniſſe hic ordo narrandi, ut illud ἡ δὲ duas periodos ſe invicem ſequentes nchoet, ea notatione, ut ſignificet perſonam loquentis. Et quæ ſta ſui laudatio eſt? Immo etiam hæc ineptia non latuit interpres, qui non bis vertunt *Tum illa*, quod facere debuerant attenti Græcis. Præclare has turbas ſanavit ac reſtituit pater, ἡ δὲ ὀσφὺς ἡ μὲν ὑγρὰς ἐπικινήτην. μακρόν τε &c. ut ſint verba laudantis juvenis, licentiſque *lumbi quidem tui agiliter mov.* Sic omnia hæc plana. Verum ſequentia mire adminiſtrantur illa, καὶ τὸ λοιπὸ τῆς θεραπείας λύπης δεδράμῳ ἀεὶ ἀνέξῃ, ubi Baſileenſes vertunt, *cujus curam haud facile ſuſtinebis*, Benedictus *cujus curationem haud facile ſuſtinebis*, quæ nihil faciunt ad ſcopum & plenam captato luſu Paæſtræ enormitatem. Pater adſcripſit, F. ἡδονῆς. Vertebat igitur, *& ab ipſa curationis voluptate irrigatus ſemper ſuſtinebis.* Niſi plane oxymori ſpeciem in vulgata lectione agnoſcere velimus, & ab ipſo curationis dolore irrigatum dicat, ut licet dolore plenus & miſer ſit, ſemper tamen adhuc velit: quod judico veriſſimum.

Pag. 81. Τὰ μὲν ἄπτα γυμνὰ καθ' αὑτὰ] Placet interpretibus vertere *alia ſuis peculiis exuta.* Quid igitur? an non & λελυμένα quoque ſic erant? Certe; ſed illis λελυμένα videntur dictæ, non colligatæ inſertum, quod mihi non probatur, & opinor hæc tria genera ſic debent intelligi, *alia ſic nuda ut naſcebantur* atque adeo integræ, (ut Athenæus lib. 14. ſcribit ἀμφάλας dici τὰ δράγματα τῶν κριθῶν αὐτὰ καθ' αὑτά.) *alia ſoluta* foliis non amplius cohærentibus ſed ibruptis, *alia in ſerta plexa.* Sic certe procedunt Græca. Paulo poſt pro τίμιον τὸν συμπότην pater annotavit τὸν συμπότην; & ſane ſic jam habent interpretes.

Pag. 83. Πρῶτον δὲ κατὰ λόγον ὡς ἄμμος σφίγγε] Quum in Baſileenſi editione harum vocum verſio eſſet prætermiſſa, Benedictus reddidit *primum in nodi modum, quod ajunt, conſtringe.* Ut lauto curam, ſic quale dicterium poſſit eſſe ἄμμος σφίγγειν, quæ ſunt

voces ſimplices, non capio, nec memini ſic legiſſe. Sed neque ἐξ λόγου ita ſumitur ab Luciano, ut patet ex Icaromenippo. Καὶ λόγου εἶμι ἐ Ἀτλαντὶ πολεμήσειν ἢν. Et alibi. Aliud eſt τὸ ἔξ λόγου. Itaque intellexerim, *primum ut ratio exigit*, vel pro more luctandi, *velut nodum ſtringe*. Hinc enim incipiebant luctæ, ut conſtare poteſt vel ex initio libelli de Gymnaſiis, πάνυ ἴσως ἐ νέοι πιθανόν, οἱ μὴ αὐτῶν ἐμπαλαιήμενοι &c. licet hæc quoque ſit certa ſpecies luctæ.

Pag. 84. Καὶ ἡ Δέσποινα βάσκανος ἴσως τυγχάνει εἰς τὸν ἐμὸν πόθον] *Sed hera mea faſcinandi artem callet.* Sic Benedictus, quum tota hæc periodus omitteretur in editione Baſileenſi. Itaque ut negligentia hujus contraxit culpam, ita ille profecto ab ea libr non eſt, remotiſſimus ab ſenſu Luciani, qui exigit, *ſed hera mea valde invida eſt erga artificium ſuum*, & ſtudioſe abſcondit, ne ſuſtinet, ut quiſquam ejus fiat conſcius aut particeps.

Ibid. Πίπραζ ὡς τὸ ἐρώμενον] Non capio, quam vere Benedictus nunc verterit *ad ſuum amatorem*, quum pag. 86. ea voce reddiderit ἐραστήν. Vtique prudentius in Gallo pag. 181. puto ab eo verti *ad ſuum*. Eſt enim in Græcis differentia.

Pag. 90. Ὁ δὲ ἀκμὴ κάπτει τὸ θάνατον ἐρχόμενον] Captavit, ut patet, elegantiam notabilem in loquendo Lucianus, quam vide ne obnubilent interpretes. Baſileenſes *mors illi attulit laborem ſuum*, læviſſime. Benedictus *ille vero infra delabebatur morienda ſubſultans*, quod ſane contingit pluribus morientibus, etſi non cadat præcipites. Verte ſimpliciter *ille deorſum abibat mortem ſaltans*.

Pag. 102. Τοῖς ξίφεσιν ἐπιμανῶς τὰς πάχνας] Non debeo hunc locum inobſervatum prætermittere, quia ſunt eædem voces in eadem materia, qua annotavi in tomi primi pagina 475. nec tamen hæc πάχνας aliter vertunt, quam *lacertos*, quod illic quoque volebamus. Verum neſcio qui intelligantur hæc præcedentia, τὴν κεφαλὴν ἐπιπλὴν ἐκ ἐ ὠχρῶν ἐλίσσοντες, ubi Baſileenſes, *caput ſubtus guttur ligantes*. Benedictus *depreſſa cervice caput torquentes*. Nihil horum probari poteſt, & Græca exigunt *inferne ab cervice caput verſatum* a torquentes, ut nempe cervix cum capite videretur in omnem partem converti.

Pag. 112. Εἴτι καὶ ἀνόσιόν τι ἐκείνη ἐξ ἐμοῦ, εἴτι καὶ μὴ] Benedictus *ſive aliquid, ſive nihil ex me faceret*; ut voces palam & caute ſequitur, ita ſane evertit omnem ſenſum, qui nullus in his eſt. Baſileenſes *qui parum curans mei jacturam* &c. quos veriſſime adſecutus cenſeo mentem auctoris. Nam ἀνόσιον prorſus idem hic eſt, quod ἐλάσσω perdo & detero, parum curans, *ſi quam mei partem illa imminueret* ac corrumperet, *nec ne*.

Pag. 137. Οὐδὲν ἄλλο, ἢ μηδὲ ὅλως ἡμᾶς εἶναι λέγων] Opſoparus *breviter, nihil aliud quam in univerſum nos non eſſe*; quæ quidem ſingula unde colligat, præſertim primam vocem, non video. Inque Benedictus omiſſa illa *nihil aliud quam nos non eſſe dicens*. Atque ipſe

ſe auctor & nunc & in principio teſtatus eſt multa ab eo dicta eſſe : providentia. Rurſus ſi nihil aliud quam deos non eſſe dixit, m probavit igitur, atque ita nihil profeciſſe diceremus. Sed certe probavit ſtatuas fictas ab hominibus, & ipſum Iovem fuiſſe hominem. Sane parum videntur percipere loquutionem Luciani, ii innuit, ſic eum probaviſſe aut *ἀθεότητα* Deorum aut non-providentiam *non ſecus ac ſi prorſus nos non eſſemus*, dicens homines : diis cogitare debere nihil aliud quam ſi penitus non eſſent.

Pag. 142. *Ἀλλ' ὁ σὺ χρὴ τὰ τοιαῦτα ἰφίναι*] Ridiculus eſt Benedictus, quum ab Opſopœo verbum Græcum vertente per Latinum *remittere* ſic abit, ut putet id notare *mandata dare* vel *injungere*, quum in Toxari pag. 58. *καὶ ἰφῆτην δὲ τὸ μίγιστον ἄχρι τῶν συνήθων εἰπεῖν* ipſe clare viderit recte id verbum ab Opſopæo ſumptum eſſe.

Pag. 144. *Δάμιν αὐτοσφάγιον καὶ δ' αὐτῇ λίγειν*] Neſcio utrum Opſopæus omiſerit rectius ſecundæ vocis interpretationem, an ſeinationem ſuam indignius prodiderit Benedictus, non ſatis conderans vim ejus & ideo interpretans male *præſentem*. Nam æque præſens futurus erat Timocles, ſi advocato ſuo ad aurem adſtaret. fficacia utique Græcæ vocis longe alia & major eſt, & ſatis ab iris doctis explanata, & hic ideo difficilior ad exprimendum Laine, quia ipſe Lucianus per ſequentes voces *δ' αὐτῇ* eam explicuit. Certe tamen notat eum & aperta facie & ſine ſimulationis elamento & proprio ore atque ingenio diſſertaturum, ut *αὐτοσφάγιον καὶ* in Timone pag. 76. edit. Salmur. tum ob alios eſpectus, tum cui *αὐτοσφάγιον* abeſt. Infra in Gallo ſimile occurit, *ὥσπερ ποτὲ ἡ φύσις τὸ Δυδίην αὐτόφωνον ἐμηχανήσατο.*

Pag. 145. *Κόμην ἀνασεισμήν*] Non poterat Benedictus vocem minus hac aptam excogitare, quam qua uſus eſt *criſpata coma*, quæ nihil ad vaticinantes. Baſileenſes clarius *comarum ſemet erigentium horror*. Horrentes enim & jactatas comas in vatibus agnoſcunt Latini. Heliodorus libro III. dicit *πίτνα κόμῃ λιγυσίοις καὶ τὰς κοτύχας μιμουμένῳ*.

Pag. 146. *Μακρὰν χαίρειν φρύσας τὰς πομπάς*] Solet auctor dicere *μακρὰ*, idque videtur convenientius. In Aſino. *κάγὼ τὰς ἀθλιοπειρήνους περιόδους μακρὰ χαίρειν λέγων*. In Gallo. *ὁ Ἀλλιλαίος ἵππος μακρὰ χαίρειν φρύσας τῇ χρυσοχαίτῃ*. Pagina tamen 229. *μακρὰ χαίρειν τοῖς πόνοις φρύσαντες.*

Pag. 147. *Ἐτύγχανον μὲν ἄρα χαλκουργῶν, ὑπαστράπτουσαν πίτνουσαν καὶ μετάφρενον*] Vt mirifice geſſit ſe Lucianus in commentanda hac loquutione, ſic mirifici quoque fuerunt interpretes tum in ea contemplanda, tum Latine exprimenda. Nam quum vertunt *cum ad porticum jam fabricarer aneus*, paſſivo intellectu, ut patet ex ſequentibus, rem fortaſſe perhibent, ſed non appropinquant Græcis, quæ ſunt activa, notantque *eram fabricans* vel *fingens aram*, & ideo

ideo *abductus pice pectori & tergo*. Quod quum de se jactat hic ut statuâ Hermagoras, ultro satis intelligendum præbet id fieri per fabros ærarios. In sequentibus vero & vana & nulla in Græcis mentio balthei, & omnia sic vertenda simpliciter: *thorax autem vasculus* (utpote ex fragili materia & nullius munimenti) *corpori circum allitus appenderet arte imitatrice omnem aris celaturam impressam habens.*

Pag. 149. Ἔτι δὲ καὶ ἄλλως ἀρξάμενα] *Contingit enim, ut hæc incepta sint* Benedictus: *jam enim alia incepta sunt* Opsopæus, quæ sanequam non efferunt vim loquentis. Verte. *Potest enim esse ut aliter* (quam scilicet munere providentiæ) vel *temere* & fortuito *incepta* &c. Nec vero in præcedentibus illa αὐτό που τὸ ζητούμενον συναρπάζεις interpreter aut cum Benedicto *tu quidem quæstionem corripis*, vel cum Opsopæo *tu quidem quæstionem discerpis*, sed pro argumento latenter arripis & producis id ipsum quod quæritur, & sic fraudem facis. Et nisi fallor, hunc locum innuit eumque sic exponendum putavit Henr. Valesius in postumis ad Harpocrationem pag. 145. Quin etiam mox Benedictus temere omisit in versione καὶ ἐπαινῶν; at recte Opsopæus *ac laudibus efferas.*

Pag. 163. Ἠρώτηκεν, ἀτινών τινα φῂς τὸ ἐρωᾷ δ' ἐνεστὼς, εἶτα πανὸς ἂν &c.] Pater voci octavæ adscripsit ἐνεστῶς, quum manifestissime appareat ex sequentibus auctorem scripsisse vel in animo habuisse scribere masculino genere: nec tamen sequentia talia sunt, ut ad τὸ ἐρωᾷ referri possint, sed debeant ad ipsum ἐνεστῶς. Equidem hic locus simillimus est Livianis illis XXVII. 27. *L. Calius triplicem rei gestæ ordinem edit: unam traditam fama, alteram scriptam, tertiam quam ipse pro inquisita ac sibi comperta affert.* Vbi possem suspicari τὸ *ordinem* venisse ex permutatis & contractis literis pro *rationem*. Sed simile exstare video in Varrone lib. I. R. R. c. 12. *Sin cogare secundum flumen ædificare, cavendum ne adversum eum premas*, quasi putasset se scripsisse *fluvium* vel *amnem*. Item in Vitruvii præfatione libri VII. *Itaque quoniam sexto volumine privatorum ædificiorum rationes perscripsi, in hoc, qui septimum tenet numerum, de expolitionibus exponam.* Cæterum sequentia verba καὶ ὅρον ἔχει τὸ πλῆνος τὸ ὄνειρον imprudenter & inepte vertunt *metasque volandi præscriptas habeat somnium.* Ita apud interpretes insomnium habet metas volandi somnium; quæ quis intelligit? Lucianus de ipso somno id dicit, & posse tamdiu circumvolare somnium, donec deret somnus, recte & elegantissime statuit.

Pag. 171. Ἐγὼ μὲν ἰδὼν σφόδρα] An non σφόδρα? Vt infra in hoc libello. ὥστε ὁπότε πρόοιμι, οἱ μὲ πολλοὶ προσπίνουν.

Pag. 177. Σαπέρδηνα, ἢ μυιλίδας, ἢ κεφαλίδας] Quum sic notabiliter mutet numerum Lucianus, iniqui sunt interpretes, qui eum non sequuntur, ut facit sane & Erasmus vertens *& maniam piscículo*, & Benedictus *vel maniæ*, quum Lucianus clare ista numeri

ri varietate ſubindicet unam mænida ad cænam ſatis non eſſe, ſed ſaperdæ non niſi mænidas pares eſſe. Vnde & brevem mænam dixit Martialis.

Pag. 188. Ἀκήρατα ἦν τὰ ἀκύπτερα] Benedictus *celeres erant ſine cera penna:* At nulli bono iſtæ celeres. Itaque Eraſmus *citra ullam ceram erant penna.* Nec tamen id ſufficiat. Melius vertiſſent *ala* vel *penna volatiles.* ſic p. 193. Πρὸς ἄκρους τοὺς ἀκυπτέρους λαβὰς πᾶς τοῖς χροὶ ἐφηπτόμενος, imperfecte *ſummis pennis.* Vide ad pag. 647. tomi primi.

Pag. 191. Τῶν ὡς περὶ ἑνὸς αὐτῶν διαλεγομένων κατηγόρουσιν] Apparet prorſus Eraſmum, quem ſequitur Benedictus, legiſſe αὐτῷ, quod omnino requiritur.

Pag. 194. Πάμπολυ τῶν νεφῶν ὑπεστάσους] Quomodo aut hæ voces Latine reddi poſſint *plurimum nubium emenſus*, aut ſi poſſent, quid huc facerent, nullus unquam potui capere. Itaque putavi fabulatorem innuere, *quum plurimum è nubibus attraxiſſem*, atque nimia uviditate gravarer.

Pag. 200. Ἡ Ἀχαρνῆσι πλήγα κεκτῆσθαι] Puerilem ſane plagam merentur interpretes licet viri doctiſſimi, tamen teterrime in omnibus editionibus hîc de Acarnania ſomniantes: tanquam Acharnæ, regio Attices, adeo carbonibus ſuis ſit obſcura, ut debuerit ab illis ignorari.

Pag. 203. Εὐθύς μοι ὡς εἶχον δίδως εἴσω παρεῖναι] Benedictus *mihi ut habebam illico videbar ingreſſurus.* Quanto rectius & elegantius Eraſmus *mihi viſum eſt protinus ita ut eram introire.* Notiſſima formula tam Græca quam Latina.

Pag. 205. Καθίσας ὧν ἑαυτὸν ἐπὶ τὸ πρώτης] Quum vox poſterior non poſſit alio referri, quam ad ᾠδεῖα, opinor longe melius intellexiſſe Eraſmum *cum ad primam conſediſſet*, quam Benedictum, *quarum in prima ſedens*, quod ille haud dubie ad ſellam retulit abiens ab Græcis, quod non oportuit.

Pag. 221. Λόγων τῶν δικανικῶν ἅλις ἔχομεν, ἐπιμείξας τὸ τοῦ Ἀρείου πάγου διεξιόντων ἀκούσῃ] Non conſtat his conſtructio, & corrigendum ex Baſileenſi ἀκούσῃ τι.

Pag. 226. Ἀδελφὴ δὲ παρούσης δίκης ἐστὶ] Ab Eraſmo Benedictus accepit *quaſi quadam ſoror præſentis cauſa eſt*, captata elegantia, ut mihi videtur, præter mentem Luciani, qui ſi tale quid intellexiſſet, ſcripſiſſet quoque ὥσπέ τις ἀδελφή. Sed nunc ſimpliciter ἀδελφὸν ei ponitur pro æquali & ſimili, ac plane ut infra, ἐφηπτόμενον γάρ τι καὶ τοῦτο ἑκάστου ἀνάγκης.

Pag. 259. Ὥστε ἔδειν τί μοι δικαίως χαριζόμενος τῇ σαυτοῦ τύχῃ κωλῦσαι τὸν ἀνδρῶν] Apparet quidem hæſiſſe in hoc loco Benedictum, dum quæ nimia attulit Opſopæus, amputare conatur, ſed dum expedire ſe ab ejus interpretatione penitus nequivit, nihilo magis lectorem adjuvit, quam fecerat prior, qui ſic interpretatur, *quibus per Iovem nequaquam voluntas erat hac illis illudendi gratia*

ex-

*exprobrare, ſicut tibi. Itaque parum gratia arti tuæ conciliare videre, tantos viros falſis contumeliis afficiendo.* Ex his omittens Benedictus illa *ſicut tibi*, ſequentia reddidit *Itaque parum gratia arti tuæ conciliare videris contra viros hoſce mentiendo.* At quæſo quid eſt, quod in illis hic paraſitus mentitur? Vtique in præcedenti periodo teſtatur ſe hæc eadem audiviſſe ab viris bonis & fide dignis nec ob ullam cauſam ſuſpectis mendacii in iſtis hominibus. Hinc certe & in noſtra periodo aſſentitur paraſito, contra quam interpretes volunt. Nam manifeſte Græcæ voces hunc ſenſum efficiunt, *ut adeo mihi videaris, gratificans tuæ arti, in illis viris mentiri.*

Pag. 263. Ὡς ἄξιόν γε φιλοσόφου πυγὴν ἰδεῖν] Aliter videntur legiſſe interpretes, dum reddunt *adeo ut indignum ſit facinus*, ut certe intelligunt aliter. In quo dubito an audiendi ſint, & non potius Lucianum intelligere debeamus, ac ſi dicat, adeo ut ſit operæ pretium, ut mereatur & dignum ſit huic adjacens philoſophi cadaver adſpici, ob maximam inde exſtituram diverſitatem.

Pag. 265. Ὅτι δὲ μάλιστα νῦν δίδωσιν φιλοσόφων (καὶ μὴ δή τινέων ἀ δεῖ λέγειν;) ὁ μὲ δικάζων ἄκλυε δίφροις ἐπ' αὐτῇ ἰάλλω] Sic concipiendus hic locus, ut egregie diſtinguitur in editione Baſilienſi, & verſio ſimplex optime ſatisfaciet omiſſis illis ineptiis, quæ abunde nimis adjiciunt interpretes. Verte. *ita ut celeberrimorum hoc tempore philoſophorum (nam de rhetoribus quid opus eſt dicere!* qui ſcilicet in foro & cauſis habitant, quod philoſophus non promittit, & ideo abſurdius ſit, quod dicet) *alius quidem in cauſis ſedens ut judex, in largitione fuerit deprehenſus, alius vero* &c.

Pag. 294. Ἐπὶ πυγὴς τοῦ λύχνου] Quia video tetrum errorem ex Salmurienſi editione in hanc propagari, putavi monendum male in Latinis legi, *ut in igne & ligno uſu venit*; quem ſi modo attendat, quilibet facile corrigat. Paulo poſt non ſufficit verſio eorum ἃ δεῖ ἰσχυρᾶς οἴμαι τὰ ῥίζης ἀντφύσης, ubi Latina habent *neque enim ab altius acta radice productum fuerat.* Neque enim in ellychnio id procedit, quod poteſt eſſe longiſſimum, ut altiſſime demittatur, nec tamen erit ἰσχυρὸν, h. e. denſum, robuſtum, ut tantam ex ſe præbeat flammæ materiam, ut flatus non extinguat: ῥίζα autem ἢ φυτὸς ἢ λύχνου eſt principium ipſius ellychnii. Aliena eſt hic conſideratio radicis in arbore & frutice.

Pag. 300. Ἀϊδωνεὺς ὁ βασιλεὺς Αἰακοῦ ἐστι] Iam notaverat Cognatus Æacum eſſe Iovis filium, Plutonem vero regem dixerat ſupra Lucianus fratrem Iovis. An hinc ergo non ſatis debuerunt moneri interpretes, ne verterent *Æacus eſt regis patruelis*, nec Æacum & Plutonem facerent patrueles, quum alter ſit patruus, alter fratris filius? Immo ipſa Græca vox debuerat eos admonuiſſe.

Pag. 301. Υ'λακτῶν τοῦ τῆ χάσμῃ διδυτέρου] Vertunt, *alstrans territoſque in ſpecum redigit.* Immo plane contrarium indicant Græca, ut non tam redigantur in ſpecum, ſed abigantur, de-

ter-

rreantur ipſo ſpecu, non ſcilicet tartareo, ſed oris Cerberei, que adeo verti debebat *& rictu* vel hiatu *deterrens*, nempe ab ntanda ulterius fuga.

Pag. 308. Τὸ στυγόμενον τοῦτο καὶ πάνδημον ὄνομα] Hæc duo in unam m coire omnino nequeunt, & latet certe aliud, quod ex vetuſtis bris exſpectandum. Interim ſolitus fui hic legere πάνδεινον, quod ocabulum in Philopſeude quidem uſurpat auctor ad malum πάνδεινα ἄχθη ἱερόσυλον ὄντα, ſed in bonum occurrit & quidem in hac ipſa ıateria in Rhetorum præceptore πάνδεινόν τινα εἰ τοῖς λόγοις ἀγω- γήν.

Pag. 311. Ἐφ' ὑψηλοῦ καθήσθω] Augent interpretes *in eminenti lio ſedet*. At non utique, quum ſic loquuntur Græci, de ſolio in- lligunt: & ipſe paulo ante citatus Cebes, quum de Beatitudine git, ὑψηλὸν agnoſcit non de ſolio, ſed de loco, ubi illa fingitur ıorari, & in illo ὑψηλοῦ, quod ſtatuit eſſe ἀκρόπολιν τῆς εὐδαι- μονίας, iſta καθῆσθαι ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ. Denique Lucianus non reſpexit l ſolium, ſed ad ſitum loci, unde mox inquit. αὐτὴ δὲ οὐ ἱερω- ὶς, ἐπιθυμῶν δηλαδὴ ὁπτάζεσθαι γανύσῃ ἐπὶ τῆ ἄκρῳ, quæ quidem ἄκρα on eſt demonſtrata niſi in ſolo hoc ὑψηλοῦ, ita ut mihi certe vi- eatur temere addi vox tertia.

Pag. 323. Μητρὸς ἥκιστα ἐπ' ἀμφοδίου τινός] Puto ab eodem errore æc corrupta eſſe, qui tomo 1. pag. 400. fecit ἐπ' Εὐφρανδίου pro τοῦ Εὐφρανδίου. Certe enim vulgata non ſatis bene ſe habent, quæ qui- em fient optima, ſi legas ἥκιστα ἐπαμφοδίου τινός. Nam Lucianus audet quoque commentis talium vocum. Sic & initio Herculis allici agnoſcit ὑπερβωμίους, licet hi apud poëtas præcipuos quo- ue exſtent. Sed maxime miror, cur mox illa συνεῖναι τοῖς κεκραδα- γμένοις καὶ γλιχομένοις ἱερωσύνῃ interpretentur *cum infelici, ſuavi tamen a- matore*, quum certiſſime talis ſit inſuavis, & putidum eſt hæc cor- igere, quæ nullius, niſi horum interpretum, oculos fugere poſ- ınt.

Pag. 328. Σπαρτούς τινας ἀνακεκλαγκότας] *Sativos quoſdam pro- erminaſſe*. Ita interpretes. Sed ab Latinis hos eoſdem æque ac ɔ Græcis Spartos appellatos fuiſſe diſcimus ex fragmento Varro- is, & ideo non debuerunt boni viri appellationem celebrem & opriam ſua verſione obſcurare. Idem occurrit tomo 1. pag. 802.

Pag. 335. Ἐν Γλαυκίᾳ τῷ Ἀλεξικλέους] Video verti *in Glaucia Alexi- li filio*. At tales hi interpretes debuerunt quoque lectori demonſtrare, uid in eo factum fuerit; quod quidem in hac relatione prorſus ni- il dicitur. Quid enim aliud, quam retinuit ſemel conceptum a- ıorem, donec potiretur amato. At hæc omnia, quæ narrantur, con- gerunt in domo Glauciæ, ut patet ex duobus locis, vel dum hic ad- ıitor dicit ſe ἄχαρι οἰκεῖον μέχρι αὐτοῦ & quod tum hic dicitur ὄθεν ὀρύξασα ἐκ αἰθρίου τινὸς τῆς οἰκίας nempe ejuſdem, vel quod tan- em ipſa Chryſis ἐπίτηδες κάτωθεν τῶν θύρων καὶ εἰσελθοῦσα verſata eſt um Glaucia. Itaque ἐν Γλαυκίᾳ nunc accipe, ut circa finem ha- rum

rum insaniarum ὁ Ἀμφιλόχου, ὁ Εὐκράτους. Praeterea viri docti, qui Lucianum publico dederunt, vereor ut bene contemplati sint libros scriptos, dum eum, quem nunc dicunt filium Ἀλεξικλέους, mox ab Luciano scribi faciunt, quasi patrem habuerit Ἀνεξικλέα; ex quibus verum eligere sine auctoritate vetustatis nequimus.

Pag. 349. Καὶ σφοπτείοις ἐς τὰ κρόνια μειρακυλλίοις] In Salmuriensi editione simul & in hac ipsa vitiose edi video in Latinis *ac personis in capitis adfictis*, ignorans utrum sic praeses ejus & editionis & versionis de industria scripserit ac interpolare voluerit Th. Mori verionem, an eam ipsam retinere, quae est *in capita*, ut sit typorum error. Certe neutrum placet. Neque enim Graeca id modo volunt adsumsisse eos personas vel larvas in capita, sed clare sumpsisse larvas tales, quae in speciem simul & formam cranii vel calvariae vel diu mortui capitis fictae essent.

Pag. 351 Ἀλλὰ διότι ἡμῖν ἐπικλυσθήναι τὴν οἰκίαν ἐπιμυλαίνει] Et quae venustas in hoc Luciani ἐπιμυδίᾳ, quod tamen nunquam his narrationibus nisi venustissimum subjicit, residebit, si claudatur domus aquâ referta? Immo an claudi potest? Periit omne auctoris ingenium, quod restitues scribendo ἐπικλυσθήναι, sed, inquit, oportebit domum horum aquarlorum haustu refertam mergi & inundari. Res ipsa dictat.

Pag. 355. Οὐ γὰρ ἄλλως ἱστορίαν ἐπιδείκνυσθαι βούλομαι] *Non quod aliter historiam edere velim.* Sic Salmurienses. Sed per *Musas!* cui bono hic illud *aliter*? Immo, *non quod temere* & futiliter *historiae narratione me ostentare volo.*

Pag. 357. Οὐ διαλαβὼν κατὰ μέσον εἰς ἑτερόλλω πατεῖν] Reddunt interpretes, *quem ex utraque parte mirum in modum humilem accipiens*, ut apparet, non animadvertentes, quemadmodum ipsi evertant prorsus hanc suam narrationem. Si enim fuit talis, hoc est, ex utraque parte humilis, quomodo fuit acclivis? Vtique sic debuisset addere auctor acclivem fuisse in medio. Sed clarius se destruunt per ea, quae mox sequuntur, quum statuunt eum locum talem fuisse alteri aequatum: Cui illi alteri? an loco? non certe, nec enim plures loci agnoscuntur, sed unius modo facies describitur. Quid quod in fine hujus ipsius paginae ἑκατέρωθεν interpretantur *ex utraque parte*, & recte. Nempe ἑκατέρωθεν est in alteram partem. Nactus locum ab uno latere perquam humilem ac declivem, eum alteri lateri aequavit aggeraudo. In sequentibus Latine reddendi difficilior ratio est. Dicit Lucianus ample satis, Κερκίδα μὲν βιβλιοτάφου ἄκρην τὴν ἔξω βαλόμενος, καὶ ἡμιλίαν ἴσην τῷ τοῦ ἐπιβλήματος ἀσφάλειαν ἐμπεδωσάμενος. Id describendi genus quum Salmurii proximum tautologiae existimaretur, vide quî compegerit & contraxerit sua, *posito operi firmissimo fundamento, quo superstructi adificii certitudinem confirmaret.* At religiosior in his Opiopaeus aequare voluit Graeca *firmamentumque munitissimum omni futuro operi subjiciens, fundamentorum positione substruendi adificii*

ter

*certitudinem confirmavit.* Sed nos liquido & merito cenſemus hos floccifaciendos. Locus hic balneis fabricandis electus videtur fuiſſe prope rivum aut fontem, ad quem ſpectans alterum latus fuit declive, ut ſolet. Hunc locum adeptus Hippias planavit, *crepidinem* (vel marginem ripæ, qui extollendus erat) *quidem firmiſſimam omni operi ponens, & fundamentorum poſitione ſtabiliens ſecuritatem imponenda ædificationis.* Crepidinis firmitas vel maxime requirebatur, ne deinde preſſa ventrem faceret & extrinſecus paulatim cedens ruinam toti operi afferret.

Ibid. Πυλὼν μὲν ὑψηλὸς] Conſuetudo fere & ſenſus communis virorum inſignium tutos ab reprehenſione facit hos interpretes, dum πυλῶνα vertunt *veſtibulum*: ita ubique id fieri deprehendo. Sed quæ ſimilitudo Græci πυλῶνος ad Romanum veſtibulum? & maxime hujus, qui dicitur fuiſſe ὑψηλὸς, & ἀναβάσεις ἔχων, & ὄπισθεν μέσον ἢ ὅδον, quæ omnia ab Romano veſtibulo ſunt alieniſſima. Res ipſa clamat. Sequentia ſic diſtinguenda ſunt, οἱ δ' ἐπιστρέψαντες ἐς τὸ εἰς τὸν αὐλὼ παρεσκευασμένον οἴκημα· (βαλανείῳ δ' ἦν καὶ τοῦτο περιπόδισμα) χαρίεσσαν καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμενον κατεχορήσαν. Et verte; *ad lavam verò conclavium ad delicias comparatorum (quippe & hoc balneo aptiſſima) venuſti & multa luce fulgentes receſſus.* Vulgo enim vides arenas ſine calce. Et ſicut nunc οἰκήματα non vertimus *ædiculas*, (ut inepte interpretes, & jam alibi monere debuimus) ſed *conclavia*; Sic quoque οἶκος, quæ vox frequenter ab Luciano in hac deſcriptione uſurpatur, non *domus* aut *habitatio* verti debuit (& quæſo quot ab illis domus hic ſupponuntur?) ſed cubiculum aut conclave, aut œcos, ut eam vocem in iſta ſignificatione propriam ſibi vindicarunt Latini architecti, quod & ipſum paſſim non obſervatur. Denique quum dicit εἰκόνες λίθου λευκοῦ utique non ſufficit, ſi cum Salmurienſi reddas *marmoreæ imagines* (an credidit marmor non eſſe niſi candidum?) ſed potius cum Opſopæo *ex albo lapide.*

Pag. 358. Τοῦτο δ' ἂν εἴη οὐκ ἐπ' αὐτῆς μείζους] Cur ſic potiſſimum loquatur auctor, & non maluerit οὐκ ἐπ' αὐτᾶ, plane non capio, quum nihil vel præcedat vel ſequatur, unde iſtud fœmininum dependeat. Sed eſt vitium, legendumque οὐκ ἐπ' αὐγῆς, orto errore, ut videtur, ex codice majuſculis literis ſcripto, & illic confuſo charactere Τ & Γ.

Pag. 359. Ἐξόδους τε πολλὰς πυρωμένους] Non notant hæc verba, ut credidit Benedictus *multis januarum egreſſibus munitum* (& quæſo quid eſt *muniri egreſſibus januarum?*) ſed ut recte Opſopæus, *multarumque januarum egreſſibus patens.*

Pag. 360. Μίτρα τῶν κόμων ἀναδεδεμένον τὸ πορφυροῦν] Fieri non potuit, quin dum hæc ſic junguntur ab interpretibus, in iis intelligendis errarent. Et tamen quam ingenioſe iſta verterunt *mitra purpurea coman revinctum?* Sed duo prædicantur ab auctore, cujus

verba ſic diſtingue ἀναδιδυμίου, ὁ πορφυρίδι, & verte *mistis coccum revinctum, purpurea in veſte.*

Pag. 361. Τοῦτο δὲ εἰκάζειν κωλεῖ αὐτῶν τὸ διαστόλου ] Miror, cur vertant, *quo nomine earum dominum vocari conjice*, quum non moneat vel jubeat auctor, ſed narret ſpeculatores conjicere ita vocari earum dominum.

Pag. 362. Οἱ μὲν δὴ τῶν ἀρχὴν ἀφικνοῦντο ] Interpretes, *alii in principium quidem attingunt*; qui ſi eſſet Luciani ſenſus, ſaltem ſcripſiſſet εἰς τῶν ἀρχήν. Sed innuit *alii omnino non veniunt*. Et ſic rectius attenderunt in Fugitivis pag. 598. Ἀρχὴν δὲ δὴ τὸ ἐλεγχόμενον. Et in Sympoſio pag. 646. Ὥστε δὴ τῶν ἀρχὴν πεφυκέναι εἶναι.

Pag. 373. Οὐ συμπεφυκὸς ὥσπερ ἡ τῷ ἀκροδόνι ] Vertunt *non cervici affixum, ut eſt locuſtarum*; quod unde potuerint effingere? De cervice nihil eſt in Luciano. Et qualis quæſo cervix locuſtarum? Certe Lucianus ullam eſſe prorſus per has voces negat, quæ verti debent, *non agnata* reliquo corpori, *ut eſt locuſtarum*, non eſt continuus tractus corporis a capite ad caudam, ut in locuſtis, ſed poſt caput eſt velut intervallum, ita tamen, ut tenui fauce caput reliquo corpori annectatur, & ſic poſſit converti alia parte corporis immota & quieta. Paulo poſt etiam potuit vocem φολίδας lenius interpretari, quam per vocem *cortices*, præcipue quum loricas ſquamatas dixerint, & laminas ex ferro in eis agnoverint. Tum & ἡ κέντρου τὸ ἐρρωγὸς reddidit inſcite, *non aculeo*, quaſi vocis hujus ſignificatio & diſcrimen, quod inter muſcam & alia inſecta notat auctor, reſpiceret formam, & non potius locum ubi ſitus ejus, in extrema nempe parte diverſa, quam eſt in veſpis & apibus.

Pag. 385. Εἰς τὸ Ἔρεβος ἐμπεσοῦσα ἐμβληθῆναι εἰς τὸ μέλαινα πόντον ] Exhibuit quoque interpres *in nigrum pontum*, nec intercedo, quo minus ab poëta aliquo ſic ſcriptum credatur. Sed Lucianum nunc ſimpliciter narrantem non reſpexiſſe opinor ad talem quandam imitationem, & intellexiſſe Melan ſinum, ut illam maris partem appellari novimus ab ingrediente eam Mela fluvio. Vide Geographos.

Pag. 389. Καὶ εἴ τις ἄλλος τὸ ὑπὸ τὸ ψεῦδος πεπλουτήκοι ] Beneditus, *qui mendacio ſubditi ſunt*. Cedo, quos tales intelligam. Quin etiam quum conditionem hujuſmodi innuit auctor, uſurpat caſum tertium; ut in principio Fugitivorum. ἀξιῶσι γὰρ ὑπ' ἐμοὶ πίπτειν. Et rurſus: Κρίνεται ὑπὸ τῆς ἀνάγκης καὶ ὑπὸ τοῦ κυνὸς πεπλουτήκασι. In Reviviſcentibus. οἱ δὲ ὑπὸ τῇ σοφίᾳ πίστει πεπλουτήκασι, Anaſtaſius apud Baſileenſes, *& ſi qui alii hoc modo mentiti ſunt*, ſententiam, ut videtur, non voces craſſius conſiderans. Puto velle auctorem, *& ſi quis alius eorum, qui poſt vocem ψεῦδος nomen poſitum habent*. Tales enim ſunt illi, qui præcedunt Pſeudonero & Pſeudophilippus. Similiter luſit in citato loco ex Reviviſcentibus in verbo multis præpoſito φιλος.

Pag. 419. Ἐκλήθη ἀποθανεῖν καὶ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλοψυχίᾳ ] Præceſſit

:ſſit Melanchthon in vertendo *ad reliquam funeris magnificentiam ldisum voluit.* Et ſequitur prompte Benedictus verba hæc ipſa ſic :primens, quod miror ab aliis, qui hunc dialogum & verſionem us tam accurate exegerunt, pro bono acceptum, quum nulla orſus in Græcis fiat mentio illius funeris. Quin etiam μιγαλυφ- ε non patitur, ut de impenſa pecuniaria intelligatur, Græcis ad m exprimendam alia voce utentibus. Immo nec conſideratio agnificentiæ funeris poteſt hic locum habere. Majora deſideran- ır, quæ habebis, ſi recte vertas mecum *ad reliquam rerum ſuarum agnitudinem addi voluit, ut & Deum crearet eum, qui erat mor- tus.* Inter alia ingentia acta ſua referri voluit, ipſum ex mortuo ciſſe Deum.

Pag. 425. Περιπαῖξαι τινα καὶ μίμησιν τραγῳδίας] Quum ſimpli- ter & pari vocum ordine reddidiſſet Melanchthon *agitque læta & mica facie tragœdiam meram & nihil non triſte patientem* : Be- dictus illud nudum μίμησιν gravatus *plenam affectibus tragœ- am* dedit, abolito modo, quo per copulativam ſe extendit Lu- anus. Id exemplum video placere aliis, qui putant ſupplendam :rationem, ut legatur κοινὴν μίμησιν. Quod omnino nequeo pro- ire, etſi videatur prima fronte blandiri. Nam quum dicit Lu- anus καὶ μίμησιν τραγῳδίας, ſimul tacite intelligit *plenam* eorum ſuum, qui ſolent eſſe proprii tragœdiarum. Quod ipſum ſolent :pe omittere. Sic paulo ante dixit μεγάλας ὑποθέσεις, non addito ibus rebus eſſent repletæ. Sic in Sympoſio. οἱ σοφοὶ δὲ ἠσπάζοντο, ἐλοιδόρουν καὶ ὑπερεπιμπλάμενοι καὶ ὑπεκφεύγοντες. Vtique nec hic ſpe- atim quidquam addit. Quin etiam Polybius libro 1. de prælio ad Ægates dicit, nunc πρὸς Ἅννωνα ποιήσεται τὸν ἀγῶνα καὶ πρὸς αὐτὰς ἐκείνας ναυτικὰς δυνάμεις καὶ πρὸς τὴν γέμουσαν τὰ σκάφη, nunc αἱ μὲν γὰρ ἐκ γέμουσαι δυσχερῶς διέκειντο πρὸς κίνδυνον. Idem fit apud Græcos in iis verbis.

Pag. 445. Καὶ ἀντὶ γλώσσης, ὅσα καὶ χερὶ χρῆσθαι δίδυμοις] n hæc paria eſſe poſſunt illis, quæ apponuntur ab Micyllo & Be- dicto *ac lingua perinde ut manu uti decreviſti?* Certe ſic illi peni- is omittunt voculam ἀντὶ. Quæ quidem ſane perincommoda eſt, iſi bene inſpexeris. Legendum enim καὶ ἂν τί γλώσσης ὅσα καὶ ἐπὶ χρῆσθαι δίδυμος; Eſt enim exprobratio per interrogationem xcitatior, *& quid lingua æque ut manu uti decreviſti?*

Pag. 462. Παίεσθαι τοῦτο ἐπὶ Γοργόνας πλέοντας] Benedictus, *tque ut extra inſtitutum, volatus ad Gorgonas.* An credimus ſic ıſignem virum diſtinxiſſe? Verius crediderim ortum errorem ab ypis, & continuo ductu expreſſiſſe ſententiam, quam largius edi- erat Micyllus, *atque hoc parergon quoddam, ſive extra propo- tam rem additum fuit ad eum, quo ad Gorgonas abiit volatum.* ex Benedicto oportet certe tolli abſurda commatis diſtinctio, ut *vo- atus* ſit genitivo caſu.

Pag. 463. Ἀγὼ δὲ ἀντιφέρω, Ἀθηνᾶς ναὸς πτολίεθρον] Sane quidem

poſt vocem tertiam video in editionibus poni parvam diſtinctionem, non ſecus ac ſi inde ſupponere deberemus viros doctos, qui vel ediderunt vel interpretati ſunt, in Græco ſermone agnoviſſe ἡ ἀντῆρες, cujus ſecunda inclinatio foret τὸ ἀντῆρος. Sed nunquam eo vecordiæ progredi potui, credens illos ſatis bene voces Luciani conſideraviſſe. Itaque quum puer eſſem, inſiſtens illorum veſtigiis ceniſ ſcripſiſſe auctorem ἄνω πῃ ἀντῆρες Ἀθηνᾶς ναὸς, *in medio parte ſuperiore parte obverſum oſtio templum Minervæ poſitum eſt.* Neque hujus cogitationis nunc pœnitet, eo magis quod hunc locum videam ab viro doctiſſimo infra pag. 637. ſic tractari, quaſi vel ἀντ' ἀντῆρες aut potius ἓξ ἀντῆρες legendum eſſet: quorum utrumque non eſt immune vitii; quum nec prius bonam efficiat ſententiam ac ſyntaxin, nec etiam poſterius, quum ſi μέσης fuerit ἀντῆρες, non fuerit neceſſe id rurſus exprimi; ſed recte dicit in medio pariete fuiſſe ἄνω ædem Minervæ ἀντῆρες. Quin etiam quum illic ſcribit Lucianus ἐς δὲ τὸ ἀντῆρες ἡ ἔδη πληθὺς, non debet ſupponi ellipſis pro ἀντῆρες τοῖχοι, qui nullus illic legitur, ſed ἐς ἓξ τοὺς ἀντῆρας ſcilicet κλιντῆρας, qualem alium ad dexteram ingredientibus præciſiſſe illic manifeſte legimus.

Pag. 468. Πρὸς τὸ εἰς μάκιστόν τι, καὶ λιπαρὸν τὸ γεώδες γῆς, καὶ λάτης διακόσιον, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτῆ οἰκημένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα] Sic diſtinxit Benedictus, addita ineptiſſima verſione *longiſſimam ac pleniſſimam tota terra marique dominantem ſenectutem, jamque in ſuo ſolo regnantem & ſeneſcentem aſſequi.* Quid enim? an Lucianus, terſus ille & liquidus, dicet ſenectutem dominantem terra marique? Porro cur jam in ſuo ſolo regnat? an etiam ante regnavit in alieno? Nihilo melius prior Opſopœus *longiſſimam ac pleniſſimam tota terra marique dominantem ſenectutem, jamque in ſuis locis regnantem & ſeneſcentem conſequatur.* Fatue de ſe vel aſſequutis vel conſequentibus loquuntur uterque. Verte, ut clare ſonant verba, & ratio inculcat. *quo ad longiſſimam ac plenam ſenectutem veniat terra univerſa ac maris dominus, ut ſuo imperans nunc jam ſenex.* Hoc enim intelligit votum, ut princeps, qui jam erat ſenex, maturam quoque adepturus eſſet ſenectutem.

Pag. 470. Ἀντίπατρος ὁ Ἰόλαϊ] Probo magis Opſopœum verentem *Antipater patre Iolao genitus*, quam Benedictum poſterius omittentem, ut apparet, quia & filium Antipatri Iollam vel Iolaum in hiſtoria Macedonica audierat. Nam licet id ita ſit & habuerit nomine filium, utique & potuit patrem eo nomine habuiſſe, quod in ejus nepote, filio ſuo renovavit.

Ibid. Ἀντίγονον τὸ μονόφθαλμον φόβῳ, ἐπὶ Πόντου ἐπλεύσαντα, βύσας] Sic diſtinguunt viri docti, & ad hunc diſtinctionis canonem formant quoque verſionem, quaſi Lucianus annotari vellet eum in Ponto mortuum fuiſſe, quod mihi ab hoc ſermone alienum videtur. & diſtinguendum eſſe φόβῳ ἐπὶ Πόντου, ἐπλεύσαντα βύσας &c. Ad-

ii

*igonum Coelitem fugiens in Pontum, mortuus est.* Quam fugæ iam quum adnotat, tacite dat intelligendum, qua occasione regni Pontici conditor exstiterit. Et sane sic loquitur rursus auctor in Nigrio. Περὶ μὲν ἡ ἐκ τοῦ ἐπὶ Κορίνθου λόγ᾽ ἐστὶν ἡ ἐρώτησις. Et alibi plura de hac constructione dicentur, quum persuaserint sibi viri docti debere hanc poni in quarto casu, sed temere.

Pag. 488. Οὐκ ἀπαρέσκει σοῦ ἡ πρὸς ταπεινὴν ἀπολογίαν] Recte aggressus est hunc locum Palmerius; Sed an procul dubio tetigerit verum, quod putat, valde ambigo. Negari enim nequit, quin ad vulgatam scripturam propius accedat ἀπολογίαν, quomodo ipse iu est quum corrigendum suspicatus fui, quam ἀπολογίαν, quod ille opponebat. Quin & significatio vocis meæ huc melius convenit, i modo examines, & ejus efficaciam ex Quintiliano huc compares.

Pag. 489. Χρησιμωτάτη ὁ τοῦ βίου μοῦσα νομίζοιτο. Λυ. τοῦτο μὲν &c.] Sic procedit hic locus in editionibus. Sed quid priora vera faciant ad præcedentem periodum, haud facile quis dixerit. Necessum est omnino, ut persona Luciani his omnibus præponatur, quippe cujus manifeste apparet has voces esse, qui vult concedere paticinationem esse utilissimam hominibus, sed longe contendit ab ea abesse Hesiodum, quum pastoralia quædam monita conscriberet. ic igitur posthac mutandæ editiones. Λυ. Χρησιμωτάτη ὁ τ. β. μ. μίζοιτο. τοῦτο μὲ ὃν &c. Paulo ante etiam interpres vocem ἐνδηλοῦσι vitiose accepit pro singulari accusativo *quum præsignificavi*, quæ amen est pluralis & referenda ad ὕσα. Opsopæus ad ipsum poema escio quî retulit *poemate successus manifestante laborum.*

Pag. 490. Ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ εἰ τις αὐτῷ ἀπαντήσῃ, οὐκ ἂν φθάνοι ἐμὲ μόνον λέγων] Vnde potuit Benedictus venire ad talem versionem *quasi quis illi adscripserit, neque me vatem dixerit?* Est enim præterquam inepta, tum plane contraria sensui auctoris, quem lone melius expressit Opsopæus. *At si quis & ea quæ tu jactas, illi adscribere voluerit, & ille me quoque vatem rectissime dicere poterit.* Ist enim omnino hæc vis ejus loquutionis, ut ipse novit, unde in rincipio Fugitivorum illa οὐκ ἂν φθάνοις πρὸς Ἐμπεδοκλῆ σοῦ αὐτῷ γκωλῶν vertit, *facere non poteris, quin Empedoclem ante ipsum rimineris.* Et rursus pag. 602. ὥστε οὐκ ἂν φθάνοιμι ἐπεύξασθαι, *ne ritur præconium enunciare cunctaris.* In Symposio 634. ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ἐπῶν ἡμᾶς, *Itaque omnino nos excipies.*

Pag. 492. Περιγυμνάζῃ τὸ πλοῖον] Benedictus *navim circumagendi.* Quod quis intelligat? & quanto melior Micyllus, *per navigium circumcirca præsunte.*

Pag. 497. Εἰ σοὶ τελάσσειέ τις λογίζοιτο] Benedictus, *si quis ad minima usque supputarit.* Ergo putavit ille maximam eam summam esse, quousque ascendere queant reditus ejus, &, si omnino nihil, ne minimum quidem, ex lucris in supputatione omittas, nunquam fore ultra duodecim talenta. Aliter censuit Micyllus, qui *ertis etiamsi quis communiora tantum computaret:* quæ tamen ver-

fio subobscura est, dum vix dicas utrum *communiora* intelleret talenta, an subintellecto *lucra*. Certe videntur Græca significare duodecim redigi talenta, si quis crasso modo colligat, si ad minimum, non summum quis subduxerit, si non accuratissime singula in rationem mittantur, sed rudius generaliusque ediderit.

Pag. 499. Ὀλίγον ἔστιν ἡμιστάδιον τὸ πρὸ Δίπυλα ἐπιλεῖψον.] Benedictus *paulo ante dimidium stadium quod usque ad Dipylum superest*. Micyllus *paulo ante quam ad Dipylum perveniemus, circa extremum hemistadium*. Nescio cur illis sic placeat obscuris esse & vagari, quum clare dicat *vel exiguum semistadium, quod ante Dipylum* erit nobis progredientibus reliquum, *adsumam*. De morte Peregrini. ἐδεῖτ' ἔστιν ὀλίγον ἐπιτρίψασης ἡ πρόσκλισις.

Pag. 506. Ἀ πρώην ἡσυχαστε, καὶ πᾶς πόλεις ἀτελεῖς λαβόντε, ῥαδίως ἄρχοντες ἀπολιπόντες] Sic quoque Benedictus *captis civitatibus immunitis, & præfectis ibidem facile relictis*, quum Micyllus pariter dedisset *ac civitatibus nullo defendente captis, præfectisque ibidem facile relictis*. Mihi ea ratio loquendi videtur absurda, & distinguendum esse λαβόντες ῥαδίως, ἄρχοντας ἀπολ. Sic enim & solent scriptores loqui & sensus communis fert. Mox longe incptius vertuntur illa καὶ τὰ θαλάττια καὶ ὀρεινὰς Κιλικίας ἑκατέρας *Cilicias oram maritimam videlicet & montanam*. Si enim ὀρεινὰ non est περαίαν, non potest ferri *ora*: & cur non simpliciter *maritimamque ac montanam Ciliciam*?

Pag. 514. Ὡς ἀφελόμενόν τι πανοῦ κεκοφότα] Nescio quid velit Benedictus *qui obductus te a stultitia cohibeat*. Interim probo Micyllum, *qui te inductum a stultitia cohibeat*.

Pag. 523. Ἀλλ' εἰ ἦν ὄφελον ἔχειν] Non opinor ista notare male verti ab utroque interprete *sed si quam anum invenire posse*, aut ut alter *habere*, quod nullius ponderis est in hac oratione, verum *sed utinam invenirem vetulam*: quo sensu frequenter ea particula etiam ab Luciano sumitur. In Prometheo. Εἰ δὲ γένοιτο, Προμηθεῦ, τοῦτο.

Pag. 564. Τριακοσίαις ἑξηκοντάδος] Vertunt *tribus nummorum millibus redemit*, in quibus vocem secundam subducta linea notavit Paris. qui haud dubie voluit intelligi τριακοσίαις δραχμαῖς. Et merito. Quam manifeste sic intelligere appareat ipsum Lucianum ex pag. 544, ubi Charmides ait, καὶ τοι τοσούτου πάνυ ἔμελε λαμβάνοντος, καὶ τὰ ἐπὶ χιλίαις αὐτοῖς ἐδίδουν, ubi interpres simpliciter *mille pretii*, quum intelligat δραχμαῖς, quemadmodo vertit in Pseudologista pag. 449. πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας ἐξίζειν *septingentas & quinquaginta drachmas*: Et ex Asini loco manifestissime, καὶ τριακοσίας με πριαμένου καὶ εἴκοσιν Ἀττικαῖς, ubi idcirco vertere etiam potuerunt *quinque & viginti drachmis Atticis*. Sic ergo debuerunt quoque, pag. 611. Saturnalibus ἐπὶ πεντήκοντα γε καὶ ἑκατὸν δραχμαῖς, ubi vertunt *talentis decem nummum millibus*.

Pag. 576. Ὡς ὀνησικλέους Ἀλεξανδρέως κυβερνήτου [illegible] Κλεο-

μόμβρον φησιν] Egregias hic agnoſce interpretationes. Opſopæus, *eluti Oneſicritus claſſis Alexandrinæ gubernator ait, cum Indum rdentem, ſicut fama eſt, conſpexiſſet.* Benedictus, *ut Oneſicritus lexandri gubernator, cum Calanum, ut ajunt, conflagrantem idiſſet.* Vidit ergo Benedictus Opſopæum largiorem eſſe, quam atiuntur Græca, & verbum φησὶν notare non niſi alterutrum poſſe el *ait* vel *ſicut fama eſt.* Quid decrevit ergo is ipſe? nempe acceit pro *ut ajunt*, pravo ſane judicio. Non enim magis ajunt Calaum conflagraſſe, quam Oneſicritum id vidiſſe. Sed & vide, nde comparativa loquutio pendeat. Scribit Benedictus: *Illi enim on inſiliunt in ignem ut Oneſicritus Alexandri gubernator*, quaſi vero t Oneſicritus inſiluiſſet. Quin immo Lucianus Oneſicritum unum uctorem hujus hiſtoriæ citat, & ideo non poteſt imperfecta multiudinis ac rumoris citatio locum habere, & plane ſufficere debet, ſi ertas, *ut Oneſicritus Alexandri gubernator viſo Calano ardente refert.* Maxime miror Benedicti iſtam verſionem placuiſſe Tan. Fabro, tam minute ſingula hæc quondam recognoſcenti.

Pag. 577. Οὐκ ἀπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπηδήσαι αὐτὸν] Certe Benedictus, etſi in priorum ſententia aberrarit, in poſterioribus voces, rout ſunt, expreſſit, quod Tan. Faber prorſus non facit, cujus verio plane par foret Græcis ita conceptis οὐκ ἀπ' ἐλπίδος ἀναπηδήσαι αὐτὸν, cum extra ſpem non ſit, quin ex igne ſit reſiliturus. Nedum it admitti poſſit, quod tentat, gemina negatio ante verbum ἀναπηδήσαι. Sed ut habeas expedita omnia, apparet errorem ſcripturæ orrigendum eſſe & pro μὴ ἀναπηδήσαι, reponendum μεταναπηδήσεσθαι. Nam in ſententia verbi μεταβάλλεσθαι idem Faber toto cælo rrat, quum rectiſſime Benedictus reddiderit.

Pag. 581. Κατόπιν δ' τοῦ πηρώσαι ἀγῶνος] Notavit pater quoque iic conjecturam liberam & indoctam T. Fabri, & ut ab ea caveretur, juſſit inſpici Ciceronis epiſtolam ad Luccejum. In ſchedis noavit videndum Scaligerum in Græca Euſebii pag. 420. Fabrum riorem in Agoniſtico pagg. 293. & 294. Et ſane quomodo latuerunt lla in extremo Demonacte, εἰπὼν ὡσὸς τὸν παρόντας τοῦ σωμάτιον τοῦ πηρώσαι πόδα, λήγῃ μὲ ἀγὼν τοῦ καλλίστου ἄθλου Ταμίας, Καισὸς δὲ ἀκολοῦ μηκέτι μίμεσθαι?

Pag. 582. Πάλιν τότε τοιοῦτον ἐπήκουσα] Plane non neceſſaria temoris illa definitio, & opinor ſcripſit πάλιν τόγε τοιοῦτον. Sic alibi.

Pag. 590. Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς πρὸ πολλῶν ἡμερῶν εἶδον] Quæ verſio hæc eſt, quam nobis offert Benedictus & ſequitur Faber? *caterum ego neque ipſe ante paucos dies vidi.* Ergo aut nunquam vidit, aut ante valde multos dies vidit. Quod quid eſt? aut quomodo ad Græca? multo melius & rectius Opſopæus *caterum ego quoque illum non ita multos ante dies conſpexi.*

Pag. 615. Ὡς ἀγείρουσιν τῇ μητρὶ] An hi dies adhuc patiuntur, ut liceat Græcas iſtas voces ſic Latine verſas conſpici *ut Cybela matri ſeſe adjungant?* quum jam pag. 681. in Syria Dea ἐν πολλαῖς μυήσεσι καὶ

τυπίᾳ δ' ἴεγυ τῷ ἀλεκτρύονι ἀγείροντας recte ut vides & aliter verterint: quum apud Maximum Tyr. differt. tertia μηδὲν τὸ σὸ τοῖς κόλαξι ἀγειρόντων ἀμφίρροιζα, οἱ δυοῖν ὀβολοῖν τῷ πρώτῳ ἀπηντικρὺ διδόντες, verterit Cl. Heinſius, *ſimilem mendicis illis, qui in triviis ſtipem colligunt, & duobus obolis obvio cuique ventura prædicunt.* At jam in Pſeudomanti has voces ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀγείροντες τὸν κύβαλον ζῶντες verterant *eorum more qui a Cybele Deorum matre afflati conveniunt.* Cur non ſervant eundem tenorem? Certum eſt, ubi ἀγείρειν habet additum caſum tertium, illic agi de collectione pecuniaria & capturis: ſin, eſſe congregationem hominum, & huc potius cenſeo referendum locum Maximi Tyrii, quum ἀγείρειν proprie dicantur tales circulatores in variis rebus, ut oſtendit Lud. Creſollius in theatro Sophiſtarum libro III. Præcipue vero nugantur, quum legem Saturni mox ſequentem λοιπὸν δεῖ τὸ ἐπιμελεῖσθαι Κρονίοις λαμβάνειν μηδὲ τοῦτο ἐξίσου intelligunt *rationem exigere ab iis qui res curant Saturnalitias, ne id quidem fas eſſe.* Quid enim? an putant Lucianum conſtruere verbum ἐπιμελεῖσθαι cum caſu tertio? Cur igitur mox apud eum Saturnus ſcribit pag. 623. Ὁ Ζεὺς δὲ μάλιστα τοῦτο πιστὸν ἐπιμελεῖται? Immo ſic quoque omnis Græcia; quæ interdum & quarto caſui id verbum adjungit, nunquam tertio. Omnino verte, *rationem exigere ab diſpenſatoribus per Saturnalia*, vel tempore Saturnalium.

Pag. 616. Τῇ ἡ πρὸ τῆ ἑορτῆς] *Caterum ante ſollennitatem.* Non ſufficit: nam & quum ſtatim in præcedentibus dixit πρὸ πολλῆ τῆ ἑορτῆς, etiam notavit tempus ante ſollennitatem. Verte *caterum die ante Soll.* Nam clare diſtinguit inter longinquius & magis propinquum tempus.

Pag. 618. Πάντες πᾶσι συμπίνουσιν, ὦ ἑταῖροι, συμπίνεις δ' πλουσίῳ? An non ſcripſit auctor πένητες πᾶσι? Nam illud confuſionem inducit. Sed videtur velle dare pauperibus privilegium, ut ſi velint, primi invadere poſſint calices, ſed & remittere id poſſint. Vtique πάντες non opponuntur πλουσίῳ, quod huc requiri videtur.

Pag. 636. Διδάσκαλος ὢν ἐκεῖνος δ' Ἀριστωνίτου, υἱὸς δ' Ζήνωνος] Ita per ſuas diſtinctiones inepte diſcerpunt editores in Græcis ea quæ conjungenda ſunt. Ergo & Benedictus *Ariſtaneti Zenonis filii præceptor.* Quo quid obſcurius? & quis aliter hæc adſpiciat, quam facientia Ariſtænetum filium ac diſcipulum, Zenonem vero patrem? At plane hæc ſunt inverſa. Et quanto præclarior Eraſmus, *quod eſſet Zenoni Ariſtaneti filio præceptor?* Id retine, & tolle ex Græcis importunum comma.

Pag. 639. Ὁ δεσπότης τῷ Φίλῳ Ἡρακλῆς] Fieri nequit, ut ſi quis Benedicti verſionem intuens *Herculem Pholenſem*, ullo modo concipere poſſit ea Latina facta eſſe ex his Græcis, qui ita eximium illum Leonardum Auguſtinum deduxit, ut monuimus in præfatione ejus gemmis præfixa, quod tamen tunc non advertebamus. Sola Gallia eſt hujus putidi commenti origo. Nam doctior

dior Eraſmus noſter rectiſſime dederat, *Herculem apud Pholum.*

Pag. 640. Δεξιῶς πάνυ ὑ Ἀριστοίτε τῇ παροινίᾳ ἐνέγκαντ(ο.] Interpretantur *inducta dextre admodum temulentia.* Deſideratur alius, qui illud *inducta* interpretetur. Quid enim id ſibi vult? At Luciani ſcopus eſt, *tolerante Ariſtaneto admodum dextre temulentiam*, non exaſperato ad hoc factum in pueri ſui tentatione. Herodianus libro 1. Ταῦτα χαριέσσα ὕβριός τι κὴ παροινίας ἔ τῆς, ἧς ἐτῶν τοσούτων ἀνεχόμην.

Pag. 645. Καλυδὼν μ ἥδε χαῖα Πελοπίης χθονὸς, ὁ ἀντιπέρθμιος πεδ.] Vbi mens fuit vel editorum vel interpretum, equidem neſcio: longe eam ab ipſis abfuiſſe, quum hunc locum tractarent, facile colligas. Vt enim in Græcis diſtinguunt, ſic in Latinis Benedictus *Hæc terra Calydon Pelopii eſt ſoli, fretum qua eſt parte, campos divitès pingues habens*, Eraſmus *Calydon quidem hæc Pelopii regio ſoli, Qua parte ſævum ſpectat adverſa fretum.* Atque ita Calydon ope illorum ex Ætolia tranſmittitur in Peloponneſum, ſatis ridicule. Diſtingue & verte, Καλυδὼν μ ἥδε χαῖα, Πελοπίης χθονὸς Ἐν ἀντιπέρθμιος, πεδί' ἴχνεσι εὐδιήμενα. *Hæc terra eſt Calydon, Pelopia terra in tranſmarinis*, objacens Peloponneſo trans fretum, *habens campos uberes.* Res ipſa clamat.

Pag. 647. Αἱ ἐπιστολαὶ ἐρᾷτε ὡς πρεσβυλικαί] Verterat Eraſmus *videtis quam & ipſæ epiſtolæ graves ſint ac ſeniles.* Benedictus volens eſſe brevis, amputat poſtrema, relinquens *quam graves ſint epiſtolæ*, contra prorſus quam oportuit. Non enim graves eſſe demonſtrat, ſed ſeniles, hoc eſt, frigidas, nullarum virium, infirme ſcriptas, plane qualis eſt appendix Obſervationum ad Melam, Londini nuper impreſſa.

Pag. 650. Ἰχθὺς οὐ πυγὴν] Inſigne exemplum, ut error ſoleat augeri & quotidie invaleſcere. Verterat Eraſmus *piſcis Tagenicus.* Id eodem modo retinuit Benedictus: Sed ne quid deeſſet, nunc video in hac editione Græcam vocem poſtremam quoque incipere ab majuſculo T. Habeant hoc & fruantur, quibus placet: nos cenſemus interpretandum *piſcis ex ſartagine*, quod non modo probant multa antiquorum fragmenta, ſed hodieque etiam placet.

Pag. 656. Ὁκόσα ἰόντα ἐμοῦ πρεσβύτερα, ἐγὼ ἱστορέω] Vter hic interpretum laudandus, Benedictus interpretans *Quacunque antiquiora me ſunt, ab iis narrationem incipio*, an Micyllus, quem poſtremus fere expreſſit, *Quacunque igitur antiquiora me ſunt, ab iis narrationem incipiam?* Sic uterque particularem ex his facit periodum, ſic uterque ἱστορέω putat verti poſſe *incipio narrationem.* Quæ ſunt utraque ab vero alieniſſima. Diſtingue Τὰ μ οὖν ψυχῆς μεγάλης, τὰ ὃ δὴ τῇ ἱρίῃ ἐδάλω, ὁκόσα ἰόντα ἐμοῦ πρεσβύτερα ἐγὼ ἱστορέω, ac verte *& ex iis refero, alia quidem cognoſcens quæ ipſe vidi; alia ab ſacerdotibus edoctus ſum*, ea nempe, *qua meis annis antiquiora commemoro.*

Pag. 683. Καὶ τὸν πατρόθεν οἶκον δέκοντα] Mirifice interpretes,

quorum prior *& quod ex patria cujusque venit, id demum apud se recipit*, citerior *atque hoc è patria domi recipiunt.* Imo *atque id in patribus*, majoribus, *in domibus* & familiis suis *retinent.* Tesseræ illa & conjunctio hospitalis ab patre propagatur in filium & ab hoc exercetur conservaturque. Neque sane mox dicerem *sumptis libamentis inauratos*, sed datis & fusis libamentis.

Pag. 685. Ὅσῳ δὲ ἧττον, δεῖ μὲν μοι καὶ ἐς ἑξηκοστὸν] Salmuriensis interpres accipit, ac si mutetur persona, & quum antea loquutus fuerit Therſagoras, nunc incipiat Lucianus: unde voculam γὰρ hic præcipue efficacem omittit in verſione, quam vides eſſe *Ego vero, ut dixi, deambulatione opus habeo.* Hanc ſententiam admiſit ab Melanchthone, qui prorſus eodem modo *Tum ego: Et mihi opus eſt deambulatione.* Sed profecto non ita eſt, & continuatur perſona Therſagoræ, qui quum ante jam dixerat de ambulando τοῦτο διόρθωσον, id nunc repetit dicens, *Quod igitur dicebam, etiam deambulatione quidem opus habeo; multo autem prius, ajebat, venio hunc ſalutare optans.*

Pag. 689. Ἀφθονία μὲ λῶ ἄν μοι δεῖπνῃ πάντως τόδ' ἐγκώμιον. οὐ δὲ ἁμαρτεῖν νομιζόμεθα] Turpis macula ex Salmurienſi editione in hanc propagatur, dum ſic editur, quum voces illæ τόδ' ἐγκώμιον pertineant ad ſequentia, ad quæ retulit etiam interpres, ſed infeliciſſime vertens *idque encomium non diſtrahendum putarem*: neque enim ἁμαρτεῖν eſt diſtrahere, ſed ſuſpendere. Certe melius Melanchthon, *idque encomium non exiſtimarem prætermittendum eſſe.* Sic ex eadem Salmurienſi paulo ante video editum monſtroſe Σωτιμίου pro Σμύρνιον.

